PHILIPPI MASSINIJ AB INNOCENTIJS ... SELECTARUM IURIS DISTINCTIONUM CENTURIA PRIMA, ...

Filippo Massini, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

31
R. 13-8ª.d. 15

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPPI MASSINII
AB INNOCENTIIS
I. C. PERVSINI;

Ciuis Ticinenſis, & Iuris Ciuilis Interpretis Primarij

Selectarum Iuris Diſtinctionum
CENTVRIA PRIMA,

QVIBVS CENTVM DIFFICILLIMA IVRIS PROBLEMATA cum vniuerſalia, & ad omnes materias pertinentia, tum particularia ad Iudicia, vltimas voluntates, & contractus varios ſpectantia, ſoluuntur.

Opus non minus Theoricis, quàm Pragmaticis vtile, & neceſſarium;

Cum Argumentis, & Verborum, ac rerum memorabilium Indice locupletiſſimo.

AD SERENISS. CHRISTINAM A LOTHARINGIA
Magnam Hetruriæ Ducem.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
IHS



Ex Legato

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TICINI, Ex Typographia Petri Bartoli, M. D. C X.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMAE.

CHRISTINÆ.

CAROLI . III.

LOTHARINGIAE.

DVCIS . FILIAE.

FERDINANDI . ET . COSMI.

MEDICES . MAGNORVM.

HETRVRIAE . DVCVM,

VXORI . ET . MATRI.

PHILIPPVS . MASSINIVS.

AB . INNOCENTIIS . I. C. PERVSINVS.

IN . TICINENSI . GYMNASIO.

IVRIS . CIVILIS . INTERPRES.

PRIMARIVS.

PRIMAM . SELECTARVM.

IVRIS . DISTINCTIONVM . CENTVRIAM.

GRATI . ANIMI . CAVSA.

DAT . DONAT . SACRAT.

† 2

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLVSTRI VIRO PETRO CABALLO I. C. CLARISSIMO,

Pro Sereniſſimo Magno Duce Hetruriæ Fiſci Aduocato ſupplicum libellorum Conſiliario.

Paulus Bellonus I. C. publicus ordinarius Legum interpres. S. D. P.

SOLENT *ferè ſemper, qui ingenij ſui, & induſtriæ monumenta litteris conſignata, ancipiti iudiciorum veluti alea ſubijciunt, ea præfari, vir eruditiſſime, quibus conſilij ſui rationem lectoribus exponant, eoſq; propoſita vtilitate ad librorum ſuorum adſiduam lectionem pelliciant. Illorum exemplum doctiſſimus* MASSINIVS, *Legum interpres in hoc Ticinenſi Gymnaſio primarius, dum commentarios ſuos emiſit, ſequutus quidem fuit, ſed ea in re veluti vicaria mea opera vti voluit, quàm ego illi quantum in me fuit, ſedulam præſtiti. Nunc denuo hæc Diſtinctionum editio eaſdem mihi imponit partes, quas tamen ita ſuſcipere decreui, vt nolim in vniuerſum, & promiſcue cum lectoribus mihi remeſſe. Te igitur*

potiſſimum

Digitized by Google

potiſſimum elegi, qui & mihi, & Maſſinio inſtar omnium eris. Tanti enim vterque noſtrum merito tuo te facit, quanti haud ſcio, an alium quempiam. Cuius ſanè rei argumenta habes à Maſſinio: à me hoc vnum habe, dum alia bene de te merendi, & ſingularis meæ erga te obſeruantiæ ſignificandæ offeratur occaſio. Te præterea adprime idoneum multis nominibus exiſtimauit Maſſinius, qui hoc munuſculum, quod Sereniſſimæ CHRISTINÆ offertur, verbis, vt Terentianus ille loquitur, ornares. Sed neque tibi auctoris indicabo conſilium, quod non poteſt te tantum virum latere, neque eſt hic tui cohortandi ad hanc lectionem locus, ad quam ſcio te ſua ſponte futurum eſſe valde propenſum. Deniq; auctoris, vel operis commendatio nullam ſibi partem huius Epiſtolæ vindicabit. Ecquis enim Maſſinium ignorat? Ecqui obſcurum quanta vis in diſtinctionibus ad docendum deliteſcat? Eius enim artis perfectam ille creditur habere cognitionem, qui in eadem optime diſtinguit, & quæ confuſè ab alijs tractata ſunt, diſcretè veluti in ſuas ſedes digerit, & diſtinctionibus ordine complectitur, quarum tamquam fœdere pugnantes Doctorum ſententiæ conciliari ſolent. Hinc à noſtris proditum interpretibus, Iuriſconſultum ſcite diſtinguentem præcipuæ eſſe auctoritatis. Laus igitur hæc eſt maxima Maſſinij, quod non ſolum hac facultate plurimum valeat, ſed etiam genus hoc commentariorum, quod ſciam, primus in iuris prudentiam noſtram inuexerit. Non me latet alios Diſtinctionum libros paſſim ſtudioſorum manibus teri. Sed qui eos ſcripſerunt, nihil de ſuo addentes, integras diſtinctiones à Bartolo ſunt mutuati. Maſſinius vero noſter habet quidem Bartolum diſtinguendi auctorem, quem ſemper fuit imitatus, & cuius ſcripta veluti in ſuccum, & ſanguinem ſuum conuertere ſtuduit, verum ex ingenij ſui tamquam penu quadam hæc omnia deprompſit: ita, vt auſim affirmare, cum Bartoli luminibus hac ipſa in re, qua ille plurimum excellit, quodam modo obſtruxiſſe. Neque vero tibi minus grata erunt huiuſmodi diſtinctiones, quod non magnis contineantur voluminibus; ſoles enim ipſe, qua es ſapientia, ingenij fœtus, non mole, ſed pretio, &

vtilitate

utilitate æſtimare. Non ingentes quidem edit Maſſinius commentarios, ſed tamen huiuſmodi, qui plurimarum ſpecierum deciſionem complectantur. Et hac veluti regula poterit quilibet in iure, vel mediocriter verſatus, innumerabiles propemodum ac difficiles quæſtiones per ſe diffinire. Haſce igitur ſi ipſe probas diſtinctiones, excitabitur Maſſinius ad aliarum editionem, quas domi veluti in numerato habet, & quibus hanc præmiſit centuriam, tuum, & tui ſimilium exploraturam iudicium. Probabis autem omnino, quia, niſi quid me fallit, tuam approbationem mereri videntur. Sic Phidiæ ſignum ſimul adſpectum, inquit ille, & probatum eſt. Præterea, vt doctrina, & iudicio, ita etiam ſingulari præſtas humanitate, quibus rebus ad ampliſſimos dignitatum gradus elatus es. Faxit D. O. M. vt iiſdem ampliores quamprimum aſſequaris. Diu vale Ticini. Kal. Nou. Ann. M. DC IX.



Digitized by Google

APPROBATIO.

EXcellentiſſimi D Philippi Maſſinij ab Innocentijs, Equitis Aurati Celeberrimi I. C. Peruſini, in Ticinenſi Gymnaſio Iuris Ciuilis Interpretis Primarij, Selectarum iuris diſtinctionũ Centuria Prima; Cum nihil contineat à tramite regularum Indicis aberrans, doctrinam vero legum Ciuilium hiſce diſtinctionibus, tanquam cribris ſetaceis expurgatam, & mira quadam ſubtilitate cum perſpicuitate, quaſi dilutam, porrigat, digna eſt, quæ eundem, ac feliciorem exitum, & finem habeat, quem cætera omnia eiuſdem opera, ad hanc diem edita, ſunt aſſecuta.

D. Matthias Guarguantius Congreg. S. Pauli Papiæ S. Officij Conſultor Theologus.

Attenta præfata probatione Imprimatur.

Fr. Xantes de Mantua Sacr. Theolog. Lect. Conſult. & Vic. S. Officij Papiæ.

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM, SEV PROBLEMATVM.

Problema primum.

AN, & quando, & quomodo indefinita æquipolleat vniuerſali. pag. 1.

Problem. 2.

Vtrum indefinita, vbi vniuerſali æquipolles, collectiuè, vel diſtributiuè æquipollere intelligatur. pag. 9.

Problem. 3.

An, & quando ex duabus enunciationibus, quorum altera ſit affirmatiua, altera negatiua, vna ſit de neceſſitate falſa altera vera. 11.

Problem. 4.

An, & quando particula quis, vel aliquis, quæ, vel aliqua, quod, vel aliquod ſigna ſint vniuerſalia, vel particularia. 12.

Problem. 5.

An & quando idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. 13.

Problem. 6.

An, & quando, & quomodo contraria poſſint eſſe in eodem ſubiecto. 16.

Problem. 7.

An, & quando, & quomodo valeat argumentum ab Etymologia vocabuli. 17.

Problem. 8.

An, & quando valeat argumentum à deriuatione. 23.

Problem. 9.

An, & quando, & quomodo, duæ negationes affirment. 24.

Problem. 10.

An, & quando, & quomodo maſculinum concipiat fœmininum. 27.

Problem. 11.

Maſculinum, vbi fœmininum concipit, an, & quando propriè, & ſui natura concipere intelligatur, 32.

Problem. 12.

An, & quando, & quomodo diſpoſitio facta in fœminis, habeat

locum in maſculis. 31.

Problem. 13.

An, & quando verba præſentis, & præteriti temporis ad futurum trahantur. 38.

Problem. 14.

An, & quando & quomodo verba præteriti temporis præſens contineant. 48.

Problem. 15.

Verba præſentis temporis an, & quando ad præteritum referantur. 53.

Problem. 16.

An, & quando verba futuri temporis ad præſens, vel præteritum referantur. 58.

Problem. 17.

An, & quando genitiuus poſſeſſiuus referatur etiam ad non Dominum. 63,

Problem. 18.

An, & quando ablatiuus abſolutus conditionem ſignificet. 65.

Problem. 19.

Ablatiuus abſolutus, quando diſpoſitionem ſignificat, ad quam ſit referendus. 70.

Problem. 20.

Participium eligendus, vel eligendum. An, & quando conditionem inducat, 73.

Problem. 21.

Ante, & poſt, particula tempus ſignificantes, an, & quando ad actus, & rei principium, vel ad finem referantur. 74.

Problem. 22.

An & quando, & quomodo actus, deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, euaneſcat. 76.

Problem. 23.

An, & quando vna determinatio, reſpiciens plura determinabilia, debeat ea pariformiter determinare. 80.

Problem. 24.

An, & quando, & quomodo, à Principali inferatur ad acceſſorium. 82.

Problem. 25.

An, & quando & quomodo ex præparatoriis, inferatur ad principale. 83.

Problem. 26.

An & quando ex principali inferatur ad præparatorium. 85,

Problem. 27.

An, & quando Mulier, ob tactus impudicos, & oſculum libidinoſum, amittat dotem. 86.

Problem. 28.

Oſculans mulierem honeſtam, an, & quando, & quomodo puniatur. 89

Pro-

Problem. 29

An, & quando probare poſſit, quis ſolo iureiurando ſcripturas, & Inſtrumenta ſe non habere. 91

Problem. 30.

An, & quando Reus edere Fiſco ex priuilegio tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus compellatur. 93

Problem. 31.

An, & quando vſurarius cogatur ex diſpoſitione, clem. 1. in §. cæterum de vſur. edere actori contra regulam. 95

Problem. 32.

An, & quando, & quomodo Magiſtratus, & Poteſtates noſtri temporis à Statutis locorum, quibus præſunt, poſſint recedere. 97

Problem. 33.

An, & quando prohibitus condemnare intelligatur, etiã prohibitus abſoluere. 100

Problem. 34.

An, & quando quod deciſum eſt in vno iudicio, poſſit refricari in alio. 101

Problem. 35.

An, & quando Iudex teneatur exprimere cauſam in ſententia. 102

Problem. 36.

An, & quando ſententia lata ex falſa cauſa ſit nulla. 105

Problem. 37.

An, & quando Abſolutoria lata in petitorio obſtet agenti poſſeſſorio, continente cauſam proprietatis. 109

Problem. 38.

An, & quando Abſolutoria lata in petitorio obſtet Agenti poſſeſſorio retinenda. 111

Problem. 39.

An, & quando abſolutoria lata in petitorio obſtet agenti poſſeſſorio recuperanda. 112

Problem. 40.

An, & quando abſolutoria lata in petitorio obſtet agenti poſſeſſorio adipiſcenda. 115

Problem. 41.

An, & quando abſolutoria lata in poſſeſſorio obſtet Agenti petitorio. 116

Problem. 42.

An, & quando is, qui facit tranſitum de petitorio ad poſſeſſorium, ſit condemnandus in expenſis. 117

Problem. 43.

An, petitorio agens cenſeatur poſſeſſorio retinenda renunciare. 118

Problem. 44.

An, & quando exceptio dominij non diſcuſſi obſtet agenti poſſeſſorio retinenda. 120.

Problem. 45.

Iudici inferenti iniuriam, & grauamen, an & quando liceat reſiſtere. 123.

Problem. 46.

An, & quando, & quomodo per ſententiam dominium transferatur. 125.

Problem. 47.

An, & quando facti ignorantia excuſet. 127.

Problem. 48.

An, & quando, & quomodo iuris error, & ignorantia noceat, vel excuſet, & proſit. 129.

Problem. 49.

An, & quando, & quomodo, ante omnia, in vltimis voluntatibus, inſpiciatur conſuetudo loquendi patris familias, ita vt proprietati verborum, & conſuetudini loquendi ipſius populi præferatur. 134.

Problem. 50.

An, & quando, & quomodo verbum lego, hæredis Inſtitutionẽ ſignificet, vel inducat. 139.

Problem. 51.

An, & quando verbum, lego, relatum ad legitimam, inducat hæredis inſtitutionem. 142.

Problem. 52.

An, & quando legata ſtrictam, vel latiſſimam recipiant interpretationem. 143.

Problem. 53.

Legans poſſeſſiones ſuas, an, & quando res mobiles legare intelligatur. 145.

Problem. 54.

An, & quando legatum poſſit coram duobus teſtibus reuocari. pag. 146.

Problem. 55.

An, & quando, & quomodo onus, inutiliter iniunctum legatario, legatum reddat inutile. 148.

Problem. 56.

An, & quando, & quomodo Teſtamentum iure factum infirmetur, & reuocetur. 151.

Problem. 57.

An, & quando teſtamentum inualidum reconualeſcat. 154.

Problem. 58.

Quibus ex cauſis capiantur ea, de quibus dubitari poteſt, an in falcidiam imputentur. 158.

Problem. 59.

Quibus remedijs hæredes, ſupra dodrantem grauati, falcidiam conſequantur. 162.

An, &

Problem. 60.

An, & quando ea, quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, in falcidiam imputentur. 162.

Problem. 61.

An, & quando legata, fideicommiſſa, & prælegata pro ea parte, quæ à cohærede accipitur, in falcidiam imputentur. 163.

Problem. 62.

An & quando, & quomodo legata, fideicommiſſa, & prælegata, ita in falcidiam imputentur, vt imputatio omnibus legatarĳs proſit. 164.

Problem. 63.

An, & quando, & quomodo prælegatum quod difformiter capitur in Trebellianicam imputetur. 165.

Problem. 64.

An, & quando datum cauſa conditionis implendæ in Trebellianicam imputetur. 167.

Problem. 65.

Quæ, & quomodo in falcidiam imputentur, generalis diſtinctio. 168.

Problem. 66.

Quæ ſit differentia inter corpus hæreditarium, & pecuniam, quo ad imputationem in Falcidiam. 172.

Problem. 67.

An, & quando Falcidia, vel Trebellianica poſſit in vna aliqua certa re deduci. 173.

Problem. 68.

An, & quando in legitimam imputentur quæ capiuntur extra patrimonium, & ſubſtantiam patris. 175.

Problem. 69.

An, & quando quod donatum eſt à patre filio inter viuos, in legitimam imputetur. 175.

Problem. 70.

An, & quando, & quomodo dos à patre profecta imputetur in legitimam. 177.

Problem. 71.

An imputet in legitimam filius, quod capit ex ſucceſſione ab inteſtato, vel ex teſtamento, quæ ſuccedit legatario, vel hæredi parentis, debentis ſibi legitimam. 178.

Problem. 72.

An, & quando in legitimam filiorum imputentur, quæ ipſi capiunt ex teſtamento patris contingenter. 179.

Problem. 73.

An, & quando filius imputet ſibi in legitimam quod neceſſariò capit ex teſtamento patris. 180.

Pro-

Digitized by Google

Problem. 74.

An, & quando Fideicommiſſo grauatus, fructus poſt aditam hæreditatem, ante tamen diei, vel conditionis fideicommiſſi aduentum perceptos, reſtituere teneatur. 183

Problem. 75.

An, & quando grauatus fideicommiſſo Gregem, vel Armentum reſtituere, teneatur reſtituere etiam fœtus nõ ſubmiſſos. 188

Problem. 76.

An, & quãdo, & fructus percepti ab hærede grauato poſt aduentum diei, vel conditionis fideicommiſſi, ante factam tamen verbalem illius reſtitutionem veniant reſtituendi. 189

Problem. 77.

An, & quando, veniant in reſtitutionem fideicõmiſſariam fructus ciuiles. 191

Problem. 78.

An, & quando, liberi primi gradus teneantur fructus in Falcidiam, vel Trebellianicam imputare. 191

Problem. 79.

An, & quando fructus imputentur in Falcidiam. 194

Problem. 80.

Prælegata, an, & quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſi. pag. 195

Problem. 81.

An, & quando per hæc vel ſimilia verba, inſtituo filios meos hæredes, & illis non exiſtentibus, vel morientibus, ſubſtituo Meuium, intelligatur, virtute illius ablatiui abſoluti, vnà cum vulgari facta etiam fideicommiſſaria, ſi deficiant filij ſine liberis poſt mortem teſtatoris, quandocunq;. 197

Problem. 82.

An, & quando ex pluribus coniunctis verbis tantum, vel re, & verbis ſimul, vno deficiente, ille, qui eidem deficienti ſit coniunctus per nomen collectiuum, cæteris in iure accreſcendi præferatur. 200

Problem. 83.

An, & quando illæ ipſæ partes, quæ datæ ſunt in inſtitutione, cenſeantur repetitæ in Reciproca ſubſtitutione. 202

Problem. 84.

An, & quando ſubſtitutio Reciproca, mixta cum compendioſa, ſi fiat inter tres, vel plures, quorum duo ſint impuberes, eorum reſpectu, pupillarem comprahendat. 205

Problem. 85.

An, & quando & quomodo reciproca ſubſtitutio, facta in codicillis ad reciprocum fideicommiſſum trahatur. 206

Problem. 86.

An, & quando Reciproca ſubſtitutio, facta in teſtamento, non habente clauſulam codicillarem, ad fideicommiſſariam trahatur. 209

Problem. 87.

An, & quando poſſit filius hæreditatem paternam repudiare, & legitimam petere, vel retinere. 210

Problem. 88.

An, & quando mercenario qui tẽpore al quo aduerſa valetudine laborauit, merces conuenta omnis debeatur. 212

Problem. 89.

An, & quando, & quomodo ei, qui conuenit cum aliquo, vt centum acciperet, & victum per annum illi, ſecum conuenienti, ſubminiſtraret, ſi ante finitum annum conuictor, ſeu commenſalis moriatur, centum integrè debeantur. 214

Problem. 90.

An, & quando merces, vel ſalarium honorificum debeatur in principio, vel in fine anni. pag. 215

Problem. 91.

An, & quando Magiſtratus electus, qui ſe accinxit itineri, & facit impenſas ſi moriatur ante ingreſſum officij, tranſmittat ſalarium ad hæredes. 216

Problem. 92.

An, & quando locatore operarum, vel conductore per annum, mortuo ante finitum annum, integrum totius anni ſalarium debeatur. 217

Problem. 93.

An, & quando, & quomodo locans operam per annum, recedens ſponte ante finitam operam, vel officium, debeat habere ſalarium. 219

Problem. 94.

An, & quando res empta à pupillo poſſit vſucapi. 221

Problem. 95.

An, & quando res empta ab eo, qui ſit pretium conſumpturus, poſſit vſucapi. 222

Problem. 96.

An, & quando valeat contractus emptionis, & venditionis vbi res nobis à ludente vendatur. 223

Pro-

Digitized by Google

Problem. 97.

Emens rem ſibi per fideicommiſſum reſtituendam, an, & quando ſibi praiudicet.

Problem. 98.

An, & quando, & quomodo ſecunda oppignoratio, vel alienatio, & venditio pignoris, praiudicet primo creditori.

Problem. 99.

An, & quando conſentiens venditioni rei ſuæ, videatur conſentire animo donandi.

Problem. 100.

An, & quando accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus, pendente accuſatione, vel inquiſitione poſſit eligi, & ad officia, & dignitates promoueri.

Finis Index Problematum.

Digitized by Google

PHILIPPI MASSINII
AB INNOCENTIIS I. C.
ET EQVITIS PERVSINI,
In Ticinenſi Gymnaſio Iur. Ciu. Interpretis Primarij.

Selectarum Diſtinctionum
CENTVRIA PRIMA.

An, & quando, & quomodo indefinita æquipolleat vniuerſali.

SVMMARIVM.

1 Materia cuiuſcunq; propoſitionis, aut ē neceſſaria, aut impoſſibilis, aut contingens.
2 Materia neceſſaria qua.
3 Materia impoſſibilis qua.
4 Materia contingens qua.
5 Materia contingens ſeu accidentalis eſt, aut ſpecialis, aut regularis.
6 Materia ſpecialis qua.
7 Materia regularis qua.
8 Materia eadem relata ad vnum ſubiectum poteſt eſſe regularis, relata ad aliud ſpecialis.
9 Reſtitutio in integrum relata ad homines ſimpliciter eſt materia ſpecialis, relata ad minores læſos eſt regularis.
10 Propoſitio multiplex de materia qualibet.
11 Propoſitio vniuerſalis qua.
12 Propoſitio particularis qua.
13 Propoſitio ſingularis qua.
14 Propoſitio indefinita qua
15 Propoſitio indefinita duplex, aut ſimplex, & indeterminata, aut reſtricta, & coarctata.
16 Propoſitio indefinita ſimplex qua.
17 Propoſitio coarctata qua.
18 Propoſitio vniuerſalis, cui poteſt indefinita æquipollere, aut præciſa, aut rigoroſa, aut regularis.
19 Propoſitio vniuerſalis rigoroſa qua.
20 Propoſitio vniuerſalis, ſi redditur falſa in vno tota falſa eſt.
21 Propoſitio vniuerſalis rigoroſa eſt propria, & vera vniuerſalis.
22 Propoſitio vniuerſalis regularis non rigoroſa qua.
23 Indefinita de materia neceſſaria indiſtinctè æquipollet vniuerſali & nume. 68.
24 Indefinita de materia impoſſibili neque vniuerſali, neq; particulari æquipollet, ſed ſemper falſa eſt & nu. 69.
25 Indefinita de materia contingenti enunciatiua in materia probatoria, nunquã æquipollet vniuerſali.
26 Indefinita enunciatiua ſimplex de materia raro contingenti, & ſpeciali, vniuerſali non æquipollet, ſed particulari.
27 Indefinita enunciatiua ſimplex de materia non ſpeciali, vel regulari, æquipolet vniuerſali, regulari, non præciſa & negatiua.
28 Hæres regulariter tenetur ad onera hæredita-

Digitized by Google

reditaria vltra vires patrimonij defuncti.

29 Dominus regulariter eſt rei ſuæ moderator, & arbiter.

30 Hæres conficiens Inuentarium non tenetur vltra vires hæreditatis.

31 Dominus omnis non poteſt diſponere de rebus ſuis.

32 Exceptio firmat regulam, non deſtruit.

33 Regula omnis patitur exceptionem.

34 Regulæ ſtandum eſt quandiu non probatur exceptio.

35 Regulam qui habet cauſa ſua inſeruientem, rem certam habere dicitur.

36 Exceptionem allegantí incumbit onus probandi.

37 Indefinita de materia contingenti enunciatiua coarctata negatiua æquipollet vniuerſali præciſæ, affirmatiua autem nequaquam.

38 Indefinita diſpoſitiuè à lege prolata æquipollet vniuerſali ſaltem regulari.

39 Iudicia pœnalia ſemel accepta in hæredes tranſmitti poſſunt.

40 Propoſitio, & oratio legis, etiam ſingularis vniuerſali æquipollet.

41 Indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata, ſi ad perſonas refertur in materia merè odioſa, neque vniuerſali, neq; particulari æquipollet, ſed ſua ambiguitate vitiat actum, & diſpoſitionem.

42 Exhæredans indefinitè filium, ſi plures habeat nullũ exhæredaſſe intelligitur.

43 Indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata, ſi ad perſonas refertur in materia fauorabili ſeu indifferenti, æquipollet vniuerſali.

44 Hæredibus pluribus Inſtitutis, dicens hæres meus damnas eſto dare decem, omnes damnaſſe intelligitur.

45 Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam vel genus relata, quod in teſtatoris & diſponentis patrimonio non reperitur, ſi ſimplex ſit, & indeterminata, vitiat actum.

46 Legans ſimpliciter & indeterminatè vinum, oleum, triticum facit legatũ nullũ.

47 Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam vel genus quod in illius patrimonio non reperitur relata, ſi ſit coarctata, puta lego vinum Titij, æquipollet vniuerſali.

48 Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam relata, quæ reperitur in patrimonio diſponentis, ſi eiuſmodi eſt, vt ex ea conflata ſpecies poſſit ad rudem materiam reuerti, abſolutè æquipollet vniuerſali.

49 Legato auro, vel argento, etiam aurum & argentum teſtatoris factum, præter pecuniã auream vel argenteã, debetur.

50 Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine ad materiam relata, ex qua conflata ſpecies non poteſt ad rudem materiam reuerti, æquipollet vniuerſali coarctatæ ad rudem materiam, nõ vniuerſali ſimplici, quæ comprehendat etiam materiã ad ſpeciem redactam.

51 Legata lana, vel marmore, nec veſtis ex lana facta, nec ſtatua Marmorea debentur.

52 Indefinita diſpoſitiua hominis habens terminum comunem ſingularem relata ad ſpeciem artificialem, quæ non reperiatur in patrimonio diſponentis, neq; vniuerſali æquipollet, neque particulari, ſed actum vitiat.

53 Legans domum qui nullam in bonis domum habet nulliter legat.

54 Indefinita diſpoſitiua hominis, habens terminum comunem ſingularem relata ad ſpeciem artificialem mobilem, quæ reperiatur in patrimonio diſponentis, æquipollet vniuerſali.

55 Legans veſtem ſuam, omnes ſuas veſtes legaſſe intelligitur.

56 Indefinita diſpoſitiua hominis ſingularis numeri relata ad ſpeciem artificialem immobilem, quæ reperiatur in patrimonio diſponentis, æquipollet particulari.

57 Legans domum cenſetur legaſſe vnã ex ſuis domibus, quam hæres elegerit.

58 Indefinita diſpoſitio hominis in ſingulari numero, relata ad rem naturalem, habens terminum comunem ita generalem vt comprehendat etiam ea in quibus ſolutio eſt inutilis, neq; vniuerſali æquipollet, neq; particulari, ſed ſua generalitate actum inutilem reddit.

59 Legans rem, vel animal facit legatum inutile.

60 Indefinita diſpoſitiua hominis in ſingula-

ri nu-

Digitized by Google

vi numero, relata ad ſpeciem naturalem, cuius comunis terminus non ita ſit tranſcendens vel generalis, vt ſolutio ſit inutilis, æquipollet particulari.

61 *Legans ſeruum cenſetur legaſſe vnum ſeruum dumtaxat eligendum a legatario, ſi ſerui ſint in patrimonio, Si vero in diſponentis patrimonio non ſint, eligendum ab hærede.*

62 *Indefinita diſpoſitiua hominis in numero plurali, ad ſpeciem naturalem relata, quæ in diſponentis patrimonio reperitur, æquipollet vniuerſali.*

63 *Legans ſeruos ſuos omnes legaſſe intelligitur.*

64 *Indefinita diſpoſitiua hominis in plurali numero, ad naturalem ſpeciem relata, quæ in diſponentis patrimonio non reperitur, ſi ſit indeterminata facit diſpoſitionem inualidam.*

65 *Legans ſeruos vel equos ſimpliciter, cum nullum in bonis habeat ſeruum, vel equum, nulliter legat.*

66 *Indefinita diſpoſitiua hominis in plurali numero ad ſpeciem naturalem relata, quæ in diſponentis patrimonio non ſit, vbi coarctata eſt, & determinata, æquipollet vniuerſali.*

67 *Legans equos vel ſeruos Titij omnes Titij ſeruos & equos legaſſe cenſebitur.*

68 *Indefinita de materia neceſſaria æquipollet vniuerſali.*

69 *Indefinita de materia impoſſibili ſemper falſa eſt, & vitiat actum.*

70 *Indefinita enunciatiua hominis, in materia contingenti, æquipollet vniuerſali.*

71 *Limitatur primo in materia probatoria.*

72 *Limitatur ſecundo in materia ſpeciali.*

73 *Limitatur tertio vt procedat quo ad vniuerſalem regulam, non quo ad preciſã.*

74 *Sublimitatur in vniuerſali coarctata negatiua.*

75 *Indefinita legis diſpoſitiua, in materia contingenti, æquipollet vniuerſali.*

76 *Indefinita hominis diſpoſitiua ad perſonas relata æquipollet vniuerſali.*

77 *Limitatur in materia merè odioſa.*

78 *Indefinita hominis ad genus vel materiã, quæ non ſit in patrimonio diſponentis relata, æquipollet vniuerſali.*

79 *Limitatur vt procedat in indefinita coarctata, non in ſimplici.*

80 *Indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata, ſi ad materiam vel genus refertur, quod in loquentis ſit patrimonio, æquipollet vniuerſali.*

81 *Limitatur vt non procedat in materia ex qua conflata ſpecies non poſſunt ad eandem materiam reuerti.*

82 *Indefinita diſpoſitiuè ab homine ad ſpeciem artificialem in ſingulari numero relata æquipollet vniuerſali.*

83 *Limitatur in ſpecie, quæ non reperitur in patrimonio diſponentis.*

84 *Indefinita hominis diſpoſitiua ad ſpeciem naturalem in ſingulari numero relata, quomodo æquipolleat particulari.*

85 *Limitatur in indefinita indeterminata.*

86 *Indefinita hominis diſpoſitiua pluralis numeri ad ſpeciem naturalem relata, æquipollet vniuerſali.*

87 *Limitatur vbi illa ſpecies non reperitur in patrimonio diſponentis.*

88 *Sublimitatur in indefinita coarctata, & reſtricta.*

89 *Indefinita quæ ſecundum propriam, & logicalem ſignificationem non æquipollet vniuerſali, interdum æquipollet per iuris interpretationem.*

90 *Propoſitio vniuerſalis, aut eſt collectiua aut diſtributiua.*

DISTINCTIO PRIMA.

ANteaquã veniamus ad diſtinctionem, qua ſtatuendum eſt, an & quando indefinita æquipolleat vniuerſali, operepræciũ eſſe arbitror nõnulla præmittere ad intelligentiam terminorum, quæ nobis communia ſunt in hac materia cum dialecticis.

1 Primum igitur oportet non ignorare, materiam cuiuſcunq; propoſitionis, Aut neceſſariã eſſe, Aut impoſſibilem, Aut cõtingentem, vt, poſt dialecticos, docent Bart. ad l. Si pluribus de leg. 2 nu. 6. & Bald. ad l. ex perſona C. de probat. nu. 2. in verſ. in iſta igitur præſum-

2 ptione, materia neceſſaria dicitur quã-

Digitized by Google

do prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti,
vel proprium illius, vt homo eſt ani-
mal, homo eſt riſibilis, obligatio eſt iu
ris vinculum, actio eſt Ius perſequen-
di, vt per Bart. in præallegato loco, ma
3 teria impoſſibilis eſt, quando prædica-
tum eſt ita remotum à ſubiecto, vt nõ
poſſit aliquo modo illi conuenire, vt
quinquagenarius eſt minor, teſtamentũ
eſt contractus, homo eſt lapis, vt per
4 Bald. in præallegato loco. Materia au-
tem contingens, ſeu accidentalis, dici
tur, quando prædicatum poteſt adeſſe,
& abeſſe à ſubiecto, vt homo ẽ ſeruus,
Seruus eſt textor, homo eſt grammati-
cus, tutor, miles, & ſic de ſimilibus,
iuxta tradita per Bart. & Bald. in locis
5 ſupra prolatis, & eiuſmodi materia cõ
tingens, ſeu accidentalis, vt ego ani-
maduerti, eſt rurſus duplex, quædam
6 ſcilicet ſpecialis, & de raro contingens
puta, vt homo ſit monoculus, mutus,
& in iure noſtro, vt homo reſtituatur
in integrum, vel vt fiat Imperator, vel
7 Summus Pontifex, quædam regularis,
communis, & frequens, puta, vt homo
ſit bipes, erectus, & in iure noſtro, vt
ſemel hæres non deſinat eſſe hæres, vt
dominus ſit rei ſuæ moderator, & arbi
ter, hanc autem ſubdiſtinctionem ma-
terię contingentis colligimus nos, vl-
8 tra alios, ex l. nam ad ea. ff. de ll. nec
eſt inconueniens, vt vna & eadem ma-
teria contingens diuerſis reſpectibus,
& ratione diuerſorum ſubiectorum, ſit
regularis, & ſpecialis, vel ſingularis:
9 nam reſtitutio in integrum, relata ad
homines ſimpliciter eſt ſpecialis, rela-
ta autem ad minores læſos eſt regula-
ris, toto tit. ff. de minor.
10 Propoſitiones autem de materia qua
libet, Aut sũt vniuerſales, Aut particu
lares, Aut ſingulares, Aut indefinitę, vt
rectè docet poſt Dialecticos. Bart. ad
11 l. ſi is qui ducenta in §. vtrum de reb.
dubijs in veſtibulo, & ad l. ſi ita reli-
ctum in princip. de leg. 2. Vniuerſalis
propoſitio, ſeu oratio ea eſt, in qua ſu-
bijcitur terminus communis determi-
natus ſigno vniuerſali, vt omnis homo
currit, nullus homo currit, omnis iu-
12 riſdictio eſt poteſtas, nullus liberti-
nus eſt ingenuus. Particularis eſt, quã-
do terminus communis determinatur
ſigno particulari, quidam homo currit,
quidam homo non currit, aliquis ho-
13 mo eſt pubes, aliquis eſt impubes, Sin-
gularis, quando ſubijcitur terminus di
ſcretus, & ſic indiuiduum certum, Pe-
14 trus currit, Petrus non eſt tutor, Inde-
finita vero, oratio eſt quando terminus
communis ſubijcitur ſine aliquo ſigno,
vt homo eſt animal politicum, Hæres
repreſentat defunctum, ita docet Bart.
15 in præallegato loco. Ego autem addo
indefinitam hanc orationem, & propo
ſitionem eſſe in duplici differentia, Aut
ſimplicem, ſcilicet, & indeterminatã,
16 Aut reſtrictam, ſeu coarctatam, Primi
generis eſt hæc. hæres repræſentat per-
ſonam defuncti, in qua terminus cõmu
nis, hæres non eſt, per aliquam diffe-
17 rentiam coarctatus, Secundi autem ge-
neris, eſt illa indefinita, cuius commu
nis terminus limitatur, & reſtringitur
per aliquam differentiam tacitam, vel
expreſſam, cuiuſmodi eſt hæc. Hæres
meus damnas eſto dare aureos quinq;,
reſtringitur enim terminus ille com-
munis hæres per nomen poſſeſſiuum,
meus, ad duos vel plures hæredes teſta
toris eandem indefinitam proferentis.
18 Illud etiam poſtremo, admonendi
ſumus, Vniuerſalem, cui poteſt indefi-
nita æquipollere, duorũ generum, eſſe,
aliquam, ſcilicet præciſam, & rigoro-
ſam, aliquam regularem, Vniuerſalis ri-
19 goroſa illa dicitur, ad cuius verifica-
tionem requiruntur omnia contenta
20 ſub termino communi, ita vt ſi redda-
tur falſa in vno, reddatur falſa in om-
21 nibus, & hæc eſt propria, & vera ora-
tio vniuerſalis, de qua in d. l. ſi is qui
ducenta in §. vtrum ff. de reb. dub. vbi
Bart. eiuſmodi igitur eſt hæc propoſi-
tio, omnis homo eſt riſibilis, omne te-
ſtamentum, eſt teſtatio mentis, non au-
tem hæc omnis homo eſt bipes, omnis
dominus eſt rei ſuæ moderator, & ar-
biter, cum ſit reperire aliquem hominẽ

Digitized by Google

pede altero carentem, & dominium aliquem de ſuis rebus diſponere non valentem, vno enim ſolo homine pede altero carente, falſa redditur illa vniuerſalis propoſitio, omnis homo eſt bi
22 pes. Vniuerſalis autem propoſitio, ſeu oratio, regularis illa dicitur ad cuius verificationem, non requiruntur omnia ſub illius termino communi contẽta, ſed quamplurima, magis communiter, frequenter, & regulariter, & ſecundum hanc vniuerſalem, quæ fuſiore vocabulo dicitur vniuerſalis, vera eſt hæc propoſitio, omnis homo eſt bipes, licet aliquis altero pede careat, & hęc. omnis dominus eſt rei ſuæ moderator, & arbiter, licet aliquis vt puta minor de re ſua diſponere nequeat, Satis enim eſt ad verificationem eiuſmodi vniuerſalis fuſius acceptæ, homines regulariter, frequentius, vt plurimum, & à communiter accidentibus eſſe bipedes, & de rebus ſuis diſponere poſſe, Cęterum, ſecundum hanc vniuerſalitatem, non eſſet vera hæc propoſitio, omnis homo eſt monoculus, omnis homo reſtituitur in integrum, cum nec hoc, nec illud ſit regulare, ſed ſpeciale, & de raro contingenti. His ſic breuiter præmiſſis, in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis, nullo negotio intelligetur ſubijcienda à nobis doctrina, & diſtinctio.

23 Quatenus igitur, quæritur an indefinita æquipolleat vniuerſali, ſic eſt diſtinguendum. Aut eſt indefinita de materia neceſſaria, Aut de materia nõ neceſſaria, Si de materia neceſſaria, cuiuſmodi eſt, hæc obligatio eſt iuris vinculum, actio eſt ius perſequendi Inſtit. in prin. de oblig. Inſtit. in prin. de actio: æquipollet vniuerſali, vt docet Bart. ad l. ſi pluribus de leg. 2. nu. 6. & ſentiũt
24 ibi Bald. Caſtr. & alij. Si de materia nõ neceſſaria, Aut eſt oratio indefinita de materia impoſſibili, Aut de materia cõtingenti, Si de materia impoſſibili, cuiuſmodi eſt hęc propoſitio, Alueus fluminis publici, non eſt publicus. l. 1. §. Simili modo. ff. de flum. vel hæc. Seruus non eſt moriturus. l. non moriturum C. de contr. empt. vel hæc. Homo tangit cęlum digito §. ſi impoſſibilis Inſtitutionib. de inut. ſtip. neq; vniuerſali, neq; particulari æquipollet, ſed falſa, & nulla omnino eſt l. impoſſibilium. ff. de reg. iur. c. nemo pot. de reg. iur. lib. 6.
25 Si de materia accidentali, & contingenti, Aut indefinita profertur enunciatiuè, Aut diſpoſitiuè. Si enuntiatiuè Aut in materia probatoria, Aut in alia materia, Si in materia probatoria, vt in depoſitionibus teſtium, quoniam probatio debet de neceſſitate concludere, non æquipollet, vt colligitur ex Innocen. ad cap. auditis nu. 4. de præſcript. quem ſequitur ibi & commendat Abbas. nu. 24. & Felinus pariter num. 24. verſ. guſta. tradit Alex. conſ. 108. num. 13. lib. 2. faciunt tradita per Bald. ad l. ab hoſtibus in §. Sed quod ſimpliciter ff. quibus ex cauſ. maior. tradit in ſpecie Rebuff. alios adducens, ad l. pupillus eſt in §. verbum ſum, de uerb. ſigni. col. 2. in princ. nec non Maſcard. de pro
26 bat. concluſ. 1313. nu. 13. & 14. Si extra materiã ꝓbatoriã, Aut eſt ſimplex, Aut reſtricta, & coarctata; Si ſimplex; Aut de materia ſpeciali, Aut regulari, Si de ſpeciali nõ æquipollet vniuerſali, Hinc ſi dicatur homo eſt monoculus, eſt Imperator, eſt Tutor, eſt grammaticus, nõ eſt perinde, ac ſi dicatur, omnis homo eſt monoculus, Imperator, Tutor, grammaticus, ſed ſonat, aliquis homo eſt monoculus, aliquis Imperator, aliquis Tutor, aliquis grammaticus, vt latet nemi nem, æquipollet igitur potius parti-
27 culari. Si de materia regulari vel non ſpeciali, Aut querimus numquid æquipolleat vniuerſali pręciſæ, & rigoroſę, Aut regulari, Si pręciſæ non æquipollet vt colligitur ex Bart. ad l. ſi pluribus de leg. 2. nu. 6. verſ. verbi gratia. vbi tamen confundit enunciatiuam cum diſpoſitiua. Hinc ſi dicimus, homo eſt ſanus, homo loquitur; contrahit, teſtatur, litigat, non ita indefinita æquipollet vniuerſali, vt omnes homines, nemine penitus excepto, includat, Si de regulari con-

ri concludendum eſt affirmatiuè, Nam
28 ſi dicatur hæres tenetur ad onera hære
ditaria, etiam vltra vires patrimonij
29 ipſius defuncti, vel Dominus rei ſuæ
eſt moderator, & arbiter, licet aliquis
30 hæres nimirum qui fecit inuentarium
non teneatur vltra vires.l.vltima C.de
31 iur. delib.& aliquis dominus non poſ-
ſit diſponere de rebus ſuis §. nunc ad-
monendi,& toto tit.Inſtit.quibus alie-
nare licet,vel non, Bart. ad l.ſi quis vi.
32 §. differentia num.4. in fi.ff.de acquir.
poſſ. Exceptio enim vno uel altero fir-
mat regulam,non deſtruit, cum omnis
33 regula, quantumuis generalis, & vni-
uerſalis,patiatur exceptionem.l.omnis
definitio.ff. de reg. iur. vbi gloſ. Dec.
34 Cagnol. & alij,ſed in dubio,& quan-
diu non probatur exceptio,ſtandum eſt
regulæ vniuerſali Bart.ad l.2.nu.1 in fi.
ff. ſi quis in ius vocat.non ierit Dec. ad
l.1. nu.7. ff.de reg.iur. cum alijs à nobis
adductis in repetitione l.1.C. de eden-
do nu.61.verſ.ſi vero loquamur in fine.
35 Regulam enim,qui habet cauſæ ſuæ in
ſeruientem rem certam habere dicitur,
36 ita vt alleganti exceptionem incum-
bat onus probandi,vt per Iaſ.ad l. qui
37 ſe patris C.vnde liberi.Vbi vero inde-
finita eſt reſtricta & coarctata,aut dubi
tamus numquid æquipolleat vniuerſa-
li negatiuæ,aut affirmatiuæ,Si negatiuę
concludendum eſt, vniuerſali æqui-
pollere preciſæ l.ſi is qui ducenta. §. v-
trum in fine.ff.de reb.dub.ibi[non feci]
ideſt nihil eorum feci,tradit Bart ad ſę-
pius repetitã l.ſi pluribus nu.6.Si affir-
matiuę non æquipollet,vt per eundem
Bart.in d.l.ſi pluribus nu.5. verſ.verbi-
gratia,dum dicit,ſerui mei textores,li-
cet ibi confundat etiam indefinitam
ſimplicem,cum indefinita coarctata,il-
la enim, ſerui mei textores, eſt coar-
ctata per poſſeſſiuum mei, illa autem
38 homo currit eſt ſimplex. Vbi vero
indefinita pronunciatur diſpoſitiuè,
rurſus ex ſententia Bart.ad d. l. ſi plu-
ribus eſt diſtinguendum, quia, Aut
profertur,à, lege., Aut ab homine, Si
à, lege æquipollet vniuerſali ſaltem re
gulari. Hinc dum dicit I.C. in l.pœna-
lia.ff.de reg.iur [Pęnalia Iudicia ſemel
39 accepta in hæredes tranſmitti poſsũt,]
perinde eſt ac ſi dixiſſet, omnia pœna-
lia iudicia,tradit Bart.ad d.l.ſi pluribus
de leg. 2.nu. 5.per text. in l. iura non in
ſingulos. ff. de legib.Ex quo colligitur
40 orationem legis, etiam ſingularem v-
niuerſali æquipollere, igitur multo ma
gis æquipollebit indefinita.Si ab homi-
ne, Aut refertur ad perſonas, Aut ad
res,Si ad perſonas,Aut verſamur in ma
teria merè odioſa,ſeu odioſa irrationa
biliter,Aut in materia fauorabili, ſeu
41 indifferenti,Si in materia merè odioſa
indiffinita, neq; vniuerſali æquipollet,
neq; particulari,ſed ſua ambiguitate ui
42 tiat actum, Hinc filium exhæredans,
cum plures habeat, nullũ exhęredaſſe
intelligitur l.2.ff. de lib.& poſthum. Si
43 in materia fauorabili, uel indifferenti,
44 æquipollet vniuerſali, Hinc teſtator,
qui pluribus hæredibus inſtitutis dixe
rit.Hæres meus damnas eſto dare quin
que, omnes damnaſſe intelligitur d.l. ſi
45 pluribus.ff.de leg.2.Si ad res iterum eſt
diſtinguendum,quia Aut terminus cõ-
munis refertur ad materiã, vel genus,
Aut ad ſpeciem,Si ad materiam vel ge-
nus, puta ad argentum,aureum, mar-
mor, vinum, oleum, triticum; Aut e-
juſmodi materia vel genus in patrimo-
nio teſtatoris,& diſponentis, non repe
ritur, Aut reperitur,Si non reperitur,
Aut indefinita eſt ſimplex, & indeter-
minata,Aut reſtricta,& coarctata,Si in
determinata ſua ambiguitate vitiat a-
46 ctum. Hinc,ſi quis ſimpliciter & inde-
terminate vinum, triticum, & argentũ
leget,nullum eſt legatum, quia hæres
dando tritici granum, vel vini guttam,
& minimam argenti particulã libera-
retur,gloſ. eſt in l.legato generaliter ff.
de leg.1.& in §.Si generaliter Inſtit.de
legatis, facit in fortioribus terminis.l.
47 Si domus in princ.ff.de leg.1.Si deter-
minata, & coarctata, puta,per aliquod
nomen poſſeſſiuum, quia ſcilicet lega-
tum ſit vinum Titij, vel quia ſit legatũ
frumentum,quod eſt in tali loco,intel-
ligitur

Digitized by Google

ligitur relictum vniuerſum Titij vinũ,
& omne frumentum, quod in memora
to loco reperitur, & ſic æquipollet vni
nerſali,arg.d.l.ſi pluribus,iuncto.§.non
48 ſolum , Inſtit. de leg. Si vero materia,
vel genus relictum reperitur in patri-
monio diſponentis. Aut eſt materia ex
qua conflata ſpecies poteſt reuerti ad
rudem materiam, Aut materia ex qua
confecta ſpecies ad rudem materiam,
& maſſam non reuertitur , ſi eã eſt , ad
quam ſpecies poteſt reuerti,vt aurum,
argentum, indefinita abſolutè æquipol
let vniuerſali , ita vt comprehendat e-
tiam ſpecies illius materiæ , & ſic Ar-
49 gentum & Aurum factum. Hinc , auro
vel argento legato,etiam aurum,& ar-
gentum teſtatoris factum debetur , &
ſic ſpecies illius materiæ,dummodò nõ
ſit pecunia l. Quintus Mutius 2.§.1. &
l. cum aurum.ff.de aur.& arg.leg.l.quę
ſitum eſt.§. illud fortaſſis & l.lana lega
50 ta in fi.ff. de leg. 3. Si vero eſt eiuſmo-
di, vt confecta ſpecies ad eam reuerti
non poſſit,cuiuſmodi eſt lana , & mar-
mor , indefinita æquipollet vniuerſali
coarctatæ ad materiam vniuerſam ſim
plicem,& rudem,non vniuerſali gene-
51 raliſſimæ , quæ comprehendat etiam
materiam ad ſpeciem redactam ; Hinc
legata lana vel marmore , nec ueſtes ex
lana facta,nec ſtatuæ marmoreæ deben
tur d.§. illud fortaſſis & l.ſi cui lana,&
l. lana legata.ff. de leg. 3. Si uero inde-
52 finita refertur ad ſpeciem , Aut termi-
nus communis eſt in numero ſingula-
ri,Aut in numero plurali, Si in ſingu-
lari , Aut ſignificat ſpeciem artificialẽ,
Aut naturalem,Si artificialem, Aut nul
lum indiuiduum illius ſpeciei reperitur
in patrimonio diſponentis, Aut reperi
tur,Si non reperitur,neq; uniuerſali æ-
quipollet, neq; particulari, ſed ſua an-
biguitate actum uitiat,& diſpoſitionẽ.
53 Hinc ſi quis ſimpliciter,& indetermi-
nate Domum legat, & nullam in bonis
domum habet , magis deriſorium eſt,
quàm utile legatum,ut inquit I.C.in l.
54 ſi domus in fine .ff. de leg. 1. Si uero
aliqua illius ſpeciei indiuidua reperiũ
tur in patrimonio diſponentis, Aut ter
minus communis ſignificat ſpeciem ar-
tificialem mobilẽ, Aut immobilem, Si
mobilem æquipollet uniuerſali . Hinc
55 legans ueſtem ſuam , omnem ſuam ue-
ſtem legare intelligitur l.ſi ita legatum
56 & l.Plautius. ff. de aur. & argen. leg.
Si immobilem æquipollet particulari.
57 Hinc legans Domum cenſetur legaſſe
unam ex ſuis domibus, quam elegerit
Hæres.d. l. ſi domus,in primo reſpon-
ſo,ubi Bart.nu.2. ff.de leg. 1. Vbi uero
58 terminus communis ſignificat ſpeciem
naturalem. Aut d.terminus communis
ita generalis eſt,ut comprehendat etiã
ea, in quibus ſolutio eſſet inutilis,Aut
non eſt ita generalis,ut comprehendat
etiam ſpecies minimas , & nullius uti-
59 litatis. Primo caſu nec uniuerſali , nec
particulari æquipollet , nam ſi legetur
res,uel animal,legatum eſt inutile , ob
nimiam generalitatem , & ambiguita-
tem rei relictæ,Poſſet enim hęres dan-
do feſtucam,& muſcam liberari,ut di-
cit gloſ.in d.l. legato generaliter d.leg.
1. & in d.§.ſi generaliter Inſt.d.leg.Se-
60 cundo autem caſu,quando ſcilicet non
comprehendit etiam ſpecies minimas,
& nullius pretij,æquipollet particula-
61 ri,non uniuerſali.Hinc legans ſeruum,
cenſetur legaſſe vnum ſeruum dunta-
xat eligendum,à legatario. Si ſerui ſint
in patrimonio , Si uero in diſponentis
patrimonio ſerui non ſint , el gendum
ab hærede,ut per gloſ. in d.l.legato ge-
neraliter , & d §. ſi generaliter. Quan
62 do autem terminus communis indefi-
nitæ eſt in numero plurali, & ſignificat
ſpeciem naturalem,pariter diſtinguen-
dũ eſt,Aut aliqua indiuidua illius ſpe-
ciei,ſunt in patrimonio teſtatoris, Aut
non,Si ſunt,indefinita æquipollet vni-
63 uerſali . Hinc, ſeruos ſuos legans, om-
nes legaſſe intelligitur l. ſi ita legatum
in fi.ff.de aur.& arg. leg.& l. ſeq.Si nul-
64 lum illius ſpeciei indiuiduum eſt in
diſponentis patrimonio , Aut indefini-
ta eſt indeterminata,Aut determinata
& limitata, Si indeterminata arbitror,
nec vniuerſali, nec particulari , æqui-
pollere

Digitized by Google

pollere, ſed ſua ambiguitate actum ip-
ſum & diſpoſitionem eluſoriam redde
65 re, Si quis igitur ſimpliciter, vel ſer-
uos, vel equos legauerit, cum nullum
in bonis habeat ſeruum, vel equum,
nullum erit legatum, argumento l. ſi do
66 mus in fi. prin. ff. de leg. 1. Si uero inde-
finita ita eſt limitata, & coarctata, vt
rei de qua indefinitè diſponitur deter-
minatam aliquam tribuat certitudinē,
67 arbitror vniuerſali æquipollere. Hinc
legans equos, vel ſeruos Titij, omnes
Titij ſeruos, & equos legaſſe cenſebi-
tur, arg. d. l. ſi ita legatum in fin. ff. de
aur. & arg. leg. iuncto §. non ſolum In-
ſtit. de leg.

Sed, vt facilius ab omnibus longior hæc
diſtinctio intelligatur, & percipiatur,
eam vniuerſam breuiter redigam ad nō
nullas concluſiones adnotatione di-
gnas, cū ſuis, vbi opus fuerit, limitatio-
nibus, & declarationibus.

68 Prima igitur concluſio eſt. indefinita
de materia neceſſaria indiſtinctè æqui-
pollet vniuerſali, Bart. ad l. ſi pluribus
de leg. 2. nu. 6.

69 Secunda indefinita de materia im-
poſſibili neq; vniuerſali, neq; particula
ri æquipollet, ſed falſa eſt, & actum vi-
tiat arg. l. impoſſibilium ff. de reg. iur.

70 Tertia Indefinita prolata ab homine
enunciatiuè in materia contingenti æ-
quipollet vniuerſali l. ſi is qui ducenta
§. vtrum in fi. ff. de reb. dub.

71 Limitatur Primo vt non procedat
in materia probatoria Maſcard. de pro
bat. concluſ. 1313. nu. 13. cum ſeqq. poſt
alios ſupra in corpore diſtinctionis pro
latos.

72 Limitatur ſecundo, vt procedat in
materia regulari, ſecus in ſpeciali vt
ſupra in corpore diſtinctionis.

73 Limitatur tertio vt in materia regu-
lari procedat quo ad vniuerſalem regu
larem, non quo ad vniuerſalem pręciſā,
& rigoroſam, vt colligitur ex Bart. ad
d. l. ſi pluribus nu. 6. verſ. verbi gratia.

74 Sublimitatur hæc limitatio, vt con-
cluſioni derroget quo ad indefinitam
ſimplicem, & quò ad coarctatam affir-
matiuam; ſecus autem quo ad coarcta-
tam negatiuam, quæ rigoroſæ, & præci
ſæ vniuerſali æquipollet, d. l. ſi is qui du
centa §. vtrum ff. de rebus dubijs.

75 Quarta indefinita prolata, à lege in
materia contingenti diſpoſitiuè, æqui-
pollet vniuerſali ſaltem regulari Bart.
ad d. l. ſi pluribus nu. 5.

76 Quinta indefinita diſpoſitiuè ab ho
mine prolata, quę ad perſonas refertur
æquipollet vniuerſali d. l. ſi pluribus.

77 Limitatur vt procedat in materia fa
uorabili, vel indifferenti, ſecus autem
in merè odioſa, in qua ſua ambiguitate
vitiat actum l. 2. ff. de liber. & poſtum.

78 Sexta indefinita diſpoſitiuè ab homi
ne prolata, ſi ad materiam, vel genus re
feratur, quod in patrimonio diſponen-
tis non reperitur, æquipollet vniuerſa-
li d. l. ſi pluribus, iuncto §. non ſolum
Inſtit. de legat.

79 Limitatur hæc concluſio vt proce-
dat in indefinita coarctata, ſecus in ſim
plici, & indeterminata, quæ ſua ambi-
guitate vitiat actū, gloſ. in l. legato ge-
neraliter ff. de leg. 1.

80 Septima indefinita diſpoſitiuè ab ho
mine prolata ſi ad materiam, vel genus
refertur quod in patrimonio diſponen-
tis reperitur æquipollet vniuerſali l. cū
aurum. ff. de auro & arg. leg. l. quæſitum
eſt §. illud fortaſſis, & l. lana legata. in
fi. ff. de leg. 3.

81 Limitatur hæc concluſio, vt proce-
dat in ea materia ex qua conflata ſpe-
cies poteſt ad rudem materiam reuerti,
tunc enim æquipollet vniuerſali, ita vt
comprehēdat etiam ſpecies omnes ex
illa materia conflatas, præter pecuniam
d. l. cum aurum, & l. quintus Mutius 2.
in §. 1. ff. de aur. & arg. legat. ſecus au-
tem in materia ex qua confecta ſpecies
ad rudem materiam non poteſt reuer-
ti, tunc enim nō ita æquipollet vniuer-
ſali, vt etiam ſpecies ex ea conflatas
comprehendat, ſed rudem tantummo-
do materiam d. §. illud fortaſſis, & l. ſi
cui lana & l. lana legata ff. de legat. 3.

82 Octaua eſt concluſio indefinita diſ-
poſitiuè ab homine ad ſpeciem artifi-
cialem

Digitized by Google

cialem in ſingulari numero relata æquipollet vniuerſali l. ſi ita legatum & l. ſequenti ff. de aur. & arg. legat.

83 Limitatur vt non procedat in ſpecie, quæ non reperitur in patrimonio diſponentis, in qua diſpoſitio nulla eſt l. ſi domus in fi. de leg. 1.

84 Nona. indefinita diſpoſitiuè ab homine ad ſpeciem naturalem, in ſingulari numero relata, æquipollet particulari, & comprehendit ſpeciem eligendam à creditore, ſi ſit in illius patrimonio, a debitore, ſi in patrimonio illius non ſit l. legato generaliter, vbi gloſ. de leg. 1.

85 Limitatur hæc concluſio, vt nõ procedat quando indefinita eſt ita generalis, vt comprehẽdat etiam, ea, in quibus ſolutio eſſet inutilis d. l. generaliter, vbi gloſ.

86 Decima. indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata in plurali numero, & ad ſpeciem naturalem relata, æquipollet vniuerſali l. ſi ita legatum in fin. ff. de aur. & arg. legat.

87 Limitatur, vt procedat in ſpeciebus, quæ reperiuntur in patrimonio diſponentis, ſecus ſi ſpecies, ad quam refertur, non ſit in illius patrimonio, tunc enim diſpoſitio nulla eſt arg. l. domus in fin. princ. ff. de leg. 1.

88 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni tunc demum derroget, quando indefinita eſt indeterminata, nam tunc ſua ambiguitate vitiat actum, ſecus ſi ſit limitata, & coarctata, vt rei de qua indefinite diſponitur determinatam aliquam tribuat certitudinem, arg. d. l. ſi ita legatum in fi. ff. de aur. & arg. legat. iuncto §. non ſolum Inſtit. de leg.

89 Conſtat igitur ex his indefinitam, quæ ſecundum propriam & logicalem ſignificationem, vt loquitur Bart. in ſępius repetita l. ſi pluribus de leg 2. nu. 6. vniuerſali non æquipollet per interpretationem, & in uſu iuris ſæpenumero vniuerſali æquipollere; Cæterũ

90 quia vniuerſalis, aut eſt collectiua, aut diſtributiua, pro varietate ſignorum, quibus conſtituitur, vt late per DD ad §. hoc articulo ff. de hæred. Inſt. Videamus breuiter, an indefinita, quatenus vniuerſali æquipollet collectiuè, vel diſtributiuè æquipollere intelligatur.

ARGVMENTVM.

Vtrum indefinita, vbi vniuerſali æquipollet, collectiuè, vel diſtributiuè æquipollere intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Oratio vniuerſalis duplicem poteſt habere ſignificationem, collectiuam, & diſtributiuam.*

2 *Collectiua quæ, & quale illius ſignum.*

3 *Diſtributiua quæ & quale illius ſignũ.*

4 *Differentia in vſu iuris inter diſtributiuam, & collectiuam.*

5 *Statuti diſpoſitio, vt vnuſquiſq; ingrediens caſtrum habeat decem, ſingulis ingredientibus decem tribuit in ſolidũ*

6 *Statuti diſpoſitio, vt omnes ingredientes decem habeant, omnes coniunctim ad eadem decem vocat.*

7 *Legatis centum vnicuiq; ex filiabus pro dote, ſingulis centũ in ſolidum debẽtur, ſecus ſi centum omnibus legentur.*

8 *Procuratoribus omnibus conſtitutis; non intelliguntur in ſolidum conſtituti, ſed omnes ſimul, ita vt vnus non poſſit ſine altero, ſecus ſi quolibet ex pluribus conſtituto.*

9 *Idem in pluribus teſtamentorum executoribus.*

10 *Hæredibus omnibus damnatis ad centũ, non niſi ad centum omnes ſimul tenentur, ſecus ſi quilibet ex hæredibus ad centum damnetur.*

11 *Indefinita æquipollet vniuerſali collectiuè, vel diſtributiuè ſecundum coniecturarum, & præſumptam mentem loquentis.*

12 *Indefinita, in dubio, æquipollet vniuerſali collectiuè, non diſtributiuè, ſiue res ſit diuidua, ſiue indiuidua.*

Digitized by Google

13 *Legans filiabus centum aureos, omnibus eadem centum legaſſe intelligitur.*

14 *L. qui filiabus in §. 1. de leg. 1. declaratur.*

15 *Hæredem ſuum damnans ad dandum quinq; non quemlibet hæredem ſed omnes ad eandem quantitatem intelliguntur damnati.*

16 *Indefinita, in dubio, æquipollet vniuerſali collectiuè, niſi de contraria conſtat diſponentis voluntate.*

DISTINCTIO II.

1 ORatio ſeu propoſitio vniuerſa-
lis, quo ad modum ſignifican-
di, duplex eſſe poteſt, collecti
ua ſcilicet, & diſtributiua. Collectiua
2 illa eſt, quæ habet ſignum collectiuũ,
3 puta. omnis homo currit, diſtributi-
ua, quæ ſignum habet diſtributiuum,
4 vt quilibet dormit, & longa differen-
tia eſt in vſu iuris iter vnam, & alte-
ram vniuerſalem, quia ſignum vniuer
ſale diſtributiuum, vt quilibet, quiſ-
quis, vnuſquiſq; & ſimilia actum de
quo agitur cuilibet inſolidum attri-
buunt, & appropriant, vt loquuntur
Bart. & Bald. ad l. hoc articulo ff. de
hæred. Inſtit. vterq; nu. 3. tradidit an-
te eos glo. ad l. ſi pluribus de leg. 2. vbi
etiam Bart. nu. 3. collectiuum autem
ſignum, vt, omnis, collectiuè omni-
bus, non autem ſingulis in ſolidum
attribuit, vt docent Bart. & Bald. eod.
5 in loco, quamobrem; Si ſtatutum eſ-
ſet, vt vnuſquiſq; ingrediens Caſtrum
haberet decem, ſingulis ingredienti-
bus in ſolidum decem deberentur, ſe
6 cus autem, ſi omnes ingredientes Ca-
ſtrum decem eſſent habituri, omnes
enim hoc caſu coniunctim ad eadem
7 decem vocarentur, Hinc etiam fieret,
vt ſi quis vnicuique filiarum pro dote
centum, legaret, ſingulis centum in ſo
lidum, deberentur, ſecus autem ſi om-
nibus filiabus ſuis, centũ legaret, tunc
8 enim non niſi centum, omnes ſimul
haberent, Item, aliud eſt dicere, con-
ſtituo omnes iſtos meos procurato-
res, aliud eſt dicere, conſtituo omnes
iſtos meos procuratores, aliud eſt di-
cere; conſtituo quemlibet iſtorum.
Primo enim caſu ſunt omnes ſimul nõ
inſolidum conſtituti, & conſequenter
vnus non poteſt ſine alio, Secundo au-
tem caſu quilibet habet poteſtatem in
9 ſolidum vt per Bald. in d. l. hoc articu
lo num. 3. in fine, vbi dicit idem locũ
habere in executoribus teſtamentorũ
10 eodem quoq; modo, Si quis omnes
grauaret hæredes ad dandum centum
non niſi ad centum, omnes teneren-
tur, ſed, ſi ad dandum centum quem-
libet hæredem damnaret ſinguli ad cẽ
tum inſolidum tenerentur glo. eſt in
d. l. ſi pluribus de leg. 2. Hæc igitur, cũ
ita ſint, dubitatio eſt, an indefinita,
quæ nec diſtributiuum, nec collectiuũ
ſignum habet in caſibus, in quibus in
vſu iuris vniuerſali æquipollet, diſtri-
butiuè, an collectiuè æquipolleat, qua
in re omiſſa Bart. declaratione ad l. ſi
pluribus. ff. de leg. 2. nu. 7. Sic breuiter
diſtinguerem, Aut conſtat de mente
diſponentis ſaltem præſumptiuè, Aut
verſamur omnino in dubio. Primo ca-
ſu æquipollet diſtributiuè, vel colle-
ctiuè ſecundum mentem eiuſdem di-
ſponentis, arg. l. in conditionibus. ff.
de cond. & demonſt. & § diſponat in
12 auth. de nupt. Secundo autem caſu
æquipollet collectiuè, non, autẽ diſtri-
butiuè, ſiue res ſit indiuidua, vt in
l. 4. §. cato de verb oblig. ſiue diuidua,
13 vt in d. l. ſi pluribus; legans ergo filia-
bus centum aureos, omnibus eadem
centum legaſſe intelligitur, quidquid
videatur ſentire in contrarium Bart.
14 in d. l. ſi pluribus nu. 7. per l. qui filia-
bus in §. 1. de leg. 1. vbi non eſt ora-
tio indefinita, ſed vniuerſalis diſtribu
tiua, vt patet ex particula, ſi qua, quam
diſtributiuam eſſe admittit idẽ Bart.
15 in d. §. 1. Hinc etiam, ſi pluribus hæ-
redibus inſtitutis ita ſcriptum ſit. hæ-
res meus damnans eſto dare aureos
quinq;, non quilibet hæres, ſed om-
nes videbũtur damnati, vt vna quinq;
dent vt inqt Põponius in d. l. ſi plurib.

Con-

Digitized by Google

26 Concluſio ergo eſt vt indefinita in caſibus, in quibus æquipollet vniuerſali, æquipolleat collectiuè, non autem diſtributiuè, ſiue res ad quam refertur ſit diuidua, ſiue indiuidua, niſi de contrario conſtet loquentis voluntate ſaltem preſumptiue.

ARGVMENTVM.

An, & quando ex duabus enunciationibus, quarum altera ſit affirmatiua, altera negatiua, vna ſit de neceſſitate falſa altera vera.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitiones oppoſita per affirmationem, & negationem, de materia neceſſaria, vel impoſſibili, ita ſe habent ſemper ad inuicem, vt altera vera ſit altera falſa.*

2 *Propoſitiones dua de materia contingenti pariter oppoſita per affirmationem, & negationem, ſi amba ſint vniuerſales, amba poſſunt eſſe falſa.*

3 *Propoſitiones dua de materia contingenti, ſi amba ſint indefinita, vel particulares, ambę poſſunt eſſe verę, licet altera affirmatiua ſit, altera negatiua.*

4 *Propoſitiones dua, ſi ſingulares ſint, & per affirmationem, & negationem oppoſita, altera ſemper vera eſt, altera falſa, etiam in materia contingenti.*

5 *Propoſitiones duę de materia contingenti, ſi altera ſit vniuerſalis, altera particularis, de neceſſitate altera vera eſt, altera falſa.*

6 *Oratio ſumpta ex vniuerſo, ſi redditur falſa in vno, eſt vniuerſaliter falſa.*

7 *Teſtis, qui ſemel dixit certa quadam nocte, & hora, nullum fuiſſe ante domum Titij, Si deinde rurſus interrogatus, eadem hora, & nocte dixerit Meuium fuiſſe ante domum Titij, poterit de falſo puniri, vel tamquam ſibi contrarius torqueri.*

8 *Propoſitiones duę, quarum altera ſit affirmatiua, altera negatiua, poſſunt eſſe ſimul falſę, vel ſimul verę.*

9 *Limitatur primo, vt procedat in propoſitionibus de materia contingenti, ſecus de materia neceſſaria, vel impoſſibili.*

10 *Limitatur ſecundo, vt nec in propoſitionibus de materia contingenti locũ habeat, vbi amba ſint ſingulares, vel altera vniuerſalis, altera particularis.*

DISTINCTIO III.

AVT enunciationes oppoſitæ per affirmationem, & negationem Sunt de materia neceſſaria, vel impoſſibili, iuxta terminos Dialecticorum, & Bart. ad l. ſi pluribus de leg. 2. nu. 6. de quibus nos quoq; ſupra in
1 prima diſtinctione abundè diximus, Aut de materia cõtingenti. Primo caſu ſemper vna eſt falſa, altera vera, vt omnis ſeruus eſt ſui iuris, nullus ſeruus eſt ſui iuris, omne iter eſt ſeruitus realis, nullum iter eſt ſeruitus realis. Secundo autem caſu, Aut ambæ propoſitiones ſunt eiuſdem qualitatis
2 Aut diuerſæ, Si eiuſdem, Aut ambæ vniuerſales, Aut non, Si ambę vniuerſales, non de neceſſitate, altera eſt falſa, & altera vera, quia ambæ poſſunt eſſe falſæ, vt omnes de capitulo interuenerunt in electione, nullus de capitulo interuenit, poteſt enim eſſe, vt aliqui interuenerint, quo caſu ambæ ſunt falſæ arg. l. ſi is qui ducenta §. vtrum ff. de reb. dub. Tradit Bald. ad l. 1. C. de furt. nu. 13. ſi non ſunt vniuerſales, Aut ſunt indefinitæ, vel particu-
3 lares, aut ſingulares, Si indefinitæ, vel particulares, altera vera, altera falſa non eſt de neceſſitate, cum ambæ poſſint eſſe veræ, vt homo decedit inteſtatus, homo non decedit inteſtatus, & quidam eſt liber, quidam non eſt li-
4 ber, Si vero ambæ ſunt ſingulares; id eſt reſtrictæ ad indiuiduum ſignatum, neceſſarium eſt, vt altera vera ſit, altera falſa, Baldus contradixit, Baldus non contradixit. l. optimam. C. de contrah. & committ. ſtipul. Decet Baldus

5 in d.l.1.C. de furt. nu.13.Si verò ſunt diuerſæ qualitatis, quia altera ſit vniuerſalis, altera particularis, ſemper vna eſt vera, altera falſa de neceſſitate, vt puta.omnis tutor eſt improbus,
6 aliquis tutor non eſt improbus, Oratio enim ſumpta ex vuiuerſo,ſi reddatur falſa in vno, eſt vniuerſaliter falſa d.l. ſi is qui ducenta §. vtrum in prin. verſ. quarto. ff. de reb. dub. Vbi Bart. ſentit & Tyndarus in tractatu de teſtibus cap.10.nu.10.dum dicit teſtem,
7 qui ſemel dixit, certa quadam nocte, & hora nullum fuiſſe ante domum Titij,deinde rurſus Interrogatus eadem hora,& nocte Meuium fuiſſe ante Domum Titij, vel poſſe de falſo puniri, vel tamquam ſibi contrarium torqueri.Conſtat igitur Theoriam hanc vtilem eſſe prçſertim ad contrarietates teſtium detegendas,& cognoſcendas.
8 Ponatur ergo concluſio. Duæ propoſitiones, quarum altera ſit affirmatiua,altera negatiua, poſſunt eſſe ſimul falſæ,vel ſimul veræ Bald.ad l.primam C. de furt. nu. 13.
9 Limitatur Primo,vt locum habeat in propoſitionibus de materia contingenti, ſecus in propoſitionibus de materia neceſſaria, vel impoſſibili, quarum ſemper de neceſſitate altera vera eſt, altera falſa, vt ad ſenſum patet.
10 Limitatur Secundo, vt nec procedat in propoſitionibus de materia contingenti, quando vel ambæ ſunt ſingulares, vel altera vniuerſalis eſt, altera particularis, nam tunc quoque ſemper de neceſſitate altera vera eſt, altera falſa, vt per eund. Bald. poſt Dialecticos i d.l.prima ſub eod.nu.13

ARGVMENTVM.

An; & quando particulæ quis vel aliquis,quæ uel aliqua,quod vel aliquod ſigna ſint vniuerſalia, vel particularia.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitio hypotetica, & cathegorica quomodo differant.*
2 *Quis,vel aliquis,quæ,vel aliqua,quod, vel aliquod in propoſitionibus hypoteticis, ſemper ſunt ſigna vniuerſalia, ſiue ſint affirmatiua, ſiuè negatiua & num. 5.*
3 *Quis,vel aliquis, & cætera pronomina, in propoſitionibus cathegoricis affirmatiuis, tàm enunciatiuis,quàm diſpoſitiuis ſemper ſunt ſigna particularia & nu. 6.*
4 *Quis vel aliquis, quæ vel aliqua, & cætera ſimiles particulæ,in propoſitionibus cathegoricis i. puris, negatiuis, ſi negatio antecedat eas, in dubio ſunt ſigna vniuerſalia, ſi ſubſequatur particularia & num. 7.*

DISTINCTIO IIII.

1 AVT eiuſmodi particulæ ſunt prolatæ in oratione, & propoſitione hypotetica, ideſt non pura, & ſimplici, ſed conditionali, vt poſt dialecticos docet Nicol. Vigell. in ſua dialect. iur. lib. 1. cap. de compoſito Themate, ſeu propoſitione in fin. & lib. 3.cap. de Syllogiſmo Cathegorico, & cap. de Syllogiſmo hypothetico, Aut in oratione,ſeu propoſitione cathegorica, ideſt ſimplici,& pura,non conditionali, vt per eundē Vigelliū in locis prolatis,
2 Primo caſu eiuſmodi particulæ ſunt ſemper vniuerſales, ſiue ponantur negatiuè, vt in l. ſi verò plures.§. ait Prætor ff. de his qui deiec. & effud. in l. ſi quis à ſocio ff. pro Soc. l. ſi qua aqua ff. ſi ſeru. vend. l. ſi quod mihi ff. de dona. inter virum & vxorem, ſiue affirmatiuè, vt in l. ſi quis obligationi de regulis iuris in l. ſi quis ædes.ff. de ſerui.vrb.prædior. in l.ſi qua pœna, quæ eſt l. ante penultima ff. de verbor. ſignificat. faciunt tradita per

Bart.

Digitized by Google

Bart. ad l. hoc articulo, preſertim ſub numero 7. ff. de hæredibus Inſtitut.

3 Secundo caſu, Aut ponitur affirmatiuè, Aut negatiuè, Si affirmatiuè, ſemper ſunt particulares, Siue ponantur enunciatiuè, Locus eſt aliqua portio fundi l. locus ff. de verb. ſignificat. Siue diſpoſitiuè, lego aliquem ex

4 Seruis meis, Si negatiuè, Aut negatiua antecedit eiuſmodi particulas, Aut ſubſequitur, Si antecedit, in dubio, eſt vniuerſalis, non currit aliquis homo, ideſt nullus homo currit, non alienetur aliquid, ideſt nihil alienetur, Si ſubſequitur in dubio, eſt particularis. aliquis homo non currit, aliquis homo non eſt ingenuus.

5 Duplex igitur ponenda eſt concluſio Prima eſt; vt dictæ particulę, in propoſitionibus hypoteticis .i. conditionalibus, ſiue ſint affirmatiuè, ſiuè negatiuè, ſemper ſint ſigna vniuerſalia l. ſi verò plures §. ait prætor. ff. de his qui deiec. vel effud. l. ſi quis à ſocio ff. pro Socio, cum alijs adductis ſupra in corpore diſtinctionis.

6 Secunda eſt, vt in propoſitionibus puris & cathegoricis, ſiue enunciatiuis, ſiue diſpoſitiuis, ſemper ſint ſigna particularia l. locus ff. de verborum ſignificatione.

7 Limitatur primo, vt procedat in propoſitionibus affirmatiuis, ſecus in negatiuis, in quibus, in dubio, ſunt ſigna vniuerſalia.

Sublimitatur, vt concluſioni derroget quando negatiua eas antecedit, ſecus ſi ſubſequatur, vt in fine diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

An, & quando idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.

SVMMARIVM.

1 Oppoſita per priuationem, & habitum ſunt mors & vita, tacitas & viſio, retentio & amiſſio poſſeſſionis ſeruitus & manumiſſio.

2 Oppoſitorum genera plura remiſſiuè.

3 Propoſitum, vbi habitum operatur, oppoſitum priuationem inducit.

4 Poſſeſſionis retinendæ animus retentionem inducit, oppoſita autem affectio amiſſionem.

5 Propoſitum, vbi inducit priuationem ope exceptionis, oppoſitum poteſt operari habitus redintegrationem, ſecus ſi priuationem ipſo iure inducit.

6 Legatum adimitur interuenientibus inimicitijs grauiſſimis, & capitalibus inter teſtatorem, & legatarium ope exceptionis, illis autem ceſſantibus redintegratur.

7 Propoſitum, vbi ipſo iure inducit priuationem, oppoſitũ non põt operari habitũ.

8 Teſtamentum conditum ſecundum ius commune, & militari teſtamento poſteafacto, infirmatum, non reconualeſcit, ſi poſt annum militare teſtamentum euaneſcat.

9 Deſtruere facilius eſt, quàm conſtruere.

10 De vera, & actuali priuatione ad habitum non datur regreſſus.

11 Extinctũ ſemel amplius non reuiuiſcit.

12 Profana res, ſi efficiatur ſacra, & ſeruus homo liber, ſtipulatio euaneſcit, nec reconualeſcit, ſi rurſus de ſacra efficiatur profana, & homo liber ſeruus.

13 Oppoſitorum regula non habet locum in materia ſtricta, vel odioſa, etiam ſi vigeat contraria ratio.

14 Mandatarius, qui debebat impendere centum, & impendit nonaginta, non niſi nonaginta repetit, nec ideo qui debebat impendere nonaginta, & impendit centum, centum repetit, ſed tantum nonaginta.

15 Matrimonium filij, cui conſentit pater eſt legitimum, cui non conſentit nequaquam.

16 Legata rei diminutio minuit legatum adiectio autem illi facta auget.

17 Filius vulgo conceptus ſuccedit matri, Senatu Conſult. Tertull. & mater filio, niſi ſit illuſtris.

Oppo-

18 *Oppoſitum non operatur idem in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, ſi eadem in vtroq; vigeat ratio.*

19 *Ancilla ſiue pareat cum conceperit in libertate, ſiue Ancilla concipiat, & libera facta pareat, liber filius ſemper naſcitur.*

20 *Matris calamitas non debet ei nocere qui eſt in vtero.*

21 *Natus ſemper fingitur qui in vtero eſt, ad illius vtilitatem.*

22 *Sententia Arbitri, ſiue iuſta, ſiue iniuſta valet.*

23 *Oppoſitum non operatur idem in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, ſi diuerſa non contraria ſit inter oppoſita ratio, ſed tantum inducit effectus ceſſationẽ.*

24 *Papa, ſi mãdat, diminutis Eccleſiæ bonis, Canonicorum numerum minui, non ideo intelligitur mandaſſe vt, illis auctis, Canonicorum numerus augeatur.*

25 *Regula oppoſitorum ponitur affirmatiuè.*

26 *Limitatur in oppoſitis per priuationem & habitum.*

27 *Sublimitatur quãdo propoſitum inducit priuationem ope exceptionis, vel actus tantum, non autem actus, & potentia ſimul.*

28 *Limitatur ſecundo quando viget eadem ratio, vel diuerſa ratio, non cõtraria.*

29 *Limitatur tertio etiam quando viget contraria ratio, ſi materia ſit ſtricta, vel odioſa.*

DISTINCTIO V.

1 AVT verſamur in oppoſitis per priuationem, & habitum, cuiuſmodi ſunt cęcitas, & viſio, mors, & vita, poſſeſſionis retentio, &
2 amiſſio, Seruitus, & manumiſſio, Aut in alijs generibus oppoſitorum, de quibus Philoſop. in libello prędicament. tract. 3. c. 1. de oppoſitis, Si in oppoſitis priuatiuis, Aut propoſitum inducit
3 habitum, Aut priuationem, Si habitũ oppoſitum operatur priuationem, vt
4 in l. 3 §. in amittenda, ff. de acquir. poſſeſſ. quemadmodum enim retinendi animus, & affectio inducit habitũ retentionis, ita quoq; in caſu oppoſito, vbi quis in fundo ſit, & tamen nolit eum poſſidere, protinus affectione contraria poſſeſſionem amittit d. §. in
5 amittenda, Si verò propoſitum inducit priuationem, Aut inducit illam ope exceptionis, Aut ipſo iure, ſi ope exceptionis oppoſitum operatur (ante exceptionem oppoſitam)
6 habitus redintegrationem. Hinc ſi proponamus inter teſtatorem, & legatarium, capitales vel grauiſsimas inimicitias interceſsiſſe, inducitur legati priuatio, & ademptio, non ipſo iure, ſed ope exceptionis l. 3. in fin. vbi glo. ff. de adim. leg. in caſu autem oppoſito, vbi ſ. interueniente reconciliatione, in amicitiam redierint, legatũ, vel fideicommiſſum redintegratur, & ſic cum non fuerit actualis inducta priuatio cõfirmatur, & redintegratur habitus legati, vel fideicommiſsi d. l. 3. §.
7 vltimo iuncta. l. 4. ff. de adimen. legat. Si vero ipſo iure propoſitum priuationem inducat oppoſitum nõ poteſt operari habitum. l. militis codicillis. §. vl-
8 timo ff. de milit. teſtam. vbi teſtamentum iure communi factum, quod teſtamento, iure militiæ condito, fuerat ipſo iure infirmatum, non ideo redintegratur, quia poſt annum militiæ, quũ teſtamẽtum militare euanuerat, miles
9 teſtator deceſſerit, tum quòd facilius eſt deſtruere quàm conſtruere l. ſi ita fuerit in princ. ff. de rebus dubijs. l. iu-
10 ris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact. tum quòd de vera priuatione ad habi-
11 tum non datur regreſſus, ſemel enim extinctum non reuiuiſcit l. Meuius. §. duorum. ff. de leg. 2. l. qui res. §. aream ff. de ſolut. & in his terminis locũ habet l. inter ſtipulantem. §. Sacram. ff. de verb. oblig. vbi latè Bart. ibi enim quã
12 do res profana in ſtipulationem deducta, vel ſeruus, efficitur ſacra, vel homo liber, inducitur quidem obligationis priuatio, & debitor liberatur, non tamen in caſu oppoſito, ſi res ſacra rurſus efficiatur profana, & homo liber ſeruus, de priuatione obligationis ad

illius

Digitized by Google

13 illius reintegrationem, & habitũ datur regreſſus. Si verò verſamur in alijs generibus oppoſitorum, rurſus deſtinguẽdum eſt, quia, Aut in oppoſito viget contraria ratio, Aut non, ſi contraria, Aut verſamur in materia odioſa, & ſtricta, Aut in fauorabili, vel indiffe rẽti. primo caſu regula idẽ operat̃ oppoſitũ in oppoſito, ꝙ ꝓpoſitũ ĩ ꝓpoſito nõ
14 habet locũ. Hinc ſi proponamus te ex mãdato ad emendũ debuiſſe impendere centum, & nonaginta impendiſſe, non niſi nonaginta repetere debes, nec ideo in caſu oppoſito, vbi debebas impendere nonaginta, & centum impendiſti, centum repetes, Sed nonaginta dumtaxat, vt in caſu antea propoſito l. diligenter §. vlt. ff. mand iuncta l. ſi quis aliena negotia 2. ff. de nego. geſt. facit lex præcipimus in fi. C. de appel. Tradit Iaſ. ad Rubr. ff. de acquit. poſſeſſione nu. 19. & ſequuntur DD. cõ-
15 muniter. Secundo autem caſu, regula eſt veriſſima, hinc, ſi proponamus patrem filij matrimonio conſentire, legitimum eſt matrimonium, in caſu autem per negationem oppoſito, vbi .ſ. pater non conſentiat matrimonium eſt de iure ciuili illegitimum, Inſtit. in
16 princ. de nup. iuncta l. 2. C. eod. Hinc etiam, ſi proponamus Titium, qui Meuio fundum Cornelianum legauit, poſt conditum teſtamentum aliquam partem de fundo legato detraxiſſe, & Semproniano fundo adiecisse, eiuſmodi detractio, legati diminutionem operatur. In caſu autem per qualitatem contrariam oppoſito, vbi .ſ. teſtator, poſt conditum teſtamentum aliquam partem fundo legato adijciat, operatur eiuſmodi adiectio oppoſitum, nimirũ legati augumentũ l. ex toto, & l. quod in rerum §. ſi quis ff. de leg. 1. Similis etiam caſus eſt in l. vltima §. vlt. ff. de
17 leg. 3. Hinc etiam, in oppoſitis per relationem, ſi filius vulgo conceptus moriatur ad bona illius mater ex Tertul. S. C. admittitur, niſi fœmina ſit Illuſtris, in caſu autem oppoſito, ſi mater moriatur filio vulgo concepto ſuperſtite, filius ipſe econuerſo ad matris ſucceſsionem, niſi Illuſtris ſit admittitur §. vltimo iuncta glo. Inſtit. de S. C. Tertull. Similis eſt caſus in §. filium in Auth. quibus modis naturales efficiãtur ſui vbi glo. gloſa eſt etiam, in l. fi.
18 ab eo. C. de legit. hæred. Si vero non militat contraria ratio, Aut viget eadem, Aut diuerſa, Si eadem non operatur oppoſitum, ſed idem prorſus quod
19 propoſitum. Hinc ſi proponamus Ancillam concepiſſe, & factam deinde liberam peperiſſe, qui naſcitur, liber naſcitur, & in caſu oppoſito per qualitates contrarias, Si libera conceperit, & ancilla facta pareat pariter liber naſci-
20 tur, quia eadem ratio fauoris libertatis, & quia calamitas matris non debeat nocere filio in vtero, qui ſem-
21 per in his, quæ poſſunt illi prodeſſe, pro iam nato habetur §. penult. Inſtit. de tutel. viget in vtroque caſu, vt pa-
22 tet in prin. Inſtit. de ingenuis. Hinc etiam ſi proponamus arbitrum, ſententiam iuſtam tuliſſe, valet quidem, ſed non ideo in caſu oppoſito per qualitatem contrariam, nimirum ſi arbiter iniuſtam ſententiam tulerit eſt inualida, Cum eadem ratio, & vis compromiſſi, in vtroque caſu vigeat l. diẽ proferri in §. ſtari. ff. de recep. Arbitr. facit l. ſi me in vacuam ff. de
23 acquir. poſſ. Si diuerſa viget ratio in oppoſito non habet locum effectus cõtrarius. Sed ceſſatio effectus propoſi-
24 ti vt in c. vltimo de verb. ſigni. vbi cõmiſſio Summi Pontificis, vt ſi bona Eccleſiæ ita reperiantur diminuta, vt quadragenario Canonicorum numero non ſufficiat, eorundem Canonicorũ numerus minuatur, non opperatur in oppoſito caſu, vbi bona ſcilicet eſcreuiſſent, ita vt ſuperabundarent, & maiori Canonicorum numero ſufficerẽt, ut Canonicorum numerus augeatur, cum ceſſet ratio neceſsitatis, quę vigebat in caſu oppoſito, & vigeat ratio alterius vtilitatis eccleſiæ. Ita etiam intelligo cap. ſtuduiſti de off. leg. vbi glo. in verbo confirmare.

Sed

25 Sed, vt ſummatim, quę in hac diſtinctione dicta ſunt perſtringamus, regula ponenda eſt affirmatiua.

Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, l. vlt. §. vlt. ff. de leg. 3. l. ſi & contra in fi. ff. de vulg. & pupill. vbi Bart. & DD. cũ ſimilibus.

26 Limitatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet in oppoſitis priuatiuis, quando propoſitum operatur priuationem, quia tunc oppoſitum non poteſt idem operari in habitu, qui priuationi opponitur, cum de priuatione ad habitum non detur regreſſus l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iur. & in his terminis locum habet l. inter ſtipulantem in §. Sacram. ff de verb. oblig.

27 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni tunc demum derroget, quando propoſitum operatur priuationem ipſo iure, tam quo ad actum, quàm quo ad potentiam, ſecus autem, ſi priuationem induceret ope exceptionis, vel actus tantummodo, nõ autem actus, & potentiæ ſimul. l. 3. §. vlt. iuncta l. 4. ff. de adimen. leg. cum ſimilibus.

28 Limitatur ſecundo, vt procedat qñ in oppoſito viget ratio contraria illi, qua nititur oppoſitum, ſecus autem ſi eadem vigeat, vel nec eadem, nec contraria, quia tũc, vel oppoſitum eumdẽ operatur effectum, quod propoſitum, ſi eadem viget ratio; vel facit dumtaxat propoſiti effectum ceſſare, ſed non idem operatur in oppoſito, quando nec eadem nec contraria viget, ſed diuerſa, Inſtit. in prin. de ingenuis l. diem proferri §. ſtari ff. de recept. Arbitr. vbi Bart. c. vlt. de verb. ſignif. cum ſimilibus adductis in fine diſtinctionis.

29 Limitatur tertio, & vltimo, vt nec quidem procedat quando in oppoſito viget contraria ratio, in materia ſtricte interpretanda, quia .ſ. vel odioſa, vel correctoria l. præcipimus C. de appell. in fi. l. cum quidam ff. de lib. & poſt. c. odia de reg. iur. in 6. & ita procedit tex. in l. diligenter ſupra mãdat. in fi. & alia iura in quibus agitur de mandati forma ſeruanda, & quamquam limitatio hæc reprobatur per Aret. quem refert Soc. Iun. ad rubr. ff. de acquir. poſſ. nu. 48. mihi tamen & vera, & probabilis videtur, eamq; probat Iaſ. ad d. rubr. ff. de acquir poſſ. nu. 19. & ſequuntur alij communiter.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.

SVMMARIVM.

1 *Contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto in ſpecie, vel in genere.*

2 *Contraria circa idem fieri habent, aut genere, aut ſpecie.*

3 *Iuſtum, & iniuſtum eſſe, ſoli homini contingit, & liberum, vel ſeruum eſſe.*

4 *Contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto numero ſucceſſiuè.*

5 *Contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto numero, etiam eodem tempore, ſed non in eadem parte.*

6 *Contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto eodem tempore, & in eadem illius parte in eſſe remiſſo, non in eſſe intenſo, & perfecto.*

7 *Aqua tepida habet remiſſum calorem, & remiſſam frigiditatem.*

8 *Paſſiones contrarię cur ſint in eodem corde Amantis, Petri Bembi Cardinalis carminibus explicatur.*

9 *Contrariorum regula ponitur negatiua, vt non poſſint recipi in eodem ſubiecto.*

10 *Limitatur primo, vt procedat in eodem ſubiecto numero, ſecus autem in eodem genere, vel ſpecie.*

11 *Limitatur ſecundo, vt procedat eodem tempore; ſecus autem ſucceſſiuè, & diuerſo tempore.*

12 *Limitatur tertio, vt procedat reſpectu eiuſdem partis, non diuerſarum.*

13 *Limitatur quarto, vt procedat in eſſe perfecto, & intenſo, non in eſſe remiſſo.*

DIS-

Digitized by Google

DISTINCTIO VI.

1 AVT ambigimus, an contraria
poſſint eſſe in eodem ſubie-
cto in genere, vel in ſpecie,
Aut in eodem ſubiecto numero, Pri-
mo caſu concludendum eſt affirmati-
2 uè, cum contraria circa idem fieri ha-
beant, aut genere, aut ſpecie, vt dicit
Ariſtot. in libello prædi: tractatu ter-
3 tio c. primo de oppoſitis, hinc ſoli ho-
mini contingit, vt & Iuſtus ſit, & In-
iuſtus, & liber, & ſeruus, Inſtit. in prin.
de iure perſon. l. 3. ff. de ſtat. hominū.
4 Secundo autem caſu, Aut dubitamus,
an in eodem ſubiecto numero poſſint
eſſe cōtraria ſucceſſiuè, & diuerſo tem
pore, aut eodem tempore, Si ſucceſſi-
uè & diuerſo tempore, concludendū
eſt affirmatiuè, hinc frigiditas & cali-
ditas in eodē corpore, & iuſtitia, atq;
iniuſtitia ī eodem animo, diuerſo tem
pore reperitur, & ſeruitus & libertas
in eodem homine d prin. Inſtit. de iu-
re perſo. iuncto princ. Inſtit. de libert.
§. pen. inſtit. de ingen. l. & ſeruorum.
§. ex hoc quæſitum ff. de ſtat. hom. do-
cet etiam Ariſtot. in libello prædic.
5 tract. 2. c. 1. de ſubſtantia, Si eodem tē-
pore, Aut dubitamus, an cōtraria poſ-
ſint eſſe in diuerſis eiuſdem ſubiecti
partibus, & poſſunt eſſe vt nigredo, &
albedo in diuerſis partibus eiuſdem
oculi, Aut in eadem parte, & tunc rur
6 ſus diſtinguendum eſt, quia Aut dubi-
tamus, an poſſint eſſe in eadem parte
7 ſubiecti in eſſe remiſſo, & eneruato, &
poſſunt, vt in aqua tepida, in qua eodē
tempore, & remiſſius calor, & remiſſa
8 frigiditas reperitur. Hinc quandoque
Amor cūm interrogaretur, quibuſdā
carminibus elegantiſſimis a Petro Bē
bo, qui fieri poſſet, vt in corde illius,
& ſic in eadem ſui ipſius parte, eodem
tempore locum habere poſſent cōtra-
rij affectus. ? reſpondit, quia remiſſæ
eſſent, & eneruatæ affectiones illæ
alioqui ſeparatim intenſæ, & perfectæ
interficerent Carmina ſunt hæc.

A queſta fredda tema, a queſto ardente
Sperar, che da tè naſce, a queſto gioco,
A queſta pena, Amor, perche dai loco
Nel mio cor ad vn tempo, e ſi ſouente?
Com'è ch'vn alma fai lieta, e dolente,
Inſieme ſpeſſo, è tutta gelo e foco,
Tante varietadi era à te poco
Se ſeparatamente huom proua, e ſente?
Riſponde, voi non dureſte in vita,
Tāto è'l mio amaro, e'l mio dolce mortale
Se n'haueſte ſol queſta, o quella parte.
Confuſi, mentre l'vn con l'altro male
Contende, e ſcemal di ſua forza in parte,
Quel che v'anciderìa per ſe, v'aita.

In eſſe autem perfecto & intenſo, contraria in eodem ſubiecti parte, eodem tēpore eſſe non poſſunt l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omnium iud. l. 1. ff. mād. l. mutius ff. pro Soc. vbi Bald. in addit. l. 1. C. de furt. vbi Alber. nu. 4. cum ſimilibus, quæ ſic debent intelligi, Ita vt regula ſit ponēda affirmatiua. Contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto l. 1. ff. mand. Bald. ad l. 1. C. de furt. vbi Alber. nu. 4.

10 Limitatur primo, vt procedat in eodem ſubiecto numero non genere, vel ſpecie l. 3. ff. de ſtat. hom.

11 Limitatur ſecundo, vt procedat in eodē ſubiecto numero, eodē tempore, ſecus ſucceſſiuè, Inſtit. in prin. & toto tit. de iure perſo.

12 Limitatur tertio, vt procedat eodē tēpore, & in eadem parte, ſecus in diuerſis partibus.

13 Limitatur quarto, vt procedat eodē tempore, & eadem in parte ineſſe perfecto, & intenſo, ſecus in eſſe remiſſo, & eneruato, ex contrarijs enim in eſſe remiſſo fit optimum temperamentum de quo glo. in l. 2. §. ſi quis tamen ff. ſi quis cautio. facit lex continuus in § ſi quis in ſoluta ff. de verb. oblig.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo valeat argumentum ab Etymologia vocabuli.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Nomina rerum ſunt intellectuum ſigna, & nota eorum, qua ſunt in mente.

2 Nomina ſunt ad placitum.

3 Nomina ſunt ad placitum, à ratione directum.

4 Nomina debent eſſe conſequentia rebus.

5 Nomina ſunt conſequentia rebus, quando aliquo modo natura rei reſpondent.

6 Nomen rei eſt diffinitio quadam contracta.

7 Nomina, & naturalia poſſumus cum Platone appellare, & ad Placitum cum Ariſtot. citra contradictionem aliquam.

8 Nominum impoſitio opus naturale eſt.

9 Oratione & ſermone a brutis diſtamus.

10 Etymologia veram explicat rationem impoſitionis nominis, Alluſio probabilem.

11 Subſtantia tota conuertitur cum re, cuius eſt ſubſtantia.

12 Definitio conuertitur cum ſuo definito.

13 Definitio rei ſubſtantiam, & eſſentiam ſignificat.

14 Argumentum ab Etymologia, qua reſpicit totam ſubſtantiam valet, tam affirmatiuè, quàm negatiuè.

15 Donationis Etymologia totam reſpicit illius eſſentiam.

16 Datio ſignificat dominij translationem.

17 Datio in donatione habet rationem materia.

18 Donum quod gratuitum eſt in donatione habet rationem forma.

19 Donum dat eſſe donationi, eamq; à datione diſtinguit non gratuita.

20 Argumentum ab Etymologia donationis valet, tam affirmatiuè, quàm negatiuè.

21 Materia habet rationem generis, cum ſit communis pluribus.

22 Argumentum à genere ad Speciem, non valet, niſi negatiuè.

23 Argumentum ab Etymologia, materiam rei reſpiciente, non valet niſi negatiuè

24 Teſtamenti Alluſio reſpicit illius materiam, & ideo ab ea non niſi negatiuè valet argumentum.

25 Teſtatio mentis eſt materia teſtamenti communis omnibus diſpoſitionibus, per quas mens, & voluntas manifeſtatur.

26 Teſtatio mentis eſt genus ad teſtamentum.

27 Teſtatio mentis, tamquam genus, & materia, ſpecificatur, & informatur, dum terminatur ad haredis inſtitutionem.

28 Inſtitutio haredis eſt forma teſtamenti, qua illi eſſe tribuit, & à cateris diſpoſitionibus diſtinguit.

29 Argumentum ab illuſione teſtamenti, nõ affirmatiuè, ſed tm̃ negatiuè valet.

30 Forma conuertitur cum re, cuius eſt forma.

31 Argumentum ab Etymologia, reſpiciente formam valet, tam affirmatiuè, quàm negatiuè

32 Municeps, dicitur quaſi muneris particeps.

33 Municipis forma, eſt muneris participatio.

34 Municipis materia, eſt homo receptus in loco.

35 Argumentum ab etymologia municipis valet, tam affirmatiuè, quã negatiuè.

36 Pars integralis refertur ad materiam rõne quantitatis, non rõne eſſentia.

37 Argumentum ab Etymologia, qua reſpicit partem integralem valet tantũ negatiuè ratione quantitatis, et integritatis, non ratione eſſentia.

38 Pede poſito non ponitur homo, & pede remoto, non remouetur homo, ſed integritas hominis.

39 Tugurium à tecto, quaſi tegularium appellatum eſt.

40 Argumentum à tugurij Ethymologia valet tantum affirmatiuè.

41 Argumentum à ſpecie ad genus non valet, niſi affirmatiuè.

42 Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente partem ſubiectam, non niſi affirmatiuè valet.

43 Sacellum dicitur quaſi ſacra cella.

44 Argumentum ab Etymologia, vel Alluſione

Digitized by Google

ſione ſacelli non valet, niſi affirmatiuè.

45 Lis dicitur quaſi contentio limitis.

46 Argumentum ab ethymologia litis valet affirmatiuè, non negatiuè.

47 Poſitio pedis reſpectu poſſeſſionis, & laſio pedum reſpectu lapidum eſt accidens commune.

48 Argumentum ab Ethymologia poſſeſſionis, & lapidis, reſpiciente accidens commune, neque affirmatiuè valet, neq; negatiuè.

49 Homo propria natura ridet, & canis latrat.

50 Proprium multiplex.

51 Proprium propijſſime ſumptum conuertitur cum re, cuius eſt proprium.

52 Argumentum ab Ethymologia reſpicientem proprium propriiſſimè ſumptum, valet.

53 Bos dicitur à Boando.

54 Argumentum ab Ethymologia Bouis ſumpta ab illius proprietate, valet affirmatiuè, & negatiuè.

55 Inſtrumentum ex eo dictum eſt, quia cauſam inſtruere valeat.

56 Inſtruere poſſe cauſam eſt proprium Inſtrumenti, vt hominis riſibilitas.

57 Argumentum ab Ethymologia Inſtrumenti valet, tam affirmatiuè, quàm negatiuè.

58 Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente illud proprium, quod competit ſpeciei ſoli, ſed non omni, valet tantum affirmatiuè.

59 Exceptio dicitur quaſi actionis excluſio.

60 Excluſio actionis eſt proprium, exceptionis quod ſoli competit, ſed non omni, cum detur etiam exceptio excluſoria, intentionis, & facti.

61 Argumentum ab Ethymologia exceptionis valet tantum affirmatiuè.

62 Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente proprium, quod competit omni, ſed non ſoli valet negatiuè.

63 Interdicta dicuntur quaſi inter duos dicta.

64 Argumentum ab Etymologia interdicti valet tantum negatiuè.

65 Argumentum ab Ethymologia lapidum. quatenus dicitur quaſi Larium pedes, valet affirmatiuè, non negatiuè.

66 Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente proprium, quod competit ſoli omni, ſed non ſemper, non niſi affirmatiuè valet.

67 Iudex dicitur quaſi ius dicens.

68 Ius dicere eſt proprium Iudicis, quod ſoli, & omni competit, ſed non ſemper.

69 Iudex tempore feriarum ius non poteſt dicere.

70 Argumentum ab Ethymologia Iudicis valet affirmatiuè, non negatiuè.

71 Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente rei eſſentiam, valet affirmatiuè, & negatiuè.

72 Limitatur, vt non procedat quando reſpicit partem eſſentia, non totam.

73 Sublimitatur ſi reſpiciat formam.

74 Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente accidens comune nullo modo valet.

75 Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente rei proprietatem valet affirmatiuè, & negatiuè.

76 Limitatur, vt procedat improprio propriè dicto, ſecus in alijs in quibus valet tantummodo affirmatiuè, vel negatiuè tantum.

DISTINCTIO VII.

IN hac, de arg. ab ethymologia, ſeu notatione, controuerſia, ſunt adeo variæ, & puguantes DD. opiniones, vt obſeruare eſt in l. 1. ff. de acquir. poſſ. in l. 2. §. appellata ff. ſi cert. pet. in l. tabernæ ff. de verb. ſigni. in prin. Inſtit. de teſtamen. & alibi paſſim, vbi frequentiſsimè tractant hanc materiã interpræetes, vt non deſint qui credant fieri non poſſe, vt certa conſtituatur Theoria, per quàm fermè ſtatuatur quando ab alluſione, vel ethymologia valeat argumentum. Ego tamen facile eſſe arbitror doctrinam non incertam, tradere, & conſtituere, pro cuius
1 præuia intelligentia, libet adnotare, & animaduertere, rerum nomina, quę ab hominibus imponuntur, vt res ipſę intelligantur §. ſi quis in nomine Inſtit. de leg. ſunt enim intellectuum ſi-

gna,vt docet D.Thom.lib.5.Metaphiſ.
lect.5.& notæ eorũ, quę ſunt in mẽte,
vt ait Ariſtot.lib.1.de interpret.cap.1.
necnon I.C.in l.labeo. §.id Tubero.ff.
de ſuppel.leg. & Bald. ad l.iuriſgentiũ
§. pactorum.ff de pact nu.5. in fin.&
2 in l.de quibus ff.de legibus nu.13. eſſe
impoſita ad placitum,vt docet Philo-
ſophus lib.1.de interpret.cap.2. Alex.
Aphrodis. in 3. natur.quæſt.cap.11.&
3 Io.Gramm.in 2.poſter.cap.10. hoc ta-
men placitum,quod verſatur circa re-
rum nomina,neceſſe eſt, vt aliqua ra-
4 tione dirigatur, Hinc dicimus nomi-
na debere eſſe cõſequentia rebus,iux-
5 ta tex.in §.eſt & aliud Inſtit.de donat.
rebus autem conſequentia ſunt,quan-
do aliquo modo naturæ rei reſpondẽt.
6 Ita vt rei nomen videatur definitio q̃-
dam contracta,vt dicit Euſtrat.1. mo-
7 ral.cap.19.&,ſecundum hanc declara-
tionem, nomina etiam naturalia dici
poſſunt, iuxta ea quæ tradit Plato in
Cratylo, cui, ſi in hunc ſenſum locu-
tus eſt,nõ aduerſatur Ariſt. dum dicit
ea eſſe ad placitũ, vt latius docuimus
ad l.1.ff. de acquir.poſſ.Hinc etiam Ia-
cob. Carpent.in Alcinoi digreſſio 4.di
cebant. [Sermo omnis ab hominibus
inſtitutus eſt,& nihil in eius ſignifica-
tione naturale eſt, niſi quatenus in ip-
ſa vocabulorũ ſignificatione inſtituen
da,naturæ rerũ, quibus illa imponun-
tur ratio,quod fieri poteſt,habẽda eſt]
quæ cũ ita ſint. dum homines appella-
tionibus varijs,res ipſas diſtinxerunt,
quandoq; ad illorũ ſubſtantiã,vel eſsẽ
tiã reſpicientes,nomẽ ipsũ ſubſtantiæ
& eſsẽtiæ rei nominatæ notã eſſe vol-
uerunt,quãdoq;partis ſubſtãtię illius,
quandoq,finis, vel effectus, quandoq;
ꝓprietatis, vel alterius accidentis, &
paſſionis,iuxta tradita ꝑ D.Thom.lib.
4. metaphiſ.lect.2 .tex.3.Etenim,cum
8 nominũ impoſitio opus rationale ſit,
rõni cõſentaneũ fuit,vt ad placitũ qui
dẽ,nõ tñ ſine aliqua rõnis naturalis di
rectione,res appellarentur,ex quarum
appellationibus oratio fieret,& cõpo-
9 neretur,qua a brutis ipſis diſtare vide
10 mur. Cũ igitur ꝑ Etymologiã,vera rõ
impoſitionis nominis,& per alluſionẽ
ſaltẽ apparens reddatur,hoc pacto ſub-
tilẽ hãc cõtrouerſiã diſtinguẽdo decla
ro,& quicqd dixero de Ethymologia,
de Alluſione quoq; affirmatũ eſſe volo.
Aut igitur Etymologia, ſeu notatio re-
ſpicit rei,cuius notatio eſt eſſentiam,
Aut accidẽs,Si eſſentiã, Aut totã, Aut
11 partẽ,Si totã,quia tota ſubſtãtia con-
uertitur cũ re cuius eſt ſubſtãtia,& qa
12 definitionis vim habet,quæ cũ ſuo de-
finito cõuertitur l.1.§.dolũ ff.de dolo,
vt ſẽtit ẽt Bart.ad l.1.ff.de acquir.poſſ.
13 nu.1.& ad l.vlti. de verb. ſignif. & rei
ſubſtãtiã ſignificat,vt docet Accur.ex
Boetio ad.l. oĩs definitio de reg. iur.
14 propterea ab ea ſumptũ argumentum
valet,tã affirmatiuè,q̃ negatiuè, quẽ-
admodũ à difinitione, iuxta tradita ꝑ
Euerard.in ſuis centũ locis argumẽto-
rũ in loco à definitione,& ꝑ Nicol.Vi
gell.in ſua Dialect.iur.lib.1.cap.de de-
15 finit.& ſic intelligitur l.Senatus §.do-
natio ff de mort.cauſa donat.quãdoq-
16 dẽ in doni datione tota conſiſtit dona-
tionis ſubſtãtia,& eſſentia, datio.n. q̃
ſignificat dominij translationẽ §. ſic
itaq; Inſtit.de act.l.vbi aũt §.vlt. ff. de
17 verb.oblig. habet rõnem materiæ, il-
18 liud aũt verbũ,doni q ſignificat id q̃
gratuito datur, & ex liberalitate,ſine
cõpenſatione aliqua,habet rationẽ for
19 mæ,cũ det eſſe ipſi donationi, & eam
à datione diſtinguat, quæ fit ex cauſa
vẽditionis,mutui, uel alterius ſimilis
cõtractus,& ꝓpterea tenet cõſequẽtia,
eſt doni datio;Ergo donatio,nõ eſt do
ni datio,Ergo nõ eſt donatio. Si reſpi-
cit partẽ, Aut eſſentialẽ, Aut nõ eſſen-
21 tialẽ,Si eſſentialẽ,Aut materiã, Aut
formã,Si materiã, q̃ habet rõnẽ gene-
22 ris,& eſt cõmunis pluribus,qa a gene
re ad ſpeciẽ nõ valet argumẽtũ niſi ne
gatiuè,vt,poſt Dialecticos,docet Eue-
rard. in ſuis centũ locis argumentorũ
23 in loco de genere ad ſpeciẽ: Idcirco
ab Etymologia,materiã rei reſpiciẽte,
nõ niſi negatiuè,valet argumẽtũ,& ſic
intelligo teſtamenti notationem, vel

potius

Digitized by Google

potius Alluſionē I prin.Inſtit.de teſtā.
25 ꝓpterea ꝙ teſtatio mentis eſt materia
teſtamēti, quæ cōmunis eſt codicillis,
cōtractibus,ꝓteſtationibus,&cuicūq;
diſpoſitioni,ꝑ quā mens, & voluntas
26 manifeſtatur, & conſequenter habet
27 rationē generis.Specificatur aūt,& in
formaī materialis, & generalis mētis
28 teſtatio,cū terminatur ad hæredis in-
ſtitutionē,q̃ tāq̃ forma, teſtamēto eſſe
tribuit,argumēto l.Iulianus §.ſi qs rē
ff. ad exhibēdū,illudq; a cęteris diſpo
ſitionibus diſtiuguit,gloſ.eſt in d.prin.
Inſtit.de teſta.& ī l.1.ff.eod. facit tex.
in §.ante hæredis Inſtit.de leg. iuncto
29 §.penul.Inſtit.de codic.& ꝓpterea te
net cōſequentia negatiua.nō eſt teſta-
tio mētis,Ergo nō eſt teſtamentū,non
30 aūt affirmatiua,eſt teſtatio mētis, Er-
go teſtamētū , Si verò reſpicit formā,
quia forma cōuertitur cū re,cuius eſt
forma,vt eſt notiſſimū , & colligit ex
31 Euerardo in loco a deffectu formæ.ꝓ
pterea ab eiuſmodi Etymologia valet
argumētū,tā affirmatiuè, q̃ negatiuè,
exemplū eſt in l.j ff.ad municipalē,vbi
32 municeps dicitur quaſi muneris parti
33 ceps,muneris aūt participatio eſt for-
34 ma municipis,cuius materia eſt homo
35 receptus in loco d.l.1. & ideo ab hac
Etymologia vtroq; modo,valet argu-
mentū, quia ſi quis eſt muneris parti-
ceps,eſt de neceſſitate municeps,Si nō
eſt muneris particeps ,nec municeps
dici pōt;Si verò reſpicit partē nō eſſē
tialē,Aut reſpicit partē integralē,Aut
36 ſubiectiuā, Si integralē, q̃ refertur ad
37 materiā rōne quantitatis, nō rōne eſ-
ſentiæ,valet argumētū negatiuè, rōne
38 quātitatis & integritatis, nō ratione
eſſentię,quādoquidē remoto pede,nō
remouetur homo,ſed integritas homi
nis,pede aūt poſito,nō ponitur homo,
exemplū habemus in l. Tugurii. ff. de
verb.ſignif vbi Pomponius,ex ſenten-
39 tia Offilij,Tugurium a tecto quaſi Te
gulariū appellatū eſſe affirmat, & ſic a
parte integrali, Et propterea tenet ſe-
40 quela, uon habet tectum, Ergo nō eſt
integrum Tugurium. Sed ſi dicatur ha
bet tectum , vel tegulas , Ergo eſt Tu-
guriū,nō tenet conſequentia, cū non
modo ædificia cuſtodiendę rei ruſticę
cauſa parata,ſed vrbana etiam prædia,
& nobilia ædificia , & templa tectum
habeant:Si verò partem ſubiectiuam,
41 ideſt ſpeciem reſpiciat , quia à ſpecie
ad genus non niſi affirmatiuè valet ar-
gumentum, vt poſt Dialecticos docet
42 Euerard. in loco à ſpecie ad genus,Id
circo de cuiuſmodi quoque Etymolo
gia, non niſi affirmatiuè valet argumē
43 tū,exemplū eſt in Etymologia ſacelli,
ꝙ dicitur quaſi ſacra cella, q̃ ex Treba
tio I.C.lib.2.de relig. refert Aul.Gell.
lib.6.noct. Attic.cap.12.& Alciat. ad
l. tabernæ de verb. ſignif. nu.6. nec nō
Cuiac.ad l.ſubſignatū ff.de uerb.ſignif.
vbi tñ eā nō ꝓbat,& certè potius ē Al-
44 luſio,q̃ Etymologia,tenet.n.cōſequē-
tia ē ſacra cella,Ergo ſacellū,nō aūt e-
cōuerſo nō ē ſacra cella, Ergo nō eſt ſa
cellū,cū poſſit eſſe ſacellū,ēt Ara,& q-
libet paruus locus,nō habēs ſpeciē cel
45 lę,Deo dicatus.idē cōtingit in Etymo
logia,litis,de qua in c.forus de verb.ſi
46 gnif.nā eſt cōtētio limitis, Ergo lis,ſe
qtur,ſed nō eſt cōtentio limitis, Ergo
nō eſt lis nō ſeqtur.Vbi verò Etymolo
gia reſpicit accidēs,Aut reſpicit acci-
47 dēs cōmune, Aut ꝓpriū,Si cōmune,cu
iuſmodi eſt poſitio pedū reſpectu poſ-
48 ſeſſionis,& læſio pedū reſpectu lapidū,
neq, affirmatiuè valet, neq; negatiuè,
vt colligit ex l.1.in princ.ff. de acquir.
poſſ. & ex lapidis Alluſione , q̃ ſcribit
Accurſ.in prin.Inſtit.de teſtā.Hinc nō
tenet cōſequentia lædit pedē, Ergo la
pis,ꝓpterea ꝙ lignum,ēt ferrū,& alia
lædunt pedes,nec econuerſo nō lædit
pedes, Ergo non eſt lapis,quandoqui-
dem lapides,qui ſunt in profundo ma-
ris,& in viſceribꝰ terrę.Lapides ſūt,pe
des tñ nō lædūt , nec poſſunt vi ꝓpria
49 lædere,quēadmodū homo ꝓpria natu
ra ridet, & canis latrat, ſic ēt eſt pedū
poſitio,Ergo poſſeſsio,vel nō eſt pedū
poſitio,Ergo poſſeſsio nō eſt,nō cōſeq
50 tur,Si verò ꝓpriū reſpicit accidēs,rur-
ſus diſtinguedū ē,qa Aut reſpicit illud
quòd

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Quod competit omni, ſoli, & ſemper, Vt riſibilitas in homine, quod eſt proprium proprijſſimè ſumptum, Aut ꝓprium fuſiore vocabulo acceptum, de quibus proprijs, poſt Porphir. in ſuis vniuerſalibus cap. de proprio, agit Petrus Rebuff. ad l. inderdum ff. de verb. ſignif. & Nicol. Vigell. iu ſua Dialecti-
51 ca iuris lib. 2. c. de proprio. Primo caſu, quia illud, proprium conuertitur cum re, cuius eſt proprium, vt poſt dialecticos docet Nicol. Vigell. in ſua
52 dialectica iuris lib. 1. d. cap. de proprio, propterea ab eiuſmodi Etymologia, tam affirmatiuè, quàm negatiuè valet argumentum, Exemplum afferri
53 poteſt in boue, qui dicitur a boando, boare aūt eſt proprium illius, vt hominis ridere, & ideo ab hac nota-
54 tione, tàm affirmatiuè, quàm negatiuè valet argumentum, inſpecta potentia, quia, ſi boat hoc eſt boare poteſt, Ergo eſt bos, ſi non boat, ideſt boare non poteſt, Ergo non eſt bos, huius rei exemplum afferri etiam poteſt in iure noſtro per tex. in l. 1. ff. de fid. inſtr. vbi dicit Paulus I. C. Inſtrumen-
55 tum ex eo dictum eſſe, quia cauſam
56 inſtruere valeat, poſſe autem inſtruere cauſam, cum ſoli Inſtrumento, omni, & ſemper conueniat, ſine dubio Inſtrumenti proprium eſt, vt hominis
57 eſſe riſibile, Idcirco ab eiuſmodi quoque notatione, tàm affirmatiuè, quàm negatiuè valet argumenrum, quia ſi poteſt inſtruere cauſam; ergo eſt inſtrumentum, ſi cauſam inſtruere nequit, in-
58 ſtrumentum non eſt. Secundo autem caſu, Aut reſpicit illud propriū, quod competit ſpeciei ſoli, ſed non omni, vt homini ſeruum eſſe, vel Iuriſconſultū eſſe, & valet tantum affirmatiuè, id quod poſſumus comprobare per tex.
59 in l. 2. ff. de except. vbi exceptio dici-
60 tur quaſi actionis excluſio, excludere autem actionem proprium eſt ipſarum exceptionum, cum ſoli exceptioni cōpetat, cæterum non omnibus exceptionibus, hæc proprietas competit, cum aliquæ reperiantur exceptiones, quę excludūt intentionem & factum, quodq; in condemnationem deductū eſt, nō aūt actionem, vt probatur in d.
61 l. 2. & ideo à tali etymologia valet quidem argumentum affirmatiuè, quia tenet hęc ſequela, eſt excluſio actionis, Ergo exceptio, ſecus autem negatiuè, quia non ſequitur, non excludit actionem, vel non eſt excluſio actionis; Ergo non eſt exceptio, cum poſſit eſſe, exceptio, quæ excludat id quod in intentionem condemnationemq; dedu-
62 ctum eſt d. l. 2. Aut omni ſpeciei competit, & tunc iterum eſt diſtinguendum, quia Aut omni competit, ſed nō ſoli, Aut omni, ſed non ſemper, Si omni ſed non ſoli, vt homini eſſe bipedē, valet negatiuè, non affirmatiuè, exemplum habemus in §. in fin. Inſtit. de
63 interdictis, vbi dicit Imperator obtinuiſſe omnia interdicta, idcirco appellata eſſe, quia inter duos, ad minus dicuntur, Et ideo tenet hæc ſequela, inter duos ad minus non dicitur. Ergo non eſt interdictum, non ſequitur tamen, dicitur inter duos, Ergo
65 eſt interdictum, cum poſſit eſſe decre-
66 tum, ſententia, vel quid ſimile eodem quoq; modo ab alluſionem lapidis, quā excogitauit eruditus Polydorus Ripa olim Collega meus ī ſuo tract. de Noct tempore cap. 2. nu. 6. valet affirmatiuè argumentum, non negatiuè, ſunt Lariſū pedes, ergo lapides, non e contra, cum ſit petita ab hoc eadem proprio, quod competit omni, ſed non ſoli. Si verò omni ſed non ſemper, vt caneſcere in homine, argumentum non niſi affir-
67 matiuè valet. Exemplum afferri poteſt in Etymologia Iudicis, qui dicitur quaſi ius dicens c forus de ver-
68 borum ſignif. Ius autem dicere eſt proprium Iudicis, quod ſoli, & omni
69 competit, non autem ſemper, cum tēpore feriarum ius dicere nequeat, toto titulo de ferijs, & ideo tenet hæc ſequela, ius dicit. Ergo eſt Iudex, ſed non ſequitur ius nō dicit, Ergo nō eſt Iudex. Ex hac quoq; diſtinctione ſummatim colligi poſſunt nonnullæ concluſio-

cluſiones cum ſuis declarationibus.

71 Prima ergo eſt. argumentum ab Ethymologia, quæ reſpicit rei ſubſtantiam, & eſſentiam valet, tam affirmatiuè, quàm negatiuè l. Senatus. §. donatio ff. de mort. cauſa donat.

72 Limitatur, vt procedat quando reſpicit totam rei eſſentiam, ſecus ſi partem, nam tunc valet tantum negatiuè, niſi reſpiciat partem ſubiectiuam, quo caſu valet affirmatiuè tantum, iuxta exempla, & auctoritates adductas ſupra in corpore diſtinctionis.

73 Sublimitatur, vt concluſioni non derroget, ſi reſpiciat partem formalē, & formam rei, nam tunc quoq; valet affirmatiuè, & negatiuè l. 1. ff. ad municipalem.

74 Secunda concluſio Argumentum ab ethymologia reſpiciente accidens cōmune, neque affirmatiuè, neq; negatiuè valet l. 1. in prin. ff. de acquir. poſſ.

75 Tertia concluſio. argumentum ab Ethymologia vocabuli, reſpiciēte rei proprietatem, valet, tam affirmatiuè, quàm negatiuè l. 1. ff. de fide inſtrumentorum.

76 Limitatur, vt locum habeat in proprio propriјſsimè ſumpto, quod competit vni, ſoli, & ſemper, ſecus in alijs, nam in eo quod competit ſoli, & omni, ſed non ſemper, valet tantum affirmatiuè, in eo autem, quod omni competit, ſed non ſoli, negatiuè tantum, iuxta exempla, & auctoritates, de quibus in corpore quæſtionis.

ARGVMENTVM.

An, & quando valeat argumentum à deriuatione.

SVMMARIVM.

1 *ETymologia, Deriuatio, & Alluſio confunduntur à DD.*

2 *Differunt tamen ex ſententia Auctoris. Deriuatio eſt coniugatorum.*

4 *Coniugata ſunt ex verbis eiuſdem generis.*

5 *Argumētum a Deriuatione, in vniuocis valet affirmatiuè, & negatiuè.*

6 *Argumentum à deriuatione in æquiuocis valet, & non valet, vt ab Ethymologia, & Alluſione.*

DISTINCTIO VIII.

1 INter Deriuationem Ethymologiã & Alluſionem, qui termini confunduntur ab Angel. Caſtr. & alijs
2 in l. 1. ff. de acquir. poſſ. longam eſſe differentiam, docuimus nos in d. l. 1. in princ. & in noſtris differentiarum libris tradit, et Polydorus Ripa in ſuo erudito de Nocturno tempore tract. poſt Alciat. cap. 2. num. 3. cum ſeqq. & de arg. ab Ethymologia, & Alluſione, ſatis abundè dictum eſt à nobis in præcedenti diſtinctione, quod attinet
3 autem ad Deriuationem, quàm coniugatorum ſtatuit eſſe M. Tullius in ſua Topica, circa princ. vbi Boet. lib. 2.
4 com. 9. quæ coniungata ſunt ex verbis eiuſdem generis, vt hæreditas, hę
5 res, hæreditarium, Sic breuiter diſtinguendum eſt. Aut coniugata, & deriuata ſunt vniuoca, & retinent primęuam ſolam ſignificationem. Aut ſunt æquiuoca, & multiplicia. Primo caſu valet argumentũ, tam affirmatiuè, quã negatiuè, pertinet ad Titium hæreditas, ergo eſt hæres, non pertinet, ergo non eſt, hæres, eſt res hæreditatis, ergo, hæreditaria, & econtra. Secun-
6 do autem caſu argumentum non valet affirmatiuè & negatiuè; non tenet enim, docet, ergo doctor, ideſt promotus ad gradum doctoratus, non docet, ergo non eſt doctor, ſic quoque equitat, ergo inſidet Equo, non tenet, cum dicatur etiam equitare qui inſidet Aſino, vbicunq; igitur verſamur in æquiuocis, eodem modo poteſt valere, & non valere argumentum, quo modo valet & non valet ab Ethymologia, vel ab Alluſione, iuxta tradita in proxima diſtinctione.

Argu-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo, Duæ negationes affirment.

SVMMARIVM.

1 NEgationes duæ affirmant.
2 Affirmationes duæ non negant.
3 Affirmatiua non destruit, ſed confirmat omne affirmatum, & negatum.
4 Negatiua verba deſtruunt quicquid inueniunt, & illius oppoſitum ponunt, & ſic, deſtruendo negatum, affirmant.
5 Negatiuæ duæ, ſi ad diuerſa referantur negant.
6 Negationes duæ ſimul relatæ ad idem, vel per modum replicationis, vel per modum ampliationis, magis negant, quàm vna.
§. ſi vero venter in auth. de his qui ingrediuntur ad appell. declaratur.
Petrus Rebuff. reprobatur.
7 Negationes duæ quarum altera ad alteram deſtructiuè refertur, negant interdum ex voluntate loquentis.
8 Nego me non debere, vel nullo modo debere dicens, negat, ſi veriſimiliter negare velit.
9 Negationes duæ, quarum altera ad alteram deſtructiuè refertur ex communi vſu loquendi, poſſunt negare.
10 Communis loquendi vſus præfertur proprietati.
11 Nemo, cum alia negatiua, interdum negat.
12 Lex fluminum . ff. de damn infect. declaratur.
13 Nemo ſonat idem quod nec homo.
14 Nemo ſonat interdum idem quod aliquis, vel quiſquam, quemadmodum italicè, Neſſuno.
15 Negationes duæ ſimplices circumſcriptè communi loquendi vſu, vt, nec non, nonnunquàm, non nihil, nonnulli affirmant.
16 Lex vltima de Primicer. Secundicer. & Notarijs declaratur.
17 Negatiua duplex, quædam ſimpliciter negans, vt non, quædam negans vnam qualitatem, & ponens qualitatem cõtrariam, vt iniuſtus improprietas.
18 Iniuſtus, dictio, non ſolum habitum iuſticiæ negat in eo, ad quem refertur, ſed ponit etiam oppoſitum iniuſticiæ habitum.
19 Improprietas, non ſolum excludit verbi proprietatem, ſed includit etiam oppoſitum improprietatis, & abuſionẽ, quæ eſt vitium in oratione.
20 Negationes duæ, quarum altera non eſt ſimplex negatiua priuatiua, Sed incluſiua qualitatis contrariæ, ſi inter qualitatem incluſam, & contrariam datur medium, medium ipſum affirmant.
21 Non improprium dicit medium inter proprium, & improprium.
22 Proprium, & improprium ſunt contraria medium habentia.
23 Lex duobus negatiuis de verb. ſignif. declaratur.
24 Vetare, & promittere habent medium quaſi permittere, & ideo non vetans non permittit, ſed quaſi permittit, & tollerat.
25 Negationes duæ, quarum altera non eſt ſimplex priuatiua, ſed incluſiua etiam qualitatis contrariæ, ſi qualitates oppoſitæ careant medio, faciunt affirmationem qualitatis oppoſitæ.
26 Non ſum neſcius, affirmat ſcientiam oppoſitam ignorantiæ, & neſcientiæ.
27 Negationes tres, ad idem relatæ non niſi per modum replicationis, vel ampliationis reperiuntur.
28 Lex prima ff. de cadaueribus punitorum declaratur.
29 Negationes duæ regulariter affirmant.
30 Limitatur primo, ſi negationes referantur ad diuerſa.
31 Limitatur ſecundo, etiam vbi referuntur ad idem, ſi conſtat de contraria voluntate loquentis.
32 Limitatur tertio, quando negationes plures ponuntur per modum ampliationis, vel replicationis.
33 Limitatur quarto, quando communis loquendi vſus eſt in contrarium.

34 Li-

Digitized by Google

34 *Limitatur interdum quando altera negatiua eſt vox, nemo.*
35 *Negationes duæ, quarũ altera nõ eſt ſimplex priuatiua, ſed ĩcluſiua oppoſitę qualitatis, qualitatẽ oppoſitam affirmant.*
36 *Limitaẽ in qualitatib oppoſitis, q̃ mediũ habẽt, in qbus eo modo mediũ affirmaẽ.*

DISTINCTIO. IX.

1 DVÆ negationes, ex latini ſermonis proprietate, vt Gram-
2 matici quoq; tradunt, affirmatiuã inducunt, duæ tamen affirmationes negatiuam non faciunt, cuius rei illam rationem, ex Diuo Auguſtino. Alciat. & Rebuff. ad l. duobus negatiuis de verb. ſignif. reddunt, Alciat. nimirum nu. 1. & Rebuff. col. 3. verſiculo
3 ſeptimo, quia dictiones affirmatiuæ non deſtruunt, ſed ex earum ſignificatione, & modo ſignificandi, confirmãt
4 quidquid inueniunt. qualecunq; illud ſit, negatiua autem verba quicquid inueniunt deſtruunt, & eius oppoſitum ponunt, mirum ergo nemini videri debet, ſi vna negatiua, ita aliam deſtruat, quàm inuenit, vt in affirmatiuam illi oppoſitam eam conuertat, sed quia perpetuum id non eſt, cum interdum ſit reperire duo verba negatiua, abſolutè negantia, propterea faciendum mihi putaui, vt in hac quoque materia Theoricam aliquam conficerem, qua facile poſſet intelligi, an, & quando, & quomodo duę negationes affirmati-
5 uã inducant. Aut igitur duę negationes, vel plures referuntur ad diuerſa, Aut ad idem, Si ad diuerſa negant, vt puta, Si quis dicat neque adulterium, neq; homicidium commiſi l. qui neq; ſ. alienationis §. oratio ff. de verb. ſignif. l. 2. ff. de in ius vocando Bald. ad l. primam C. de ſeruis. fug. nu. 29. cum alijs congeſtis per Rebuff. ad d. l. duobus negatiuis col. 2. verſic. limitatur
6 quando. Si ad idem. Aut duæ illæ negatiuæ ſunt poſitæ per modum replicationis, vel ampliationis, & per sè, Aut relatiuè, ita vt vna aliam deſtruat, Si per modum replicationis, magis negant, quàm vna, iuxta illud Euangelicum [Sit ſermo veſter eſt, eſt, non, non,] vt per Alciat. ad d. l. duobus negatiuis nu. 2. Vbi etiam Rebuff. col. 3. verſic. 5. quando, Interdum enim ex abundantia cordis, vt inquit Rebuff. quis interrogatus, an aliquid fecerit, dicit non, non, vt magis, atq; magis neget, & vulgo dicimus *non l'hò fatto nò*, Hinc etiã negat qui ampliatiuè dicit, nullas à tè accipi litteras, nec breues, nec prolixas, negatio ẽt ineſt ĩ hoc modo loquendi. non obligant, nec fideiuſſores quidem, vt per Alciat. ad d. l. duobus nu 2. & 3. quàmquam hoc fieri putant Rebuff. in d. l. duobus col. 3. verſ. 6. quando. quia, in mox allatis exemplis, illæ plures negationes ad diuerſa referantur, ita põt etiã intelligi Tex. in §. ſi verò neuter, in Auth. de his qui ingrediũtur ad appellationẽ, dicit; [Si verò neuter occurrit, neq; victor, neq; victus], ideo enim ibi plures negationes negant, vel quia ſint poſitę ampliatiuè, vel quia ad diuerſa referãtur, Prima nimirũ ad vniuerſale, vel genus, poſteriores ad particularia, vel ſpecies, vt ſentit in ſimili Alcia. ad d. l. duobus nu. 3. q̃cquid dicat ibi Rebuff. col. 3. verſ. 4. reſtringiẽ. Si relatiuè, ita vt vna videatur alterã deſtruere, Aut
7 cõſtat de voluntate loquẽtis, q. ſ. voluerit negare, Aut verſamur omnino in dubio, Si de voluntate cõſtat, ẽt duę negationes negãt, vt tradit Petrus Rebuff. ad d. l. duobus col. 3. verſ. ſecundo
8 vitiatur, Hinc ſi ruſticus interrogatus dicat, nego me non debere, vel nullo modo nõ eſt verũ, negare intelligitur, cũ illi ꝓpoſitũ ſit agẽtis intentionẽ infringere, nõ aũt fundare, vt latè ꝑ Bal. ad l. qui ſi pr̃is. C. vnde liberi nu. 14. tradit ẽt idem Bald. poſt Cyn. ad l. 1. C. de
9 ſeru. fug. nu. 29. Si verò verſamur in dubio, Aut cõis loquẽdi vſus, ita ſe habet
10 vt duæ negationes negẽt, & negãt, cũ cõis vſus ꝑferatur ꝓprietati l. librorũ §. q̃ tñ Caſſius vbi glo. in verbo nõ cõtinebunt ff. de leg. 3. Bart. ad l. labeo ff. de ſuppel. leg. nu. 4. tradit in ſpecie Rebuff. ad d. l. duobus col. 3. verſ. 8. quãdo

D Aut

Aut eiuſmodi communis loquendi vſus
non extat, vel non probatur, & tunc
rurſus diſtiuguendum eſt, quia, Aut
ſunt duæ ſimplices negatiuè, Aut alte
ra negatiua ſimplex, altera negatiua
vnius qualitatis, & incluſiua alterius
qualitatis contrariæ, Si ſunt duæ, nega
tiones ſimplices, vt necnon, nonnun-
quam, non nihil, non nulli, Aut vna ex
duabus negatiuis eſt dictio, nemo,
11 Aut alia quælibet. Primo caſu poſſunt
ratione ſubiectæ materiæ, etiam duæ
12 negationes negare, vt in l. fluminum.
ff. de damno infecto, quam legem Al-
cia. & Cuiac. perpendunt ad d. l. duo-
bus de verb. ſignif. dum dicit. [Quis
enim dubitat, neminem eſſe, a quo ſti-
puletur, cum nemine nihil faciente, lo
cus ipſe publicus damnum inferat ſui
natura] ſenſus enim illorum verborũ,
nemine nihil faciente, non eſt omni-
bus aliquid facientibus, ſed nihil quo-
quam faciente, vt rectè Alcia. Rebuff.
& Cuiac. in d. l. duobus interpretan-
13 tur, cuius rei rationem eſſe arbitror,
vel quia, vt conſiderat Alciat. nemo,
ſonet idem quod nec homo quidem,
ita vt neget ampliatiuè, quo caſu, vt ſu
pra dicebamus, duæ negationes negãt.
Hinc etiam M. Varro lib. 3. de vita Pa-
trum, quem refert idem Alcia. in ead. l.
duobus nu. 3 [Qua abſtinẽtia viri mu
lieresq; Romanæ fuerint, quod à Rege
munera eorum noluerit, nemo accipe
re] ideſt nec homo quidem, vel, quia
14 apud latinos dictio, nemo, idem ſo-
net, interdum quod aliquis, vel quiſq;
queadmodũ italicè, *neſſuno*, quamo-
brem dicimus, *non hò veduto neſſuno*,
ideſt *alcuno*. Hinc Frãciſcus Petrarca.
I miei di più leggier, che neſſun Ceruo,
ideſt, *che alcun Ceruo*, uel *che neſſun*
15 *Ceruo*. Secundo autem caſu ſemper
duę negationes ſimplices, ad idem re-
latæ, negant, vt de particula necnon,
eſt tex. in l. 1. & in l. necnon ff. ex qui-
bus cauſ. maior. in l. moris. ff. de pœn.
in l. etiam ea mulier in l. locus ff. de
verb. ſignif. & in §. pater Inſtit. de te-
ſtam. de, nonnunquàm, in l. non nun-
quàm de adopt. in l. 1. §. ſi quis vltro ff.
de quæſt. in l. non nunquàm ff. de cõd.
& demonſtr. in l. coniunctionem de
verb. ſignif. de dictione, nonnulli, eſt l.
quæſitum §. primo de fund. inſtr. l. ſi fi-
lius §. 1. de fideicom. liber. l. itẽ apud
16 §. aſſidua ff. de iniur. de dictione autẽ,
nonnihil, eſt l. vltima de Primic. & Se-
cundicer: & Notarijs lib. 12. vbi gloſa
exponit, nonnihil, ideſt multum, ſed
rectius exponitur, ideſt aliquid eſt e-
tiam tex. in l. cum allegas C. de Caſtr.
pecul. mil. eod. lib. 12. & in l. ſed & ſi le
ge §. adeo in fin. ff. de pet. hæred. Vbi
17 autem ſunt duæ negatiuæ, quarum al-
tera eſt ſimplex negans, altera negans
18 vnam qualitatem, & ponens alteram
contrariam, vt puta, ſi dicatur, non in-
iuſtus, dictio, non, ſimpliciter negat.
Vox autem iniuſtus, non ſolum habi-
tum iuſtitiæ negat, ſed ponit oppoſitũ
iniuſtitiæ habitum, & ſic non modo
virtutem excludit, ſed vitium etiam
19 includit, eodem quoq; modo impro-
prietas, non modo excludit verbi pro
prietatem, ſed includit oppoſitum, ni-
20 mirum improprietatem, & abuſionẽ,
quæ eſt vitium in oratione, Tunc igi-
tur rurſus eſt diſtinguendũ, quia, Aut
inter qualitatem incluſam, & contra-
riam, quæ eſt excluſa, datur medium,
Aut non, Si datur medium duæ il-
læ negationes affirmant medium ip-
21 ſum, ſi dicatur igitur. non eſt impro-
prium, nõ affirmatur neceſſariò, vt ſit
proprium, ſed vt ſit ſaltem medium
inter proprium, & improprim, quod
22 dari docet Alcia. ex Quintil. lib. 1. de
23 verb. ſignif. nu. 5. & hoc voluit forte
dicere I.C. in d. l. duobus, dum inquit.
[Duobus negatiuis verbis, quaſi per-
mittit lex magis, quàm prohibet.] in-
24 ter vetare enim & permittere, datur
quaſi quoddam medium, nimirum qua
ſi permittere, qui igitur non vetat, nõ
permittit, ſed quaſi permittit, & tolle
rat d. l. duobus, ſed quando verbum
25 negatiuum non ſimplex excludit vnã
qualitatem, & alteram includit cõtra
riam, & inter illas non datur mediũ,

negatiæ

negatio illi addita facit affirmationē qualitatis oppoſitæ de neceſſitate,
26 quia dicens, exempli gratia, non ſum neſcius, neceſſario, affirmat, & fatetur ſe eſſe conſcium, & hęc omnia ſunt ad notatione digna pro interpretatione omnium diſpoſitionum, & præſertim depoſitionum teſtium; eſt enim hæc, ni fallor, tutiſſima & ſufficiens, in hac materia, doctrina, Cętera autem à D D: tradita, ad ſæpius repetitam l. duobus negatiuis, de verb. ſignif. & pſertim à Rebuffo, aut ad rem non faciunt, aut falſa ſunt, & præſertim il-
27 lud quod dicunt, tres negationes non inducere affirmationem, vix eſt enim & ne vix quidem, vt reperiantur tres negationes ad idem relatæ, niſi per replicationem, vel ampliationem, quo caſu etiam duę negant, vt ſupra viſum
28 eſt & l. 1. ff. de Cadaueribus punitorum, dum dicit [& nonnunquàm non permittitur] nihil facit, quia illud, non nunquàm, conſideratur per ſe, &, cum duas includat negationes affirmat, ſonat enim idem quod interdum, illa verò dictio, non, quæ & ipſa conſideratur per ſe, & ad permiſſionem refertur, cum ſit ſimplex negatiua, iure negat, & ſic non perdit officium ſuum.

29 Regula ergo eſt, vt duæ negationes affirment d. l. duobus de verb. ſignif. vbi Alcia. & alij.

30 Limitatur primo, vt locum ſibi nō vindicet, ſi dd. negationes referantur ad diuerſa, ita vt quęlibet ſuam determinationem, & relationem habeat d. l. qui neq; & l. alienationis §. oratio de verb. ſignif. cum alijs adductis per Rebuff. ad d. l. duobus, col. 2. verſ. limitatur, Bald. ad l. primam C. de ſeruis fug. num. 29.

31 Limitatur ſecundo, vt nec locum ſibi vendicet, ſi referantur ad idem, quando conſtat de contraria mente loquentis, vt per eundem Bal. ad l. qui ſi patientis C. vnde liberi num. 14. & vt ſupra in prima limit.

32 Limitatur tertio, quando plures negationes eſſent poſitæ per modum replicationis, vel ampliationis, ita vt una non tenderet ad deſtructionem alterius, vt colligitur ex Alciat. in d. l. duobus nu. 2. & 3. & ex Rebuff. col. 3. verſ. quinto quando.

33 Quarto Limitatur quando communis loquendi vſus eſſet in contrarium, vt per Rebuff. eodem in loco, verſiculo, octauo quando.

34 Quinto Limitatur, vt non procedat interdum, quando altera negatiua eſſet verbum, nemo, l. fluminum de damno infecto, sētit Alcia. ad d. l. duobus nu. 2. & harum quinq; limitationum, ad quas rediguntur octo traditæ per Rebuff. ad d. l. duobus, exempla, & rationes habes ex diſtinctione ſuprapoſita, cuius ſumma conſiſtit in Regula cum his quinq; limitationibus.

35 Poterit tamen ex his quæ ſupra nos conſiderauimus altera colligi concluſio, vt ſcilicet negationes duæ, quarū altera non ſit ſimplex priuatiua, ſed incluſiua qualitatis contrariæ affirment, & ponant qualitatem contrariam, nō ſum neſcius, ideſt ſciens ſum.

36 Limitatur hæc concluſio, vt procedat in qualitatibus medio carētibus, nam in ijs, quæ medio non carent, duę illæ negationes affirmant, & ponunt medium, iuxta exemplum ſupra traditum.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo maſculinum concipiat fœmininum.

SVMMARIVM.

1 *SCientia non eſt de indiuiduis.*

2 *Entia non ſunt multiplicanda ſine neceſſitate.*

3 *Maſculinum non concepit fœmininum contra voluntatem loquentis, & quibus modis dicatur conſtare de contraria loquentis voluntate.*

4 *Maſculinum, vt concipiat, vel non con-*

cipiat fœmininum, non refert, an ſit prolatum ab homine, an à lege.

5 Legis diſpoſitio, facta in Titio, habet locum in omnibus hominibus, & mulieribus, non quia maſculinum concipiat fęmininũ, ſed quia ſingularis etiã legis propoſitio æquipollet vniuerſali.

6 Legis diſpoſitio, facta occaſione certę perſonæ, ad eam non reſtringitur, ſed æquipollet vniuerſali, cum in iure liceat argumentari ab exemplo.

7 Maſculinum non concepit fęmininum in diſpoſitione, quæ ſeparatim loquitur d maſculo, & ſeparatim d fœmina.

8 Maſculinum non concepit fęmininum, vbi ſtatuto cautum ſit, ut verba intelligantur ad literam, quod tamen non indiſtinctè verũ eſſe ſentit Auctor.

9 Maſculinum non concipit fęmininum in verbo, nepotibus, ſi teſtator inſtituat hæredem filium, & ſi decedat ſine filijs maribus, vel nepotibus ex fratre alium ſubſtituat, vel quia intelligatur repetita etiam in nepotibus qualitas maſculinitatis, vel ne plus videatur teſtator tribuiſſe nepotibus ex fratre, quàm nepotibus ex filio.

10 Maſculinum non concepit fęmininum, vbi ſtatuto cautum eſt, vt filia fœmina, ſtantibus maſculis, nõ ſuccedat.

11 Teſtator, in dubio, cenſetur ſe conformare cũ diſpoſitione iuris municipalis.

12 Maſculinum, in materia differenti, quę non accommodatur fœminis, non concipit fœmininum.

13 Fœminæ ſacrorum ordinum, & Magiſtratuum ſunt incapaces.

14 Maſculinum in materia indifferenti, & communi ſpeciei demonſtratiuum, in materia fauorabili, vel odioſa fauorabiliter concipit fœmininum.

15 Pœna l. ſi quis C. de tranſact. habet locum etiam in fœminis.

16 Fœmina, ſi frangat ſedus, agitur contra eam, quemadmodum contra viros.

17 Raptus pœna, quæ maſculis rapientibus fœminas imponitur, habet locum etiam in fœminis rapientibus pueros.

18 Meretrix fuit Florentiæ combuſta, quia puerum rapuit.

19 Pœna ſtatuti, vt nullus vadat de nocte ſine lumine, cõprehendit etiã fœminas.

20 Fœminæ callidæ, & ſagaces non debent remanere impunitæ.

21 Interpretatio, vt maſculinum comprehendat fœmininum, eſt comprehenſiua; aut proprietate inſpecta, aut inſpecto communi vſu, non extenſiua.

22 Comunis vſu loquendi præfertur proprietati, etiam in odioſis.

23 Interpretatio etiam extenſiua, ob rationis identitatem admittitur ſæpiſſimè, etiam in odioſis, præſertim vbi concurrat larga ſaltē verborum ſignificatio.

24 L. 1. §. ſed ſi incertum ff. de ventr. in poſſ. mitt. declaratur.

25 Filiorum appellatione, licet veniant etiam filię, tamen in conditione, ſi filius vnus mihi naſcatur, non niſi maſculus venire poteſt.

26 Maſculinũ, in materia odioſa irrationabiliter, nõ cõprahēdit fœmininum.

27 Maſculinum demonſtratiuum ſexus, aut eſt diſimile, & diſſonum à fœminino, vt frater ſoror, hircus capra, Aries ouis, aut vniforme, & coniugatum, vt filius filia, conſanguineus conſanguinea.

28 Maſculinum demonſtratiuum ſexus, diſſonum, & diforme, non concipit, fœmininum, niſi vbi hoc iure reperitur expreſſum in plurali numero, vt in fratre reſpectu ſororis, in materia fauorabili.

29 Maſculinum, ſexus demonſtratiuum, diforme à fœminino, eſt præciſe maſculinum.

30 Maſculinum demonſtratiuum ſexus, vniforme & coniugatum, in materia fauorabili, vel odioſa rationabiliter, concipit fœmininum, ſecus autem in materia odioſa irrationabiliter.

31 Maſculinum in materia fauorabili, indifferenti, vel non odioſa irrationabiliter, vbi non conſtat de contraria voluntate loquentis, ſiuè demonſtratiuũ ſit ſpeciei, ſiuè ſexus, dummodo ſit vniforme & coniugatum, ſemper concipit fœmininum.

32 Maſculinum demonſtratiuum ſexus, diſſo-

diſſonū,& diforme,nūquā cōcipit fęmininū; niſi in caſibus à iure expreſſis.
33 *Iaſo opinio reprobatur.*
34 *Maſculinū regulariter cōcipit fęmininū*
35 *Limitatur quando materia non poteſt fœminis conuenire.*
36 *Limitatur niſi conſtet de contraria voluntate loquentis.*
37 *Limitatur niſi materia ſit odioſa irrationabiliter.*
38 *Limitatur niſi ſit ſexus demonſtratiuū, & diſſonum, & diſforme.*
39 *Sublimitatur in caſibus, à iure expreſſis*

DISTINCTIO X.

1 QVia ſcientia non eſt de indiuiduis, propterea, omiſſis uulgaribus ampliationibus, & limitationibus Iaſ. ad l. ſi quis id quod ff. de Iuriſd. omnium Iud. Deci. ad l. 2. ff. de reg. iur. & Petri Rebuff. ad l. primā ff. de uerb. ſignif. qui ſingulares etiam maſculini
2 generis dictiones perpendit, & multiplicando entia ſine neceſſitate, duas & uiginti ſcribit ampliationes, & non nullas limitationes, maiore ex parte à Iaſone acceptas, qui 13. enumerat in dicta l. ſi quis id quod, Ego longe breuius, & facilius non contemnendam, conſtituam Theoricam, qua uno intuitu quilibet poterit intelligere, an, & quando maſculinum fœmininum con
3 cipiat. Aut ergo conſtat de uoluntate loquentis, ut noluerit comprehendere fęminas appellationi maſculi, Aut uerſamur omnino in dubio. Primo caſu non comprehendit, l. Lucius Titius, § quæſitum ff. de leg. 3. tradit Bart. ad l. ult. ff. ad S. C. Trebell. Iaſ. plura adducens ad l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omnium iud. nu. 19. Deci. ad l. 2. de reg. iur. nu. 98 & Petr. Rebuff. ad l 1. ff. de verb. ſignif. col. 15. in 4. limit. uerſ. 4. flectitur. conſtare autē dicitur de mente diſponentis, non modo quando exprimitur qualitas maſculinitatis, qa teſtator dicat. inſtituo filios maſculos, vel vbi aliquis acquirat Emphiteuſim pro ſe, & liberis maſculis, iuxta tradita per Iaſ. ad d. l. ſi quis, id quod de Iuriſdict. omnium Iud. nu. 21. in vndecima limitatione, necnon quando vox, maſculina reſtringitur ad vnicum indiuiduum per nomen ꝓprium, vt do tutorem filio meo Titio l. ſi quis ita §. 1. iuncta gloſ. in verbo filio ff de teſtam. tut. cum alijs adductis per Rebuff. ad d l. 1. ff. de verb. ſignif. col. 14. verſ. vel ſi maſculinum, & per Deci. in d l. 2. ff. de reg. iur. num 97. D.
4 Menoch. lib 4. præſump. præſumpt. 84. nu. 20. nec diuerſum ſtatuendum eſt in diſpoſitione legis, quicquid dicat Barbat. in d. Rub. de elect. col. 13. ex Card. Dyn. & alijs, non enim ideo
5 quod à lege ſtatutum eſt in Titio, habet locum in omnibus hominibus, & mulieribus, quia in diſpoſitione legis maſculinum nomen, etiam proprium
6 concipiat fœmininum, ſed quia in iure licet argumentari ab exemplo, cum diſpoſitio legis facta occaſione certæ perſonæ, ad eā nō reſtringatur, ſed æquipolleat vniuerſali, vt latè per Bart. ad l. ſi plurib. de leg. 2. nu. 5. & nos quoq; tradidimus ſupra in prima diſtinct.
7 Sed ēt qñ diſponēs ſeparatim loqueretur de maſculo, & ſeparatim de fęmina, vel qñ cōtrariū ſtatutū eſſet in alio, ꝑ tex. in l. 3. §. in poteſtate. ff. de exerc. act. l. ſi quis vel ſi qua. C. ad S. C. Tertyl. l. 1. ff. furti aduerſ. Naut. l. mariti. §. quinquenniū ad legē Iul. de Adult. Soc. conſ. 63. viſis teſtamento nu. 13. vol. 3. Curt. conſ. 52. ſup teſtamētis nu. 24. cū alijs adductis per Iaſ. in d. l. ſi quis id q 13. & ꝑ Rebuff. in d l. 1. col. 14. verſ. ſecūdo vitiat, Et ex alijs coniecturis ſimili-
8 libꝫ, vt puta, Si ſtatuto cautū ſit, vt verba intelligantur ad litterā, vt ex Bald. Corn. & alijs, tradit Dec. ad ſæpius repetitā l. 2. ff. de reg iur. nu. 101. in ſexta limit. D. Menoch. de ꝓſump. 84. nu. 22. Cęterū ſi interpretatio, vt maſculinū cōprehendat fœmininū, eſt cōprehēſiua, uel ex ꝓprietate verborum, vel ſecundum communem vſum loquendi, non extenſiua, dubia videri pōt hęc declaratio, ſed hac de re agā alibi fuſius.

9 Item

6 Item,ſi teſtator inſtituit filium ſuum hæredem,& ſi decederet ſine filijs maribus, vel nepotibus ex fratre , alium ſubſtituit , Illud enim , nepotibus ex fratre,intelligitur ſolummodo de maſculis,vel quia intelligatur repetita in nepotibus illa qualitas maſculinitatis , vel ne plus videatur teſtator tribuiſſe nepotibus ex fratre , quàm nepotibus ex filio , vt ex Cuma. docet Iaſ.in d.l.ſi quis id quod nu. 19. in nona limitatione; quinnimo etiam inter
10 dum ex coniecturis extrinſecis, vt puta quando Ciuitatis ſtatuto prohibetur filia fœmina ſuccedere in bonis patris, exiſtentibus maſculis,tunc enim teſtator inſtituendo filios non com-
11 prehendit filias, cum in dubio cenſeatur diſponere ſecundum ius municipale, vt ex pluribus docet Iaſ. in d l.ſi quis id quod,in octaua limitat. nu. 18. & D. Menoch. lib. 4. præſumpt.. præſumpt. 84. nu. 10. ad quem me refero, enumerat enim in d. præſump. 14. coniecturas.

12 Secundo autem caſu , qnando ſcilicet ſumus in dubio de teſtatoris voluntate , Aut ſubiecta materia , circa quàm diſponitur,non accommodatur fœminis , quemadmodum maſculis, ſed eſt differens , vt dicunt DD. Aut eſt indifferens,& communis , ſi differens,& minus accomodata fœminis,
13 vt puta quia agatur de ordinibus , & Sacerdotijs , aut de magiſtratibus , vel officijs , quorum capaces non ſunt mulieres l.fœminæ.ff. de reg. iur. vel de alijs ſimilibus , de quibus Bald. in l.ſeruus.C.comunia de ſucceſſ.& DD. ad d.l. fœminæ , & præſertim Io. Mayner. & Decius, facit l.ſemper §.licet in corpore,ibi[nec omnia ei cõgruant, quæ principalibus conſtitutionibus cauta ſunt] ff.de iur.immun.maſculinũ non concipit fœmininum , vt docet Barbat.poſt Archid.in cap.ſi quis ſuadente 17. q.4. & ad Rubr. de elect. in clement. col. 12. vbi latiſſimimè tractat hanc materiam, & Dec.ad l. 2. ff. de reg. iur. nu.91. Tradit etiam Iaſ. ad ſæpius repetitã l. Si quis id quod nu. 12. & 14. & Petrus Rebuff. ad d.l. 1. col.13 verſ.primo perdit officium , Si verò materia eſt communis,& indifferens, ita vt non ſit diuerſa ratio inter maſculos , & fœminas, rurſus diſtin-
14 guendum eſt , quia , Aut vocabulum maſculinum eſt demonſtratiuum ſpeciei vt,Homo,Equus,Boſ.& particula ſi quis, ex traditis per Tiraquel.de retract. lignag. §.1.gloſ.9. nu 216.& ex l.1. ff.de verb. ſign. Aut ſexus,vt,vir, filius, Aries,hircus: Si eſt demonſtratiuum ſpeciei,Aut verſamur in diſpo-
14 ſitione fauorabili, vel odioſa rationabiliter, Aut in materia odioſa irrationabiliter,Primo caſu maſculinum pariter concipit fœmininum,non ſolum in materia fauorabili,vt in l.qui duos & in l. ſeruis legatis.ff de leg. 3. cum ſimilibus , Sed in materia odioſa cum cauſa & ratione. Ex his quæ tradit Iacob:de Arena ad l.ſi quis in tantam C.
15 vnde vi.nu.2.hinc ſi quis venerit contra tranſactionem iuratam , ſiue vir,ſiue mulier, infamis erit, & punietur pœna,de qua in l.ſi quis C de tranſactionibus,facit l. ſi quis C. vnde vi. Vbi gloſ.& l.3. §.1. ff. de negoc. geſt. qua-
16 mobrem , ſi mulier frangat fœdus , contra eam agitur, quemadmodum cõtra virum, iuxta tradita per Hippolyt. de Marſil. conſ. 85. Vbi plura in hanc materiam;facit gloſ. ſingularis in l. vnica §. Quibus C. de Raptu. virg in verb.ſponſam ſuam, quæ vult pœnam
17 illius legis loquentis de maſculo rapiente fœminam,habere locum in muliere rapiente maſculum, & Angel. in
18 d.l.vnica in fine,ſub nu. 7. teſtatur, ſe vidiſſe in Ciuitate Florentiæ quandã meritricem cõburi , eo quod rapuerat quemdam pulcrum puerum,& Bart.in
19 l. iura ff de leg.dicit, ſi ſtatuto caueatur , vt nullus vadat de nocte ſine lumine , illius diſpoſitionem, cum ſit de materia indifferenti , comprehendere
20 etiam mulieres , alioquim mulieres callidæ , & ſagaces delinquentes remanerent impunitæ , quod non eſt fe-
rendum

rendum, quicquid dicat Iaſ.in d. l. ſi
15 quis id quod num. 17. interpretatio
enim, vt maſculinum contineat fœmi
ninum, eſt comprehenſiua, aut ſecun-
dum uerbi proprietatem, aut ſecundũ
22 communem loquendi vſum, qui etiã
in odioſis præfertur proprietati, non
23 autem extenſiua, quæ tamen ob ratio
nis identitatem, etiam in odioſis ſæ-
piſſimè admittitur, præſertim vbi con
currit ſaltem larga verborum ſignifi-
catio. l. filium habeo. ff. ad S.C. Maced.
Bald. ad l. maximum vitium. C. de lib.
præter. cũ ſimillib. nec conſtituo dif-
ferentiam inter diſpoſitionem legis,
& diſpoſitionem hominis, quicquid
dicat idem Iaſ. in eadem. l. ſi quis id
quod nu. 15. nec facit negotium l. 1. in
24 §. Sed & ſi incertum. Vbi Bart. ff. de
ventre in poſſ. mitt. Tum quia ille tex.
cum loquatur de exhæredatione, quæ
fiebat iure digeſtorum ſine cauſa, pro-
cedit in materia odioſa irrationabili-
ter, vt intelligit Petrus Rebuff. in d.
l. 1. de verb. ſignif. col. 12. verſ. ſiue
odium, Tum etiam quia exhæredatio
erat reſtricta ad filiũ vnum, & ſic quod
ammodo erat expreſſa qualitas maſcu
linitatis, per gemminationem vocabu
li maſculini, ſi filius vnus vt conſide-
rat Dec. in d. l. 2. ff de reg. iur. nu. 105.
25 verſ. ſed tamen. Licet enim appella-
tione filiorum veniant etiam filiæ, ta-
men in condicione, ſi filius vnus mihi
26 naſcatur, non niſi maſculus venire po
teſt. Secundo autem caſu, quando ver-
ſamur in materia odioſa irrationabili-
ter, vt puta, quia ob delictũ parentis
deſcendẽtes puniãtur, maſculinũ nõ
cõprehẽdit fœmininũ l. quiſquis. § ad
filias C. ad l. Iuliam maieſt. l. 1. §. ſed &
ſi incertũ uerſ. quare ff. de vẽtr in poſſ.
mitt. tradit d. Iacob. de Arena in d. l.
ſi quis in tantam C. vnde vi. nu. 2. verſ.
ſi verò, nec non Bart. ad l. 1. nu 1. in
fi. ff. de verb. ſignif Bald. ad l. quicunq;
C. de ſeru. fugit. num. 12. Barbat. in d.
Rubr. de elect. in Clement. col. 12.
circa fin. & ad l. cum acutiſſimi C. de
fideicom. num. 132. Iaſ. in d. l. ſi quis id
quòd nu. 16. Petrus Rebuff. in d. l. 1. ff.
de verb. ſignif. col. 12. verſ. ſiue odium,
27 circa medium, Vbi verò vocabulum
eſt demõſtratiuum ſexus, Aut eſt diſ-
ſimile, & diſſonum, vt frater reſpectu
ſororis, Hircus reſpectu Capræ, Aries
reſpectu Ouis, & ſic de alijs, Aut con
iugatum, ſimile, & vniforme, vt filius
reſpectu filiæ, conſanguineus reſpectu
conſanguineæ. proximus, reſpectu pro
ximæ, & ſic de alijs.

28 Primo caſu, Aut reperitur expreſſũ
à iure, vt in fratre, & maſculinum cõ-
cepit fœmininum l. tres fratres. ff. de
pactis l. Liuius Tilius §. Meuia filium
ff. ad S.C. Trebell. reperitur autem ex
preſſum, a, iure ſolummodo in materia
fauorabili, & quando nomen maſculi-
num demonſtratiuum ſexus, & diffor-
me profertur in plurali numero, Vbi,
verò hoc non reperitur expreſſum à
iure, nunquàm maſculinum vocabulũ
difforme, & non coniugatum, vt Hir-
29 cus, Aries, Vir, concipit fœmininum,
eſt enim præciſe maſculinum, vt de vi
ro probat tex. in l. 1. de legib. iunctis
dictis Bart. ibi num. 6. cum alijs addu-
ctis per Iaſ. ad l. ſi quis id quod ff. de Iu
riſd. omniũ Iud. ĩ 10 limitatione nu. 20

30 Secundo autem caſu, quando ſcili-
cet nomen ſexus eſt vniforme, & con-
iugatum, vt ſeruus, patronus, filius, eo
dem modo diſtinguendum eſt, quo ſci
licet diſtinguebamus in nomine ſpe-
ciei, vt ſcilicet concipiat fœmininum,
in materia fauorabili, vel odioſa ratio
nabiliter l. deteſtatio § ſerui de verb.
ſignif. l. patroni appellatione. l. iuſta
eod. tit. ſecus autem in materia odio-
ſa irrationabiliter. l. 1. § ſed & ſi incer
tũ verſ. quare ff. de ventr. in poſſ. mitt.
Et ad hanc noſtram diſtinctionem fa-
cile redigũtur omnia tradita per DD.
varijs in locis, circa hanc materiam.

31 Eius autem ſumma eſt, vt in mate-
ria fauorabili, vel indifferenti, aut non
odioſa irrationabiliter, fœminis com-
petens, vbi non conſtet de contraria
voluntate diſponentis, maſculinum de
monſtratiuum ſpeciei, vel ſexus, ſed

Digitized by Google

vniforme & coniugatum, ſemper cõcipiat fœmininum, ſecus aut ſexus demonſtratiuum diſſonum, & difforme, niſi in caſibus à iure expreſſis, nec eſt conſtituenda differentia aliqua inter diſpoſitionem legis, vel hominis, ſiue fiat inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem, ſiue ſubſtituta ſit pia cauſa,
33 & Eccleſia, ſiue priuatus quilibet, quicquid comminiſcatur Iaſ. in d. l. ſi quis id quod nu. 15. & nu. 22. & 23. quẽ iure optimo reprobat Dec. ad d. l. 2. ff. de reg. iur. nu. 104. & num. 108. cum ſeq.

34 Conſtituenda eſt igitur regula generalis affirmatiua. Maſculinum, ſiuè a lege, ſiuè ab homine, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate prolatum, & ſiuè pia cauſa vocata ſit, ſiuè priuatus, concipit fœmininum l. qui duos & l. in ſeruis. ff. de leg. 3.

35 Limitatur primo, vt locum bbi non vendicet, quando ſubiecta materia nõ poteſt fœminis cõuenire, vt per Dec. ad l. 2. ff. de reg. iur. nu. 91. cum alijs ſupra adductis in corpore diſtinctionis.

36 Limitatur ſecundo, vt locum nõ habeat quando de contraria diſponentis voluntate conſtat l. Lucius. Titius. §. quæſitum de leg. 2. Iaſ. ad l. ſi quis id quod ff. de Iuriſdict. omnium Iud. num. 19.

37 Limitatur tertio, vt non procedat in materia irrationabiliter odioſa l. quiſquis §. ad filias C. ad l. Iul. maieſt. Bart. ad l. 1. num. 1. in fin. de verb. ſignif.

38 Limitatur quarto, vt locum non habeat, vbi maſculinum nomen ſit demonſtratiuum ſexus, non ſpeciei, & diſſonum, ac diforme, non coniugatũ cum fœminino l. 1. de leg. Vbi Bart. numero 6. Iaſ. ad d. l. ſi quis id quod num. 20.

39 Sublimitatur, ut concluſioni deroget in caſibus non à iure expreſſis, Secus autem in caſibus iure apertò deciſis, ut in l. tres fratres. ff. de pact. & in l. Lucius Titius §. Meuia filium. ff. ad S. C. Trebellianum.

ARGVMENTVM.

Maſculinum, vbi fœmininum concipit, an, & quando propriè, & ſui natura concipere intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *HÆres, Paſſer, & Aquila, ſunt nomina vnius generis, maſculini, vel fœminini, non communia.*

2 *Hæres nomen eſt ſolius maſculini generis.*

3 *Paſſer eſt nomen ſolius maſculini generis.*

4 *Aquila eſt nomen ſolius fœminini generis.*

5 *Maſculinum nomen vnicum ſpeciei, vel generis continet ſemper propriè fæmininum.*

6 *Fœmininum nomen vnicum ſpeciei, vel generis, continet ſemper propriè Maſculinum, vt Aquila.*

7 *L. ſi ita ſcriptum in princ. de leg. 2. declaratur*

8 *Legans Paſſeres, vel Aquilas, tàm maſculos legaſſe intelligitur, quàm fœminas.*

9 *Hæredes ſuos grauans, tàm maſculos, quàm fœminas grauaſſe intelligitur.*

10 *Liberorum appellatione, tàm maſculi, quàm fœminæ comprehenduntur.*

11 *Maſculinum non vnicum generis, vel ſpeciei nomen, enunciatiuè potius ad ſpeciem, vel genus, quàm ad indiuidua relatum, propriè, tàm maſculos, quàm fœminas comprehendit*

12 *Maſculinum non vnicum ſpeciei, vel generis nomen, diſpoſitiuè potius ad aliqua indiuidua, quàm ad genus, vel ſpeciem ipſam relatum, vbi nomina varia diſtinguentia ſexum ſunt vniformia, maſculinum non propriè fœmininum concipit, ſed ex comuni vſu, vel per legis interpretationem*

14 Le-

13 *Legans Mulos, Mulas, quoq; legaſſe intelligitur, & ſeruos ſeruas.*

14 *Quis, qui, aliquis, quicunq; referuntur etiam ad fœminas per iuris interpratationem, nõ ſunt enim termini comunes.*

15 Chi, *Italicè eſt terminus comunis Maſculo, & fœmina, & ὅςις apud græcos.*

16 *Maſculinum, non vnicum ſpeciei nomẽ, difforme, & diſſonum, ſi ad ſpeciem refertur, concipit propriè fœmininum, ſi ad ſexum, ſolummodo continet fœmininum in caſibus a iure expreſſis, per iuris interpretationem.*

17 *Maſculinum ratione affinitatis dicitur continere fœmininum ex coniectura.*

18 *Maſculinum dicitur continere fœmininum, ratione dignitatis per extenſionẽ.*

19 *Maſculinum concipit fœmininũ ex identitate rationis per comprehenſionem.*

20 *Maſculinum concipit fœmininum, ſecundum comunem loquendi vſum, & per interpretationem, non propriè.*

21 *Limitatur in ſpeciebus habentibus vnicum maſculini generis nomen.*

22 *Limitatur etiam in ſpeciebus habentibus nomina diſtinguentia ſexum, ſi de ſpecie ſermo ſit enunciatiuus.*

23 *Limitatur etiam ſi ſit ſermo de indiuiduis illius ſpeciei, ſi maſculinum nomẽ ſignificet ſpeciem, non ſexum.*

DISTINCTIO XI.

1 IN hac quoque dubietate, quã, pluribus in locis, tangunt DD. cõſueuimus nos, præter alios, ſic diſtinguere. Aut verſamur in ſpecie, vel genere, cuius vnicum ſit nomen, non comune, ſed vnius duntaxat generis, maſculini ſcilicet tantum, vel fœminini
2 tantum, vt Hæres, Paſſer, & Aquila, Hæres enim eſt ſolius maſculini gene
3 ris, vt per Alcia. lib. 7. Parerg. iur. Ciu. c. 7. Paſſer quoque ſemper eſt maſcu
4 lini generis. Aquila aut ſolius generis fœmini, vt dicit etiam Bald. ad l. quicunq; C. de ſeru. fugit. num. 11. & tunc maſculinum continet ſemper &
5 ppriè, etiam fœminas, & econtra fœ
6 mininum ſemper continet, & propriè
7 etiam maſculos, Hac enim in parte recipit declarationem l. ſi ita ſcriptum in princ. ff. de leg. 2. vt infra videbimus
8 Si quis ergo legaret, vel diſtraheret ſuos Paſſeres, vel ſuas Aquilas, vel
9 ſuos Hęredes grauaret, tàm de maſcu
10 lis, quàm de fœminis diſpoſuiſſe intelligeretur. Hinc etiam apud nos, liberorum appellatione, tàm maſculi, quàm fœminæ propriè comprehendũtur l. cognoſcere §. liberorum ff. de verb. ſignif. cum liberarum appellatio non reperiatur, Aut verſamur in ſpecie, cuius plura ſunt nomina diſtinguẽtia ſexus, vt in Homine, Boue, Leone, & ſimilibus, & tunc rurſus diſtinguen
11 dum eſt, quia, Aut ſermo eſt de ſpecie ipſa potius enunciatiuus, quàm diſpoſitiuus, Aut ſermo eſt de aliquibus indiuiduis illius ſpeciei, potius diſpoſitiuus, quàm enunciatiuus, Si de ſpecie, vt puta, quia dicatur Homo eſt animal ſociabile, & politicum. Equus eſt animal bellicoſum, & docile, vtique, tam Homo, quàm Equus propriè refertur ad maſculos,
12 & ad fęminas, Si verò ſermo eſt diſpoſitiuus de aliquibus indiuiduis, vel circa aliqua indiuidua ſpeciei, adhuc eſt diſtinguendũ, quia, Aut nomina varia diſtinguentia ſexus ſunt coniungata, vniformia, & vniſſona, Aut diſſimilia, diformia, & diſſona. Primo caſu maſculinum non concipit propriè fęmininũ ſed per iuris interpratationem, & ſecundum comunem vſum loquendi.
13 Hinc legans Mulos. Mulas quoque legaſſe intelligitur l. qui duos ff. de leg. 3. & ſeruos, ſeruas, d. l. qui duos & l. deteſtatio §. 1. ff. de verb. ſignif ita intelligo etiam l. patroni eod. tit. & alias
14 ſimiles, & ad hoc caput poſſunt referri pronomina illa, quis, qui, aliquis, quicunque, & ſimilia, de quibus latè per Rebuff. ad d. l. 1. ff. de verb. ſigni. & eſt etiam tex. in l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omniũ Iud. in l. 3. ff. de nego. geſt. per iuris enim interpratationẽ,

Digitized by Google

& ex communi vſu loquendi plerunq; intelligitur, ſi quis, vel quæ, aliquis, vel aliqua, quicunq; & quæcunq; & ſic de alijs, non autem propriè, non ſunt enim termini communes, vt, *chi*, apud Italicos, *chi è coſtui? chi è coſtei?* vel ὅστις apud græcos, vt per Cuiac. ad l. 1. ff. de verb. ſignif. in veſtibulo. Hinc interdum ad cautelam vtrunq; pronomen exprimitur, vt in formula Galli Aquilij, de qua in l. 1. in princ. ff. de verb. ſigni. & in l. ſi quis, vel ſi qua C. ad S. C. Tertull. l 2 §. ait Prætor. ff. de capit.
16 diminu. Secundo autem caſu, quando ſcilicet appellationes diſtinguentes ſexus ſunt diſſonantes, Aut vox maſculina ſpeciem ſignificat, vt homo, Aut ſextum tantummodo, vt vir, hircus, aries, Si ſpeciem, maſculinum continet propriè fœmininum, Si ſexum Aut nullo modo continet fœmininum, vt in viri appellatione docet Dec. ad l. 2. ff. de reg. iur nu. 97. & Iaſ. ex Baldo & alijs ad l. ſi quis id quod de iuriſd. omnium Iud. aut ſolummodo in caſibus expreſſis à iure, puta in fratre, vt in l. tres fratres ff. de pact. per iuris interpretationem l. Lucius Titius §. quæſitũ ff. de leg 3. l. Lucius Titius §. Meuia filium ff. ad S. C. Trebell. non autem
17 ex ſermonis proprietate, vel ex communi vſu loquendi. Barbat. autem inter conſ. Alex. conſ. 52. nu. 8. lib. 4. ex Bald. alio modo diſtinguit, dicens, Si maſculinum concipit fœmininum ratione affectionis, dicitur coniectu-
18 ra, ſi ratione dignitatis, dicitur exten
19 ſio. Si verò propter identitatem rationis, dicitur compreheñſio, & hanc declarationem refert & ſequitur Rolãd. à Valle conſ. 82. nu. 39. lib. 3. cæterum noſtra diſtinctio, quæ huic non aduerſatur, plenior eſt, ni fallor, & tutior, ſed ſequenti inſpectione dilucidius explicabitur hæc materia.
20 Concluſio ergo eſt: Maſculinum propriè non concipit fœmininum, ſed per iuris interpretationem, vel ex communi vſu loquendi l. qui duos de leg. 3. l. qui duos, & l. patroni & l. deteſtatio §. 1. ff. de verb. ſignif.
21 Limitatur, vt non procedat in nominibus maſculinis illarum ſpecierũ, vel generum, quæ non habent nomina diſtinguentia ſexum, in illis enim propriè ſemper fœmininum includitur, vt in paſſere, in hærede.
22 Limitatur ſecundo, vt nõ procedat in maſculino nomine ſpeciei, habentis nomina diſtinguentia ſexum, quando ſermo eſt enunciatiuus de ſpecie potius, quàm de aliquibus illius indiuiduis, nam tunc quoq; propriè etiã fœminas includit, vt homo eſt ſociabilis.
Limitatur tertio, vt nec procedat vbi ſermo ſit diſpoſitiuus, & referatur ad aliqua iudiuidua illius, ſi nomen maſculinum ſignificat ſpeciẽ, non ſexum, vt patet ex exẽplis, & auctoritatibus ſupra in corpore diſtinctionis ꝓlatis.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo Diſpoſitio facta in fœminis, habeat locum in maſculis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio facta in fœminis habet locum etiam in maſculis, vbi conſtet de diſponentis voluntate.*
2 *Legans Mulas, quas in Ciuitate habet ſi Mulos tantum habeat, illos legaſſe intelligitur.*
3 *Voluntas diſponentis in primis attenditur.*
4 *Legatum, demonſtratio falſa, non vitiat.*
5 *Demonſtrans digito mulum, & dicens dono hanc mulam validè donat.*
6 *Diſpoſitio facta in fœmina, per extenſiuam interpretationem, poteſt habere locum etiam in maſculo, in materia, quæ extenſionem patitur, & cæteris concurrentibus, quæ ſunt cauſa extenſionis.*

7 Diffe-

Digitized by Google

7 *Differentia eſt inter maſculinum, & fœmininum vocabulum, quia maſculinum concipit, & continet fœmininũ, fœmininum autem non contineť maſculinum, ſed ad illud extenditur.*

8 *Ratio eadem coniungit, per viam extenſionis, caſus remotiſſimos.*

9 *L. ſi ita ſcriptum, de leg. 2. declaratur & num. 18.*

10 *Statutum prohibens, n quis teneat capras in villa, habet. locum etiam in hircis.*

11 *Fœmininum comprehendit etiam maſculos, in ſpeciebus non habentibus nomina diſtinguentia ſexum, ſed vnicũ fęminini generis nomen, vt perſona, gens, vniuerſitas, Aquila.*

12 *Nomen ſpeciei vnicum, eſt fęmininum, ratione generis grammaticalis, ſed commune ratione ſubſtantiæ.*

13 *Nomen ſpeciei prædicatur æque propriè de omnibus vniuſcunque ſexus indiuiduis illius.*

14 *Fœminina nomina, quæ nõ magis ad ſpeciem, quàm ad ſexum referuntur, ſunt filia, ſerua, Equa, Aſina, Mulier, Abbatiſſa, Patrona, & ſimilia.*

15 *Nomina, quæ magis, ad ſexum, quàm ad ſpeciem referuntur ſunt hircus, Aries, Columbus.*

16 *Nomina que magis ad ætatem, & ſpeciẽ quàm ad ſexum referuntur, ſunt veluti Agni, Hedi, Pipiones.*

17 *Fœmininum nomen, quod magis ad ſpeciem, quàm ad ſexum refertur, maſculinum, per interpretationem comprehenſiuam, nunquàm continet.*

18 *L. ſi ita ſcriptum ff. de leg. 2. & l. ſeruis legatis verſ. Ancillis verò de leg. 3. declarãtur.*

19 *Animalium ſpecies, conſtituentes vniuerſitatem, aut plures continent fœminas, quàm maſculos, vt Oues, Capræ, aut tot maſculos quot fœminas, cum ſinguli maſculi, cum ſingulis fęminis coniungantur ad ſobolem procreandam, vt Columba.*

20 *Fœmininum nomen, quod ad ſpeciem magis, quàm ad ſexum refertur, in cuius vniuerſitate plures ſunt fęminæ quàm maſculi, niſi additum ſit etiam vniuerſitatis nomen, maſculos non continet.*

21 *Legatis Capris, vel Ouibus, nec Arietes, & Agni, nec hirci, & hœdi debentur.*

22 *Legato Ouium, vel Caprarum grege Arietes quoq; & Agni nec non Hirci, & Hœdi debentur.*

23 *Nomen fœmininum, quod magis ad ſpeciem, quàm ad ſexum refertur, cuius vniuerſitas certo nomine carens, non plures fœminas, quàm maſculos habet, comprehendit etiam maſculos.*

Columbarum vniuerſitas certum non habet nomen. vt Armentum, Grex.

Columbis legatis maſculi quoque debentur.

24 *Columbarum nomen, ex comuni vſu loquendi, etiam maſculos ſignificat.*

25 *Separatio dura, & incommoda, maſculorum, & fœminarum, non eſt admittenda.*

26 *Neutrum, tàm maſculinum, quàm fœmininum concipit.*

27 *Diſpoſitio facta in fœminis, non habet locum in maſculis.*

28 *Limitatur primo niſi conſtet de contraria voluntate diſponentis.*

29 *Limitatur Secundo, vt procedat inſpecta interpretatione comprehenſiua, ſecus extenſiua.*

30 *Limitatur tertio in ſpeciebus, & generibus, quæ vnicum habent nomen fęmininum.*

31 *Limitatur quarto in nomine fęminino animalium, in quorũ vniuerſitate nõ ſunt plures fęminæ, quàm maſculi, ſed ad ſpeciem potius, quàm ad ſexum refertur, vt in capris, & ouibus.*

33 *Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi diſpoſitum ſit de grege Ouium, vel Caprarum, addito, nomine vniuerſitatis, ſecus ſi de Capris, vel Ouibus ſimpliciter.*

Digitized by Google

DISTINCTIO XII.

1 QVatenus dubitatur, an quod diſpoſitum eſt per fęmininum, habeat locum etiam in maſculis, Sic altius repetendo materiã diſtinguendum eſt. Aut conſtat de voluntate diſponentis, vt voluerit fęminino vocabulo comprehendere maſculos, Aut verſamur in dubio, Si de voluntate conſtat, diſpoſitio habet locũ
2 etiam in maſculis. Hinc, ſi quis duos habens in Ciuitate mulos, mulas, quas habet in Ciuitate legauerit, in mulis legatum locum habebit, quia diſpo-
3 nentis voluntas attendi debet l. in cõditionibus ff. de condit. & demonſtr.
4 & quia falſa demonſtratio non vitiat legatum l. demonſtratio. ff. eod. §. huic proxima Inſtit. de leg. facit l. ſi quis in fundi. vocabulo de leg. 1. idem dicen-
5 dum eſſet, ſi quis digito mulum demonſtraret, & diceret. dono hanc mulam, per glo. in l. quę extrinſecus §. 1. ff. de verb. oblig. faciunt tradita per DD. ad d. l. ſi quis in fundi vocabulo. Tradit Rebuff. ad d. l. 1. de verb. ſignif. col. 20. in fin. Si verò non conſtat de voluntate, ſed verſamur in dubio, Aut dubitamus diſpoſitum in fœmina, an poſſit habere locum in maſculo per interpræmtationem extenſiuam, an per comprehenſiuam, Si per extenſiuam, conſpirantibus, & concurrentibus ijs, quæ ſunt cauſa extenſionis & in materia, quæ extenſionem patiatur, non cenſeo dubitandum, quin diſpoſitum in fœmina trahatur etiam ad maſculum, & ita inteligo Ant. de Butrio in cap. vltimo de conſuetud. hoc enim modo intelligendo non ſequitur abſurdum de quo per Deci. in l. 2. num. 127. ff. de reg. iur. in fin.
7 vt ſcilicet non ſit differentia inter maſculinum, & fœmininum, contra d. l. Si ita ſcriptum ff. de leg: Secundo quia, etiam admiſſa extenſione de fœminino ad maſculinum, longa adhuc eſt differentia inter vim maſculini vocabuli, & fœminini, quia maſculinum concipit, & continet, atque comprehendit fœmininum, fœmininum autem maſculinum nequaquàm, ratione de qua in d. l. ſi ita ſcriptum, ſed extenditur ob ratio-
8 nis identitatem, quæ coniungit per viam extenſionis caſus magis diſtantes, & remotos, quo ad verba, quàm fœmininum a maſculino, vt obſeruare eſt apud Doctores ad l. omnes populi. ff. de Iuſtitia, & Iur. & in d. l.
9 ſi ita ſcriptum, non dicitur exemplo peſſimum eſſe, vt vocabulum fœmininum extendatur ad maſculinum, Sed exemplo peſſimum eſſe fœminino vocabulo etiam maſculos contineri, non igitur excludit interpretationem extenſiuam, ſed compre-
10 henſiuam dumtaxat, quamobrem, erraſſe eos puto, qui in quæſtione de ſtatuto, vt quis non teneat Capras in Villa, ſub certa pœna, concludunt. pœnam non habere locum in eo qui teneat Hircos, vt, ex conſilio Alberici Papienſis determinatum fuiſſe Mutinæ, refert Hoſtien relatus per Alberic. in prima parte ſtatut. quæſt. 104. quæ incipit. Sed quid ſi Statutum eſt in Villa, Sed hac de re latius agendum eſt à nobis in noſtro Tractatu de communi vſu lo-
11 quendi. Si verò dubitamus, an diſpoſitum per vocabulum fœmininum habeat locum in maſculo per Interpretationem comprehenſiuam, rurſus diſtinguendum eſt; nam Aut verſamur in illis ſpeciebus, quæ non habent nomina diſtinguentia ſexum, vt filius, filia, mulus mula, Sed vnicum habent nomen fœminini generis, vt perſona, gens, vniuerſitas, Aquila, & Italicè, *Anetra*, *Oca*, Aut in ſpeciebus habentibus nomina diſtinguentia etiam ſexus. Primo caſu fœmininum comprehendit etiam maſculos,

ſculos, quia nomen illud, licet ſit
12 fœmininum ratione generis, eſt ta-
men commune ratione ſubſtantiæ, &
13 quatenus eſt nomen ſpeciei, quæ
æque propriè prædicatur de omnibus
indiuiduis, & ita ſentit Baldus ad d.
l. quicunque numero 11. C. de ſeru.
fugit. & ſequitur Deci. ad l. 2. ff. de
14 reg. iur. numero 129. Secundò au-
tem caſu eſt iterum diſtinguendum,
quia, Aut nomen fœmininum non
refertur magis ad Speciem, quàm ad
ſexum, vt Filia Serua, Equa, Aſi-
na, Mulier, Abbatiſſa, Patrona, &
ſic de alijs ſimilibus, Aut fœminí-
num nomen potius ad ſpeciem, quàm
ad ſexum refertur, vt in Ouibus, Ca-
15 pris, Columbis; Hircus enim, A-
ries, & Columbus, potius ad ſexum,
quàm ad ſpeciem referuntur, & Agni,
16 Hædi, atque Pipiones ad ætatem,
& ſpeciem magis, quàm ad ſexum. Si
17 non magis ad Speciem, quàm ad Se-
xum, fœmininum per Interpretatio
nem comprehenſiuam nunquam con-
tinet maſculinum, & in his terminis
18 vendicat ſibi locum l. ſi ita ſcrip-
tum ff. de leg. 2. & l. ſeruis legatis.
19 verſic. Ancillis verò de legat. 3.
Si verò ad ſpeciem potius, quàm ad
ſexum, adhuc diſtinctione opus eſt,
quia, Aut verſamur in ſpeciebus,
quæ conſtituunt vniuerſitatem, in
qua plures ſunt fœminæ, quàm ma-
ſculi, vt puta in Ouibus, & Ca-
pris, quæ gregem conſtituunt, in quo
vnus, vel alter Aries, vel Hircus
omnibus eſt ſatis, Aut in illis, in
quibus ſinguli maſculi, cum ſingulis
fœminis coniunguntur, ad ſobolem
propagandam, cuiuſmodi ſunt Co-
20 lumbæ. Primo caſu, Aut ſimplici-
ter ſit mentio de Ouibus, vel de
Capris, Aut de grege Ouium, vel
21 de grege Caprarum, Si de Capris,
vel Ouibus dumtaxat, nec Arietes,
& Agni, nec Hirci, & Hædi veni-
unt Ouium, vel Caprarum appella-
tione tex. eſt apertus in l. ſeruis le-
gatis, in verſiculo Ouibus de legat.
22 tertio. Si verò de grege Ouium,
vel Caprarum, veniunt etiam Arie-
tes, & Agni, nec non Hirci, &
Hædi d. l. ſeruis legatis, in fine, ver-
23 ſiculo Ouium. Secundo autem ca-
ſu, quando ſcilicet verſamur in illis
ſpeciebus, quæ non conſtituunt vni-
uerſitatem certum habentem nomen
vt Grex. & Armentum, & in quibus
ſinguli maſculi, cum ſingulis fœmi-
nis coniunguntur ad ſobolem propa-
gandam, cuiuſmodi ſunt Columbæ,
24 appellatione Columbarum veniunt
etiam maſculi, Tum quia ex commu-
ni vſu loquendi, Columbarum no-
mine etiam maſculos ſignificamus,
25 Tum etiam quia eſſet nimis incom-
moda, & dura ſeparatio fœminarum
à maſculis argum. l. poſſeſſionum C.
communia vtriuſque Iud. eſt glo. in
l. liberorum §. Papirius, in verbo
contineri ff. de verborum ſignifica-
tione, & hæc omnia in praxi ſunt ad-
notatione digniſſima, licet doctores
eiuſmodi differentias non cognoue-
rint. Neutrum autem, quin maſcu-
linum, & fœmininum concipiat,
non eſt dubitandum, ex his quæ tra-
dit Bart. ad l. Plautius ff. de aur. &
argent. leg. numero 4. Bald. ad l. hu-
manitatis C. de Impuberum, & alijs
ſubſtitutionibus numero 57. & Re-
buffus ad leg, primam ff. de verborum
ſignificatione columna 21. verſiculo
neutrum autem, propterea non inſi-
ſto, Sed concluſiones adnotatione
dignas, cum ſuis limitationibus, &
ſublimitationibus de more ex præ-
27 miſſa diſtinctione colligo.

Eſt ergo regularis concluſio in hac materia Negatiua.

Diſpoſitio ſcilicet facta in fœminis non habet locum in maſculis l. ſi ita ſcriptum de leg. ſecundo eſt etiam textus in l. ſeruis legatis in verſiculo Ancillis verò de legat. tertio.

28 Limi-

Digitized by Google

28 Limitatur primo, niſi conſtet de contraria voluntate diſponentis, glo. eſt in l. quæ extrinſecus § 1. ff. de verb. obligat.

29 Limitatur ſecundo, vt locum habeat concluſio, interpretatione comprehenſiua inſpecta, ſecus autem per interpretationem extenſiuam, vbi materia patiatur, Anton. de Butr. ad cap. vltimum, de conſuet.

30 Limitatur tertio, vt etiam per viã comprehenſionis diſpoſitum in fœmina habeat locum in maſculo, in illis generibus, & ſpeciebus, quæ vnicum habet nomen fœmininum, vt Aquila, ſentit Bald. ad l. quicunque nu 11. C. de ſeru. fugit. Deci. ad l. 2. ff. de reg. iur. num. 129.

31 Limitatur quarto, vt non procedat in nomine fœminino animalium, in quorum vniuerſitate non ſunt plures fœminæ, quàm maſculi, ſed ſinguli maſculini, ſingulis fœminis coniunguntur, nam tunc quoq; appellatione fœminarum, puta Columbarum, maſculi quoque continentur, ne admittatur incommoda ſeparatio contra l. poſſeſſionum C. communia vtriuſq; Iudicij.

32 Limitatur quinto, vt nec procedat in vniuerſitate, in qua plures ſunt fœminæ, quàm maſculi, quando illorum nomen, fęmininum potius ad ſpeciem refertur, quàm ad ſexum, vt in capris, & ouibus, nam tunc quoque etiam maſculi comprehenduntur l. ſeruis legatis in fin. de leg. 3.

33 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi diſponatur de grege Caprarum, vel Ouium, adiecto nomine vniuerſitatis, Secus ſi de Capris, & Ouibus ſimpliciter, tunc enim maſculi non continẽtur d. l. ſeruis legatis in verſ. ouibus.

ARGVMENTVM.

An, & quando verba præſentis, & præteriti temporis ad futurum trahantur.

SVMMARIVM.

1 *Verba vnius temporis trahuntur interdum ad aliud, non ex proprietate ſermonis, ſed ex communi vſu loquendi, vel per legis interpretationẽ.*

2 *Verba vnius temporis propriè aliud excludunt, niſi omnium temporum fiat expreſſio.*

3 *Verba præſentis, vel præteriti temporis, aduerbijs præſentis, vel præteriti temporis coarctata, ad futurum non trahuntur.*

4 *Seruitus luminum ita impoſita. lumina quæ nunc ſunt, ita ſint, de futuris luminibus nihil caueri videtur.*

5 *Verba præſentis, vel præteriti temporis, aduerbijs eorumdem temporum, non coarctata, ſi à lege indulgente, vel permittente ſint prolata, ad futurum non trahuntur.*

6 *Verba præſentis, vel futuri temporis, non coarctata temporalibus aduerbijs, ſi a lege præcipiente, & imperante, vel vetante, & puniente ſint prolata, trahuntur ad futurum.*

7 *Legis ea eſt natura, vt det formam futuris negocijs.*

8 *Lex ſemper loquitur, ſiuè ſit communis, ſiuè municipalis.*

9 *Verba præſentis, vel præteriti temporis ab homine prolata, cuius mens, & propoſitum fuit, vt ad futurum traherentur, trahuntur.*

10 *Vltima voluntas ſemper habet tractum in futurum.*

11 *Vltima voluntatis natura eſt, ſuper futuris diſponere, ad legis ſimilitudinem.*

12 *Verba præſentis, vel præteriti temporis, in vltima voluntate ab homine prolata, ſi ad voluntariam diſpoſitionis declarationem referuntur, trahuntur etiam ad futurum.*

13 *Teſtator dicens. cui bis lego, vel legaui, ſemel deberi volo, licet bis legauerit de futuro, ſemel debebitur.*

14 *Teſtator dicens quas pecunias legaui,*

quibus

Digitized by Google

quibus dies appoſitus non eſt,eas,hæres meus, annua,bima,trima die dato, intelligitur referre illa, nō ſolum ad prę cedentia legata,ſed ad vniuerſa, quæ teſtamento adſcripta ſunt.

15 *Præteriti,vel futuri temporis ratio non habetur in teſtamento, quod vnico contextu conficitur.*

Teſtamenti forma dicitur vnicus illius contextus.

Teſtamenti forma conſiſtit in puncto indiuiſibili, & in vltima concluſiua.

16 *Verba præſentis, vel præteriti temporis, ab homine in vltima voluntate prolata, inducentia diſpoſitionem, ſi quod relinquitur eſt expreſſum per certum nomen, vt fundus Cornelianus,& in futurum ita augetur, vt ex parte fiat totum ad futurum non trahuntur.*

17 *Legans ſuum fundum Titianum, quando illius tantummodo partem habebat non ideo totus fundus Titianus debebitur legatario, quia alteram poſtea partem acquiſiuerit.*

18 *Verba præſentis, vel præteriti temporis, ab homine in vltima voluntate prolata, & ad diſpoſitionem relata, ſi quod relinquitur eſt expreſſum per certum nomen, & totum ipſum recipit poſtea augumentum, trahuntur ad futurum.*

19 *Grege meo legato, etiam quæ poſtea accedunt ad legatarium pertinent.*

Meum,poſſeſſiuum nomen,præſens tempus ſignificat.

20 *Peculio meo legato,etiam quæ poſtea illi accedit legatario debetur.*

Hæreditate legata, etiam illius augumentum poſtea factum legato cedit.

21 *Vniuerſitates, vt peculium, hæreditas, Grex augentur, & minuuntur, non multiplicantur.*

22 *Fundo legato, ſi quod poſtea,vel ex teſtatoris diſpoſitione, vel per alluuionem ei poſtea accedat, ad eundem legatarium pertinet.*

23 *Legatum creſcit, non multiplicatur, ſi quid fundo legato ex diſpoſitione teſtatoris, vel per alluuionem accedat.*

24 *Acceſſio, quæ fit fundo per teſtatoris, diſpoſitionum, vel per alluuionem,rei, non perſonæ accreſcit.*

25 *Verba præſentis, vel præteriti temporis ab homine diſponente per vltimam voluntatem prolata, ſi quod relinquitur non eſt expreſſum per certum nomen, ſed per terminum tranſcendentem, & indeterminatum,ſi quod accedit in futurum ei quod relinquitur, eſt acceſſorium, non æque principale cum eo, ad futurum trahuntur.*

26 *Legans quæ debitor debet,videtur legare etiam ea, quæ poſtea debitor ratione vſurarum incipit debere.*

27 *Vſuræ ſunt acceſſoria ad debitum principale.*

28 *Legatum, acceſſione augetur, non multiplicatur.*

29 *Verba præſentis, vel præteriti temporis, in vltima diſpoſitione prolata, ſi quod relinquitur, eſt expreſſum per terminum tranſcendentem, & indeterminatum, reſtrictum actu aliquo, ſi quod accedit in futurum eſt æque principale, ac præſens, ad futurum non trahitur.*

Legans vxori ſuæ quicquid illi dedit,donauit vſibuſq; eius comparauit, non cenſetur legaſſe quod poſt conditum teſtamentum donauit.

30 *L. vxori in §. 1. de leg. 3. alio modo intelligitur, & declaratur, quàm per Bart. ibi.*

31 *Donatio inter virum, & vxorem eſt prohibita.*

32 *L. vltima in §. 1. ff. de leg. 2. & l. cū illud §. 1. ff. quando dies leg. cedat. declarantur.*

33 *Verba præſentis, vel præteriti temporis in vltima voluntate, diſpoſitiuè prolata, exprimentia quod relinquitur, non certo nomine, ſed termino tranſcendenti, & indeterminato, reſtricto tamen potentia aliqua, ſi quod accidet poſtea eſt æquè principale, ad futurum trahuntur.*

Legans omnia, quæ poteſt per legem legare, vel quicquid legatarius capere poteſt, intelligitur legare etiam, quæ in futurum poſt conditum teſtamentum legari, & capi poſſunt.

34 Lex

Digitized by Google

34 L. ſi ita quis de leg. 2. declaratur.

35 Actus ſemper refertur ad præſens, potentia futurum reſpicit.

36 Verba præſentis, vel præteriti temporis non trahuntur ad futurum, vbi legati multiplicationem inducant.

37 Legans aurum ſuum, veſtes ſuas, ſeruos ſuos, non niſi aurum, veſtes, & ſeruos legaſſe intelligitur, quos habebat tempore conditi teſtamenti.

38 Meum argentum, mea veſtis, & ſerui mei tempore conditi teſtamenti, nulla acceſſionis, vel incrementi ratione poſſunt ad ſe trahere, aurum veſtes, & ſeruos poſtea quęſitos.

39 Legata tot ſunt, quot res legatę, niſi legata ſit vniuerſitas.

40 Verba præſentis, vel præteriti temporis, in diſpoſitione inter viuos, prolata in negotio habente tractum in futurum, ſi futura nullam habeant connexionem cum præſentibus, ad illa, ne diſpoſitionis multiplicatio inducatur; non trahuntur.

41 Compromiſſo generali facto de his rebus, & controuerſijs iudicare arbiter poteſt, quæ ab initio fuerunt inter compromittentes

42 Compromiſſum, & arbitrium multiplex eſt, pro multitudine, & varietate cauſarum, & conſequenter multiplex actio.

43 Mandatum, quantumuis generale ad omnes, & ſingulas cauſas, contra quaſcunq; perſonas, & coram quibuſcunq; Iudicibus, non intelligitur factum, niſi ad cauſas præſentes, & futuras, connexas, & dependentes

Rebuffi opinio, & aliorum reprobatur.

44 Mandatum generale eſt multiplex, pro cauſarum non connexarum, & non dependentium varietate, & multitudine, pro quibus ſingulis ſeparatim debet reddi ratio.

45 Reſcriptum ad lites, ad futuras non porrigitur.

46 Littera ad beneficia, non trahuntur ad beneficia poſtea creata.

47 Clementina vltima de reſcriptis declaratur.

48 Beneficium de nouo creatum, non poteſt propriè dici nec vacans, nec vacatum.

49 Priuatio præſupponit habitum.

50 Priuilegijs vnius Gymnaſij alteri conceſſis, tantummodo præſentia conceſſa intelliguntur, non futura, etiam ſi facta ſit conceſſio per ſignum vniuerſale, licet comunis opinio ſit in contrarium.

51 Verba præſentis, vel præteriti temporis ab homine prolata, numquam trahuntur ad futura vbi inducitur diſpoſitionis, & actus multiplicatio.

52 Genetiuus poſſeſſiuus denotat ſtatũ præſentem, quemadmodum pronomẽ meũ.

53 Priuilegia non ſunt multiplicanda.

54 Diſpoſitio quantumuis generalis, non eſt trahenda ad ignota, & non exiſtentia.

55 Verba præſentis, vel futuri temporis, in negocio inter viuos, habente tractum in futurum, trahitur, etiam ad futura dependentia, & habentia connexionẽ; per quæ diſpoſitio, & actus non multiplicetur, ſed tantum augeatur.

56 Seruitus ne luminibus officiatur, etiam ad lumina in futurum refertur.

57 Lumina futura ſunt connexa cum pręſentibus eiuſdem domus.

58 Societas omnium bonorum ad futura etiam trahitur.

59 Pax inita inter duas Ciuitates pro ſe, & ſuis ſubditis, pœna vallata, comprehendit etiam villam, quæ poſt initam pacem alteri ex dictis Ciuitatibus cœpit eſſe ſubiecta.

60 Principes duo ſi conueniat, vt vnus non recipiat exules alterius, Conuentio extenditur etiam ad eos qui exules erũt in futurum, idem ſi conuentio non ſit reciproca, contra Angelum num. 61.

61 Ratio DD. reprobatur, & noua aſſertur

62 Angeli opinio, & aliorum reprobatur

63 Ratio vbi eadem fieri debet, eadem iuris diſpoſitio.

64 Priuilegium, vt Abbas, & Conuentus poſſint admittere familiares ſuos ad Diuina, etiam familiares poſt priuilegium receptos comprehendit.

65 Priuilegium ſi alicui eſt conceſſum, vt auctoritate apoſtolica poſſit vni perſonæ idonea in ſua, vel alia Eccleſia proui-

Digitized by Google

prouidere, licet aliquis beneficium habeat tempore quo ſcribitur tamen poſtea reſignet, & nullum beneficium habeat tempore vacationis, illi prouideri poterit, & idoneus cenſebitur.
66 *Rebuffus laborioſus magis quã, ſubtilis*
67 *Obligans res ad ſe pertinentes, comprehendit etiam quaſitas poſt obligationem.*
68 *Hypotheca habet tractum in futurum, donec principali debito ſatisfiat.*
69 *Hypotheca ſemper eſt vnica, & pro eadem quantitate, & futura bona ad quę trahitur fiunt portio, vel acceſſio præſentium vnitate patrimonij.*
70 *Bartoli, Baldi, & aliorum ratio ad l. vltimam C. qua res pignor. oblig. poſſ. reprobatur.*
71 *Ratio auctoris ſubodorata ab Alciato.*
72 *Ferijs renuncians, intelligitur renuntiare etiam futuris.*
73 *Bartoli opinio reprobatur.*
74 *Fundum ſi tibi ea lege concedo, vt ibi ædifices domum, in qua me recipere promittis cum familia mea ſi mihi familia iuſtè augeatur, eam nihilominus recipere debes.*
75 *Priuilegium exemptionis ſuper decimis, vel collectis non ſoluendis, porrigitur etiam ad prędia queſita, poſt conceſſionem immunitatis.*
76 *Verba præſentis, uel præteriti temporis in negocio inter uiuos prolata, quod ſtatim perfectionem recipit, quod tractum in futurum non habet, ad futurum nõ trahuntur.*
77 *Publicatio bonorũ ad futura nõ trahĩt.*
78 *Stipulantes quicquid dare, vel facere oportet, id quod preſente die dumtaxat debetur in ſtipulatione deducunt*
79 *Emens lacum & circa eum pedes decẽ, eatenus lacum emiſſe videtur quatenus tunc fuit & circa eum pedes decem qui tunc fuerunt.*
80 *Lacus Traſſimenus quandoq; creſcit.*
81 *Verba præſentis, vel pręteriti temporis à lege prolata trahuntur ad futurum.*
82 *Limitatur ſi ſint reſtricta aduerbijs præſentis, vel præteriti temporis.*
83 *Limitatur in lege indulgẽte, uel pmittẽte*
84 *Verba præſentis, vel præteriti temporis in vltima voluntate ab homine prolata non trahuntur ad futurum.*
85 *Limitatur vbi de contraria conſtet voluntate.*
86 *Limitatur in verbis declaratiuis alicuius diſpoſitionis.*
87 *Limitatur etiam in verbis inducentibus diſpoſitionem, ſi per futura diſpoſitio augetur non multiplicatur.*
88 *Limitatur etiam ſi res relicta per certũ nomen augeatur, ſi ex parte fiat totum.*
89 *Limitatur etiam ſi quid relinquitur per nomen tranſcendens, & indeterminatum, ſi quod in futurum accedit non atque principale eſt, ſed acceſſorium.*
90 *Limitatur etiam in eo ꝙ principaliter accedit, ſi terminus vniuerſalis ſit reſtrictus a potentia, non ab actu.*
91 *Verba præſentis, vel præteriti temporis, ab homine inter viuos prolata, ad futurum non trahuntur.*
92 *Limitatur in negocijs, quæ non ſtatim cõplentur, ſed habent tractũ in futurũ.*
93 *Sublimitatur ſi futura nullam habeant cum præſentibus dependentiam, & connexionem, ita, vt inducatur diſpoſitionis multiplicatio.*

DISTINCTIO XIII.

VErba vnius temporis ad aliud interdum, atq; adeo ſæpe trahuntur, non ex proprietate ſermonis
1 ſecundùm quàm vnius temporis verba aliud excludunt, niſi omnium temporum fiat expreſſio, vt in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis dolum ff. de verb. obligat. & in l. & vno ff. de acceptil. Sed ex communi vſu loquendi, vel per legis interpretationem, vt in l. verbum oportebit, in l. verbum erit de verb. ſignif. cum ſimil. qua in re, vt Theoriã aliquam conſtituamus, & diſtinctè pcedamus. Primum diſtinctione adhibita ex his, quæ tradunt Bart. ad l. ſi ita legatum ff. de aur. & arg. legat. nu. 1. in fi. cum ſeqq. Alcia. ad l. verbum erit de verb. ſign. necnon idem Alcia. Cepoll.

Digitized by Google

Rebuff.& alij ad d.l.verbum oportebit
de verb.ſign. docebimus an & quādo
verba præſentis, & pręteriti temporis
ad futurum trahantur.Aut igitur ver-
ba præſentis, vel præteriti temporis
ſunt coarctata per aduerbium pariter
temporis præteriti, vel præſentis,huc
uſq; vſq; adhuc, nunc, & ſimilia,Aut
ſunt ſimpliciter prolata ſine aduerbij
3 coarctatione, Si ſunt aduerbio eiuſdē
temporis coarctata, ad futurum non
trahuntur, hinc ſi ſeruitus ſit hoc mo-
4 do impoſita.lumina, quę nūc ſunt, ita
ſint,de futuris luminibus nihil caueri
videtur l.ſi ſeruitus in principio ff. de
ſeruit.vrb: præd. Si eiuſdem temporis
aduerbio non ſunt verba præſentis,
5 vel præteriti temporis coarctata Aut
ſunt ꝓlata à lege,Aut ab homine,Si a
lege,Aut,a,lege indulgente,& permit
tēte,Aut a lege alterius generis, impe
rante,ſcilicet,vel vetante,ac puniente
iuxta l.legis virtus ff. de legibus, ſi a
lege indulgente, & permittente præ-
ſens, vel præteritum tempus ad futu-
rum non trahitur l.cum lex.ff. de legi-
bus. tradit Petr. Rebuff. ad l. verbum
opportebit .ff. de verb. ſignif. col. 2.
verſ.Quod non ſeruatur,quæ lex,quo
pacto debeat intelligi alibi docui-
6 mus Si vero a lege alterius generis,prę
ſens,vel præteritum tempus trahitur
ad futurum l. vnica de cond. ex lege,
7 tum quòd ea ſit legis natura, vt futu-
ris det formam negocijs l.leges & cō-
ſtitutiones C.de legib. cap.vlt.de con
8 ſtit. Tum quia lex ſemper loquitur l.
Ariani.C.de hæret. l. illicitas in prin.
ff.de officio præſid. id quod locum ſibi
vendicat,tam in legibus communibus
quàm in municipalibus, vt per eumdē
Rebuff.ad d. l. verbū opportebit in d.
col.2.verſ.Idem in ſtatutis,Si verò ver
ba præſentis,vel pręteriti tēporis ſunt
9 prolata ab homine,rurſus diſtinguen-
dum eſt,quia, Aut conſtat mentē pro
ferentis fuiſſe, vt ad futurum tempus
traherentur, Aut verſamur omnino
in dubio,Si de mente conſtat, ſine du-
bio ad futurum trahuntur.l.ſi ita lega-
tum.ff.de aur.& arg.leg.l. vxori.§ 1.ff
de leg.3.l.vlt.C.quæ res pignó oblig
poſſ. Si verò verſamur in dubio, Aut
ſunt prolata ab homine in vltima vo-
luntate, Aut inter viuos,Si in vltima
10 voluntate, quæ ſemper habet tractū
11 in futurum,natura enim vltimæ volū
tats eſt ſuper futuris diſponere ad ſi-
militudinem legis,vt dicit Soc.ad.l.ſo
lemus.ff.de cond.& demoſt.nu.2.Aut
12 inducunt voluntariam diſpoſitionis
declarationem,Aut diſpoſitionem ip-
ſam, Si declarationem, pendentem a
mera teſtatoris voluntate, trahuntur
13 ad futura, hinc ſi teſtator dixerit.
cui bis lego, vel legaui, ſemel deberi
14 volo,licet bis legauerit de futuro,ſe-
mel,debebitur, eodem quoq; modo,
Vbi teſtator dicat,quas pecunias lega-
ui, quibus dies appoſitus non eſt, eas,
hæres meus,annua,bima trima die da-
to,intelligitur referre illa, non ſolum
ad præcedentia legata, ſed ad vniuer-
ſa, quæ teſtamento adſcripta ſunt l.ta-
lis ſcriptura in princ.iuncto§. vltimo
& l. ſeq. ff. de leg. 1. tradit Rebuff. ad
d. l. verbum opportebit ff. de verb.ſi-
gnif. col.3.verſ 3.idem.& ratio poteſt
15 eſſe, vt ego conſidero, vltra Rebuff.
quia in teſtamento, quod vnico con-
textu cōficitur, Inſtitut.in princ.verſ.
ſed cum paulatim,de teſtam.l.hęredes
in fin. ff. eod. & l. cum antiquioribus
C.eodem, ita vt forma illius vnicus
contextus eſſe dicatur. Bald.ad l.1.C.
de Sacroſanct. Eccleſijs nu.21. non ha
betur ratio, nec præteriti, nec futuri,
ſed omnia tamquam præſentia conſi-
derantur,in dubio,cum forma teſtamē
ti conſiſtat in puncto indiuiſibili,& in
vltima concluſiua,vt di xit idem Bald.
ad l. ſi quis cum teſtamentum ff. de te-
16 ſtam.nu 1.Si verò verba præteriti,vel
præſentis temporis inducunt diſpoſi-
tionem, Iterum eſt diſtinguendum
quia, Aut, ſi trahimus verba præſen-
tis vel præteriti temporis ad futurum
relictum,augetur, aut multiplicatur,
Si augetur, Aut quod relinquitur eſt
expreſſum per aliquod certum nomen

Si

Digitized by Google

Vt puta fundus cornilianus,Grex, pe-
culium,Aut per aliquod vniuerſale ſi-
gnum, vel deſtributiuum,Aut indefi-
nitum,vt puta,quicquid dedi,quæ mi-
hi debet Titius,tantum quantum Me-
uius capere poteſt,Si per aliquod cer-
tum & determinatum nomen,Aut ita
augetur,vt ex parte fiat totum,Aut to
tum ipſum recipit incrementum,Si ita
vt ex parte fiat totum,Aut ex parte fit
totum integrale, puta, quia areæ lega-
tæ,domus impoſita ſit,Aut ex parte fit
totum quotitatiuum, cuius pars indi-
uiſa legabatur , quia .ſ. qui cum habe-
ret fundum cornelianum communem,
fundum ſuum legabat , deinde aliam
quoque partem acquirebat.Primo ca-
ſu præſens ad futurum trahitur , &
ꝓpterea ei,cui area legata eſt , domus
quoq; impoſita debetur l. ſeruum fi-
lij §.ſi areæ ff. de leg. primo. Secundo
autem caſu, præſens ad futurum non
trahitur. Hinc ſi quis habens fundi
Titiani partem, ſuum fundum Titianũ
legauerit , non ideo totus fundus Ti-
tianus debebitur legatario, quia alte-
ram partem teſtator,poſt factum lega-
tum,acquiſiuerit,Gloſ.eſt in l.ſerui e-
lectione §. vltimo de leg. 1. Vbi etiam
Iacob. de Arena. Tradũt.etiam idem
Iacob:de Arena.&Bart.ad l.ſi ita lega
tum de aur. & argent. leg. nu.4. Licet
contrarium ſentiat Iaſ. ad l. ſerui ele-
ctione in §. cum fundus numero 10.
de legat. 1. & Zaſ.& Duaren. ad l. ſi
18 ex toto ff. eod. tit. de legat. 1. Si au-
tem totum ipſum legatum recipiat
incrementum,trahuntur ad futurum.
19 Hinc grege meo legato , licet illud
pronomen,meo, tempus præſens ſigni
ficat l. ſi ita legatum ff. de aur. & arg.
leg. quæ poſtea tamen accedunt,ad le-
gatarium pertinent l.grege.ff.de leg.1.
20 idem in peculio,& in hæreditate, ra-
21 tio autem fundamẽtalis eſt,quia eiuſ-
modi vniuerſitates augentur , & mi-
nuuntur l.peculium de leg.2.l.ſi cogna
tis de reb.dub Bart.ad l.vlt.in §.prim.
num. 2. de leg.2. non autem multipli-
22 cantur, eadem quoque ratione fieret,
vt ſi quis legaret fundum ſuum Titia-
num , & poſt factum legatum aliquid
ei, vel per teſtatorem adiungeretur,
vel per alluuionem accederet,ad eun-
dem legatarium pertineret l. quod in
rerum §. ſi quis poſt de leg.1. Bart. ad
22 l.ſi ita legatum num.4. eo enim modo
creſceret legatum , non multiplicare-
23 tur;cum ea pars,quę,ex teſtatoris de-
ſtinatione accedit, vt per alluuionem,
non perſonę,ſed rei accedat,& accre-
ſcat l.Titio ff. de vſufr.§.præterea,In-
ſtit.de rerum diuiſ. faciunt ea,quæ tra
didimus etiam nos ad Rub.C.quando
25 non pet.part. nu. 316. & num. 326. Si
vero quod relinquitur exprimitur per
terminum tranſcendentem,& indeter
minatum , Aut futurum eſt acceſſoriũ
ad præſens,vel præteritum, Aut æque
principale,Si acceſſorium tempus prę-
26 ſens , vel præteritum ad futurum tra-
hitur, Hinc fit, vt ſi quis leget quæ de
bitor debet,videatur legare etiam ea,
quæ poſtea debitor ratione vſurarum
incipit debere l. vltima §. pen. ff. de
27 liberat. legat. vſuræ enim ſunt acceſ-
ſoriæ ad debitum principale l.4. C. de
28 poſt. acceſſione autem non multiplica
29 tur., ſed augetur legatum. Si verò fu-
turum eſt æque principale,ac præſens,
vel præteritum,rurſus diſtinguendum
eſt,quia,Aut particula vniuerſalis,vel
indefinita, atq; indeterminata reſtrin-
gitur ab aliquo actu , Aut à potentia,
ſi ab actu,vt puta lego uxori meę quic
quid illi dedi,donaui,uſibusue eius cõ
paraui, tempus præteritum non trahi-
tur ad futurum, & ideo in ſpecie pro-
poſita uxori non debentur, quæ poſt
30 teſtamentum factum donata ſunt , &
ita intelligo l.uxori in §. 1.ff. de leg.3.
quicquid ibi dicat Bart.quod ideo pu-
tat in illa lege verbum præteriti tem-
poris non trahi ad futurum, quia illud
futurum ſit exorbitans , cum ſit dona-
31 tio inter virum,& vxorem,quæ eſt ꝓ-
hibita toto tit. de don. inter vir.& vx.
Sed re vera I.C.fundat ſe in verbis,nõ
fundat ſe in hac ratione, cum dicat
[Reſpondi,ſecundum verba,quæ pro-

pone-

Digitized by Google

ponerentur, nihil pro futuro tempore ſignificari]& ſecundum hos terminos
32 procedit etiam tex.in l.vltima in §.1. ff.de leg.2.quæ eſt eiuſdem I.C.Sceuolæ cuius eſt d.ll. vxori,& l.cum illud §. 1.ff.quando dies leg.ced. Si verò particula vniuerſalis, & indeterminata reſtringitur ab aliqua potentia, puta, quia dicatur lego Titio omnia quæ poſſum per legem legare,vel quicquid ipſe per legem capere poteſt, vel tantum quantum ipſe per legem capere poteſt, verba præteriti temporis tra-
34 huntur ad futurū,& ita intelligo l. ſi
35 ita quis ff.de leg. 2.actus enim ſemper refertur ad præſens, vel præteritum,
36 potentia autem futurum reſpicit. Vbi verò legatum, & relictum multiplicaretur,verba præſentis,vel præteriti tēporis ad futurum, in dubio, non tra-
37 huntur l. ſi ita legatum ff. de aur. & argent.legat. Vbi ſi lego veſtes, meas, aurum meum,argentum meum,vel ſeruos meos, non niſi illas veſtes, illud argentum, & aurum, & illos ſeruos intelligor legare,quos habeo tempore conditi teſtamenti,ratio autem vera,licet non animaduerſa à DD. eſt, quia nulla acceſſionis, vel incrementi ratione aurum illud, & argentum, ꝙ meum erat tempore conditi teſtamenti,poteſt ad ſe trahere, & comprehendere aliud aurum,& argentum poſtea acquiſitum,idem de veſte mea, & de ſeruis meis,dicendum eſt, ſi igitur illis in caſibus præſens tempus demonſtratum ab illo pronomine, meum,traheretur ad futurum, induceretur le-
39 gati multiplicatio, non augumentum,cum citra vniuerſitatis legatum, tot ſint legata, quot ſunt res legatæ l. 2.& l. grege, autem legato de legat. 2.

40 Quòd,ſi verba præſentis,vel præteriti temporis proferuntur ab homine inter viuos,Aut proferuntur in negocio, quòd habet neceſſariò tractum in futurum. Aut in negocio,quòd ſtatim recipit complementum, & perfectionem, & tractum in futurum non habet. Primo caſu, Aut futura non habent aliquam connexionem cum præſentibus, ita vt, ſi diſpoſitio comprehendat etiam futura, videatur potius multiplicari,quàm augeri,Aut futura ſunt omnino connexa, cum præſentibus, ſi nullam habent connexionem, præſens, nec ad futurum trahitur in his negocijs, quæ tractum habent in
41 futurum. Hinc facto generali compromiſſo de his rebus, & controuerſijs iudicare arbiter pōt,quæ ab initio fuerunt inter eos, qui compromiſerunt, nō de his quæ poſtea ſuperuenerunt l. de his ff. de arb. quia ſcilicet multitudo cauſarum non comprehēdatur ſub
42 aliquo ſpeciali nomine collectiuo,ita vt pro multitudine, & varietate cauſarum multiplex videatur compromiſſum,& multiplex arbitrium, & cō
43 ſequenter multiplex actio.Idem puto dicendum in mandato, quantumuis generali ad omnes, & ſingulas cauſas contra quaſcunque perſonas,& coram quibuſcunq; Iudicibus,vt ſcilicet non intelligatur factum,niſi ad cauſas præſentes,iuxta Glo. in l.damni infecti in §. ſi is, qui vnas ff. de damn.infect. in verbo augeri & in l. omnium ff. de procur. in verbo non dantur, ſentit Guido Pap.ſingular.749. & licet con-
44 trarium teneat Rebuff. ad l. verbum oportebit ff.de verb.ſignif col.3.verſ. Quinto quando in fin.& Varal. deciſ. 393.parte 2.quàm opinionem communem dicit Alex. addens ad Bart. in d. §. ſi is qui vnas, num. 2. arbitror tamen falſam eſſe, niſi intelligatur de cauſis futuris connexis, vel dependentibus, iuxta declarationem Bart. ad d.§. ſi is qui vnas numero 2. verſiculo. Sed credo. nam mandatum quoque generale videtur multiplex, pro cauſarum non connexarum, & non dependentium varietate,& multitudine, pro quibus ſingulis ſeparata de-
45 bet reddi ratio, Hinc etiam reſcriptum ad lites ad futuras, non porrigi-

tur

Mr, cap. vltimo de reſcriptis Iaſ. ad l.
ſi ſtipulatus fuerim in §. cum ſtipula-
mur numero 9. verſiculo Item reſcri-
pta ff. de verborum oblig. Alcia. ad d.
46 l. verbum erit de verborum ſignific.
numero 5. Hinc litteræ ad beneficia,
nõ trahuntur ad beneficia poſtea crea
ta, Iaſ. & Alcia. in præallegatis locis,
per Clem. vltim. de reſcriptis, quam-
47 quam mirum non eſt litteris, de qui-
bus in d Clementina vltima, non por-
rigi ad beneficium poſtea creatum,
quia erant, pro beneficio vacaturo,
48 Beneficium autem de nouo creatum
non poteſt propriè dici vacans ; vel
49 uacatum, cum priuatio præſuponat
habitum l. manumiſſiones ff. de Iuſt.
50 & Iur. Hinc ſi priuilegia unius Gym
naſij alteri concedantur, intelligun-
tur conceſſa ſolum præſentia, non fu-
tura, ut per Guiliel. de Cun ad l.
omnia priuilegia C. de Epiſc. & Cle-
ric. uerſiculo quid dicendum ſub nu-
mero 1. etiam ſi facta ſit conceſſio
per ſignum uniuerſale, ex his quæ
tradit Bald. ad d. l. omnia numero 5.
& ad l. 1. ff. de legat. primo. Paris nu-
mero 5. & Socin. Iunior numero 11.
quos ibi ſecutus ſum, licet commu-
51 nis opinio in d. l. 1. ſit in contrarium,
ratio autem cur recedimus a commu-
ni, eſt, quia uerba præteriti, uel præ-
ſentis temporis ab homine prolata,
numquam trahuntur ad futura, ubi in
ducitur diſpoſitionis, & actus multi-
plicatio, ſi rectè iura perpendantur,
Hoc autem in caſu non ſolum ſunt
uerba præſentis temporis, quatenus
dictum ſit concedo, uel concedimus,
52 ſed adiectus eſt etiam genitiuus poſ-
ſeſſiuus, priuilegia talis Gymnaſij,
qui denotat ſtatum præſentem, quem-
admodum pronomen, meum, in d. l.
ſi ita legatum de auro, & arg. leg. & ſi
conceſſio trahatur ad futura, priuile-
53 gia multiplicantur contra omnem iu-
ris rationem, cum magis abhorreant
iura a multiplicatione priuilegiorum,
quàm aliorum actuum l. quod uerò
contra, & l. ius ſingulare ff. de leg.
cap. ſanè extra de priuil. Gloſ. in l. a
diuo Pio in princ. ff. de re. iud. præ-
54 terea diſpoſitio, quamtumuis gene-
ralis, non eſt trahenda ad incognita,
& non exiſtentia l. ſi de certa re. C.
de tranſact. l. tres fratres ff. de pact.
l. cum Aquilianam ff. de tranſact. Aut
55 futura habent dependentiam. & con
nexionem cum præſentibus, ita ut ſi
negocium habens tractum in futurum
etiam ad futura trahatur, actus, & di-
ſpoſitio non multiplicetur, ſed potius
augeatur, & tunc tempus præſens ad
futurum trahitur, cum oratio ſit gene
56 ralis, & ambigua. Hinc, ſi cautũ ſit, ne
luminibus officiatur, etiam ad lumina
in futurum, oratio, & cautio refertur
d. l. ſi ſeruitus, in ſecundo Reſponſo ff.
de ſeruit. vrb. præd. lumina enim futu
57 ra ſunt connexa cum præſentibus
58 eiuſdem domus. Hinc etiam ſocietas
omnium bonorum ad futura etiam
trahitur l. 3. § ultimo, ff. pro ſoc. Hinc
ſi duæ Ciuitates fecerint pacem pœna
59 uallatam pro ſe, & ſuis ſubditis, dictæ
pax comprehendit etiam uillam, quæ,
poſt initam pacem, alteri ex dictis Ci
uitatibus cæpit eſſe ſubiecta, ut ex Io.
Andr. & alijs docet Alex. conſilio.
178. numero 14. lib. 2. Hinc ſi conuen-
60 tio fiat inter duos Dominos, uel Prin
cipes, ut unus non recipiat exules al-
terius, extendetur etiam ad eos, qui
exules erunt in futurum, ut per An-
gel. conſilio, 261. quod incipit pun-
ctus numero 4. in fi. tradit Iaſ. ad. l. ſi
ſtipulatus fuerim. §. 1 ff. de uerborum
obligat. numero. 5 & Petrus Rebuf-
fus ad dictam legẽ uerbum opporte-
bit columna 3. in fine uerſiculo octa-
61 uo limitatur, idque puto uerum, non
quia, ſi eiuſmodi conuentio non traha
tur ad futuros exules, cum ſit recipro
ca, non affert plus damni, quàm com-
modi, ut dicunt præallegati Do-
ctores, & præſertim Iaſon in dicto
§. cum ſtipulamur numero quinto
ſed quia hoc negocium neceſſarium
habet

Digitized by Google

habet tractum in futurum, futura ſunt
connexa cum petentibus, & ſcriptura
62 vel oratio eſt ambigua d. l. ſi ſeruitus,
& propterea etiam quando conuen-
tio non eſſet reciproca, & vnus tan-
tum Princeps alteri promiſiſſet illius
exules non recipere, ſentio conuentio
nem trahendam eſſe ad futuros exu-
les, quicquid dicat Angelus, qui, con-
trarium reſpondit, & quem alij ſequũ
tur in d. conſ. 261. a cuius tamen ſen-
tentia recedit etiam Alcia. ad d. l. ver-
bum erit de verb. ſignif. nu. 9. in fine,
dicens ſententiam hanc frequentius
receptam videri, & adducit Io. Andr.
in Addit. ad Spec. in Rub. de Tregua,
& pace, & Iaſ. ad l. ſi ſtipulatus fue-
rim in §. cum ſtipulamur de verborum
oblig ſed, re vera, Io. Andr. in d. loco
numero 1. & Iaſ. in d. § cum ſtipula-
mur nu. 5. non diſſentiunt ab Ange-
lo, puto tamen verius eſſe, vt hæc il-
latio procedat etiam vbi ab vna tantũ
63 parte ſit promiſſum, quia eadem ratio
ambiguitatis, connexionis, & tractus
in futurum viget etiam in conuentio-
ne non reciproca, debet ergo fieri ea-
dem iuris diſpoſitio l. illud ff. ad legem
Aquil. quemadmodum in d. l. ſi ſerui-
tus, ſimplex, & non reciproca cautio,
ne lumininus officiatur, etiam ad futu
64 ra lumina, trahitur. Hinc fit, vt ſi Ab-
bas, & conuentus habeant priuilegiũ,
vt poſſint admittere familiares ſuos
ad Diuina, etiam familiares poſt priui
legium recepti, eodem priuilegio com
prehendantur, vt ex Io. Andr ad c. qui
ſentit de reg. iur. lib 6 in mercuriali-
bus, tradit Alex. conſ. 178. in occur-
renti caſu, nu. 11. & Iaſ. ad l ſi ſtipula-
tus fuerim in §. cum ſtipulamur ff. de
65 verb. oblig. num. 5. verſiculo quinto
ſinglariter. Hinc etiam fit, vt is, cui
conceditur, vt auctoritate Apo-
ſtolica poſſit vni perſonæ idoneæ in
ſua, vel alia Eccleſia prouidere, licet
aliquis beneficium habeat tempore
quo ſcribitur, ſi tamen poſtea reſignet,
& nullum beneficium habeat tempo-
re vacationis, illi prouideri poterit, &
idoneus cenſebitur c. is cui & c. ei cui
de præbend. lib. 6. Tradit Rebuff. ad d.
l. verbum opportebit col. 4. verſ. Non
66 reſtringitur, veram tamen rationem,
ob quàm in his caſibus diſpoſitio præ-
ſens ad futurum trahatur, non eſt aſſe-
cutus Rebuff. qui magis laborioſus,
quàm ſubtilis particulares caſus enu-
merat, non vniuerſalem Theoriam ex
67 principijs vniuerſalibus deducit. Hinc
etiam fit, vt, qui obligat res ad ſe per-
tinentes, comprehendat etiam quæſi-
tas poſt obligationem l. vltima C. quæ
68 res pign. oblig. poſſint. Hypoteca .n.
habet tractũ in futurum, donec princi-
69 pali debito ſatisfiat, & ſemper eſt uni
ca Hypoteca, & pro eadem quantita-
te, & futura bona fiunt portio, uel ac-
70 ceſſio præſentium unitate patrimonij
Et hæc eſt ratio, ob quàm in d. l. ulti-
ma, uerba præſentis temporis in futu-
rum trahantur, non ratio Bald. in l. ſi
Seruitus de ſeru. urb. præd. in prima
oppo. quia, ſcilicet ad futuram ſeruitu
tem pignus acciperetur, nec ratio mo-
dici præiudicij, quàm conſiderat Bart.
in d. l. ſi ita legatum nu. 3. & ſequitur
Rebuff. in d. l. uerbum opportebit col.
3. uerſic. quinto quando. Hanc autem
71 rationem a me excogitatam, tractus
in futurum, poſtea reperij ſub odora-
tam ab emunctæ naris Iuriſconſulto
Andrea Alciato in d. l. uerbum oppor
tebit de uerb. ſignif. in uerbo præſens
nu. 4. & 5. Hinc ſentio cum Iaſone in
in d. §. cum ſtipulamur nu. 9. uerſic. itē
renuncians, renuntiantem ferijs, re-
nuntiare etiam futuris, cum feriæ fu-
turæ ſint connexæ cum præſentibus
ratione eiuſdem cauſæ, & einſmodi re
74 nuntiatio habeat tractum in futurum,
licet Bart. in l. 1. §. 1. nu. 3. ff. de ferijs
75 & alij cõtrarium ſentiant. Hinc etiã
ſi concedo tibi fundum ea lege, ut ibi
ædifices dom um, in qua promittis me
recipere cum familia mea, ſi mihi fami
lia iuſtè augeatur, nihilhominus eam
recipere debebis, ut ex Imola ad l. dã-
ni infecti in §. ſi is qui unas nu. 9. uerſ;
ſed ſi eſſet Tradit Alex. d. conſ 178.
num. 26

Digitized by Google

nu.26. lib.2.& ſequitur Alciat.ad d.l.
76 uerbum erit nu.6. Hinc etiam,omiſſis
alijs,de quibus latè per Alex.in d.cóſ.
178. per Iaſ. in d. §. cum ſtipulamur,
& per Alcia. in d.l.uerbum erit,priui-
legium exemptionis ſuper decimis,
uel collectis non ſoluendis,porrigitur
etiam ad prædia quæſita poſt conceſ-
ſionem immunitatis, ut per Imol.in d.
l.damni infecti §. ſi is qui ff. de damn.
infect. quem refert, & ſequitur Alex.
in d.conſ.178. num. 15. eſt tex. in cap.
quia circa extra de priuil.tradit Iacob.
de Arena ad d. l. damni infecti in §. ſi
is qui nu.3.Si uero uerba præteriti,uel
præſentis temporis proferuntur in ne
gocio inter uiuos, quod ſtatim perfe-
ctionem recipiat, & complementum,
quodque tractum in futurum non ha-
beat,uerba præſentis tẽporis,uel prę-
teriti ad futurũ non trahuntur. Hinc
77 bonorum publicatio ad futura bona,
78 non trahitur l. ſi mandauero tibi §. is
cuius bona ff.mandati, tradit latè Iaſ.
in d. l. ſi ſtipulatus fuerim §. cum ſti-
pulamur numero 6.Hinc cum ſtipula-
79 mur quicquid ſe dare, facere oppor-
tet,id ꝙ præſenti die dũtaxat debetur
ĩ ſtipulationẽ deducitur l.ſi ſtipulatus
fuerim §.cum ſtipulamur ff. de uerb.
80 obligat. l. ſi à Colono eod.tit. idem
ſtatuitur in uenditione,nam ſi quis e-
mat lacum, & circa eum lacum pedes
decem,eatenus lacum emiſſe cenſetur
quatenus tunc fuit, & circa eum decẽ
pedes, qui tunc fuerunt, Quamobrem
ſi lacus emptus poſtea creuerit,quem-
admodum annis proximis accidit lo-
co noſtro Traſſimeno,non ideo ob eã
rem,quòd lacus poſtea creuerit,latius
emptor poſſidere debet,quàm emerit
vt dicit I.C.in l.Rutilia Polla.ff. de cõ
tract. empt. Idem ſtatuendum eſt etiã
in cęteris contractibus, & negotijs,
quæ tractum temporis in futurum nõ
habent,& hęc ni fallor,longè facilior,
& tutior eſt diſtinctio in hac materia,
quàm excogitata a Bart.ad d.l.ſi ita le-
gatum eſſet ff de auro,& argento lega
to nu. 2. cum ſeqq.

Sed conſtituendæ ſunt in hac quoq; materia ſigillatim concluſiones cum ſuis opportunis limitationibus.

81 Prima igitur ſit concluſio.uerba prę ſentis, uel præteriti temporis,à lege prolata, ad futurum trahuntur l.unica de condi. ex lege.

82 Limitatur primo, ſi ſint coarctata aduerbijs præſentis,vel præteriti tem poris l. ſi ſeruitus in princip.ff.de ſeru. vrb. præd.

83 Limitatur ſecundo, in lege indulgẽ tẽ, & permittente l.cum lex. ff. de legibus Rebuff.ad l.uerbum opportebit ff. de uerb. ſignif. col.2.uerſ.quòd non ſeruatur.

84 Secunda.verba præſentis, vel præteriti temporis ab homine in vltima uoluntate prolata,ad futurum non tra hũtur l.ſi ita legatũ ff. de aur.&arg.leg.

85 Limitatur primo, ubi de contraria conſtaret uoluntate loquentis d.l. ſi ita legatum & l. uxori §. 1. ff.de leg.3. & l.ultima C.quæ res pign.oblig poſſ.

86 Limitatur ſecundo, vt non procedat ubi teſtator per uerba præſentis uel præteriti temporis declaret diſpo ſitiones ſuas,nam tunc refertur decla ratio etiam ad futuras diſpoſitiones l.talis ſcriprura in princ. iuncto §. vlt. & ſeq. ff. de leg. 1.

87 Limitatur tertio,vt procedat quando uerba diſpoſitionis præſentis, vel pręteriti temporis, ſi traherentur ad futurum,diſpoſitio multiplicaretur,ſe cus ſi tantum augeretur l. ſi ita quis ff. de leg. 2.

88 Limitatur quarto, ut nec procedat ſi res relicta per certum nomen,ita augeatur, vt ex parte fiat totum integra le l. filij §. ſi areę ff. de leg. 1.

89 Limitatur quinto, vt nec procedat vbi quod relinquitur expreſſum ſit per nomen tranſcendens,& indeterminatum, ſi quòd in futurum accedit non eſt æquè principale, ſed acceſſorium l. vltima §. penult. ff. de lib. leg.

90 Limitatur ſexto, vt nec procedat quando qđ in futurũ accedit eſt æquè principale, ſi terminus tranſcendens,

& vni-

Digitized by Google

& vniuerſalis non ſit reſtrictus ab actu aliquo, vt in d.l.vxori §.1. de legatis 3. Sed a potentia, vt in l. ſi ita quis ff de leg.2.potentia enim futurum reſpicit.

91 Tertia,& vltima concluſio eſt. verba præſentis, vel præteriti temporis, ab homine inter viuos prolata, ad futurum non trahuntur l. ſi mandauero tibi §. is cuius bona ff.mand.l. ſi ſtipulatus fuerim §.cum ſtipulamur vbi latè Iaſon. & l. ſi a Colono ff. de verb. obligat.

92 Limitatur primo, vt procedat in negocijs inter viuos, quæ ſtatim perfectionem recipiunt,& complementum ſecus in ijs, quæ habent tractum in futurum l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrb. præd.

93 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi futura connexionem habeant, vel dependentiam cum præſentibus d. l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrba. præd. ita vt actus augeatur non multiplicetur, nam tunc quoq; ad futurum trahuntur, ſecus autem ſi nullam habeant connexionem,& inducatur diſpoſitionis multiplicatio l. de his ff. de arb. cum alijs adductis in corpore diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo verba præteriti temporis præſens contineant.

SVMMARIVM.

1 *Verba preteriti temporis propriè ad præſens non referuntur, ſed; ex communi vſu loquendi, vel per legis interpretationem & nu 6.*

2 *Verbum præteriti temporis, proprietate inſpecta, excludit præſens.*

3 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

4 *Fuiſſe, & vixiſſe dicitur qui amplius non eſt.*

5 *Meretrix, quæ dicitur fuiſſe, intelligitur vt amplius non ſit.*

6 *Verba præteriti temporis, relata ad aliquod eſſentiale, & inſeparabile, continent etiam præſens, per neceſſariam interpretationem.*

7 *Maior qui fuit, de neceſſitate etiam hodie eſt maior.*

8 *Hæres qui ſemel fuit, ſemper neceſſariò eſt hæres.*

9 *Verba præteriti temporis ad accidentalia, & contingentia relata, præſens neceſſariò non continent.*

10 *Mulier quæ fuit meretrix non eſt neceſſarium, vt in præſentia ſit meretrix.*

11 *Verba præteriti temporis, relata ad actum momentaneum, & tranſeuntem, nec per probabilem interpretationem præſens continent.*

12 *Agere hominis ſecundum naturam, nō poteſt eſſe continuum.*

13 *Verba præteriti temporis, relata ad ſucceſſiuam, & immanentem qualitatem vel actum, trahuntur per interpretationem præſumptiuam etiam ad præſens.*

14 *Malus ſemel, præſumitur ſemper malus, in eodem genere mali.*

15 *Excomunicatus qui fuit, nunc quoque preſumitur excomunicatus*

16 *Bonus, qui fuit nunc quoque preſumitur bonus.*

17 *Virginitas, quæ fuit quandoque in muliere, præſumitur etiam de præſenti, niſi contrarium probetur.*

18 *Virginitas eſt qualitas naturalis, & immanens.*

19 *Iniuriam qui remiſſit, præſumitur nunc remittere.*

20 *Morbo aliquo, naturaliter durabili qui laborauit, præſumitur laborare.*

21 *Repulſus ab electione, tamquam inhabilis propter infirmitatem, ſi tractu temporis ad aliam Eccleſiam eligatur, præſumitur adhuc infirmus, niſi probetur conualeſcentia.*

22 *Furioſus qui fuit per aliquod tempus continuatum, ſine dilucido interuallo, hodie quoque præſumitur furioſus.*

23 *Aedificium conſtructum, extare etiam in præſenti præſumitur, cum illius deſtructio ſit facti.*

24 Facta

Digitized by Google

24 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

25 *Præſumptio continuatiua, cuius virtute præſumitur ex præterito in pręſens, habet locum in eſſe prędicamentis.*

26 *Diues qui fuit, pręſumitur diues.*

27 *Poſſeſſor qui fuit, præſumitur poſſeſſor.*

Mutatio in his, quę naturaliter non mutantur cùm facti ſit, non præſumitur.

28 *Diſpoſitum in præterito in pœnalibus, et odioſis ſpiritualibus, habet locum etiã in præſenti, & non ſolùm in actu completo, ſed etiam in inchoato, qui ad præſens refertur.*

30 *Excomunicans aliquos, ſi certam perſonam elegerint ſtatim atq; incipiunt eligere, eos excommunicare intelligitur.*

31 *Electio per eos facta, qui excomunicati ſunt, ſi eligant, non valet, vt potè facta ab excomunicatis.*

32 *Excomunicati non poſſunt eligere.*

33 *Excomunicatio facientium actum aliquem, cenſetur præuenire illius actus perfectionem.*

34 *Gladius Domini penetrabilior eſt gladio ancipiti.*

35 *Excomunicatus, ſi appellauerit, ſtatim atq; incipit appellationem legere excocomunicatus eſt.*

36 *Appellatio interpoſita a ſcomunicato, ſi appellet non poteſt excomunicationem, quę illius complementum, præceſſit ſuſpendere, trahit enim executionem, quę per appellationem ſubſecutam non tollitur.*

37 *Diſpoſitio in pręterito in pœnis temporalibus, concurrente eadem, vel maiore ratione, habet locum etiam in pręſenti, quod refertur ad actum inchoactum,.*

38 *Pœna de albo corrupto, habet locũ etiam in corrumpente dum edictum proponitur, cum maior ſit temeritas, & contemptus.*

39 *Diſpoſitio per verba de pręſenti non habet locum in pœnis tẽporalibus de præſenti, & non trahitur ad actum inchoactum, vbi ſit diuerſa, vel minor ratio.*

40 *Pęna ei impoſita, qui exportauit Bladum extra Ciuitatem, locum non habet in eo, qui, dum exportat, in itinere depręhenditur.*

41 *Statuto, ſi cautum ſit, vt Pręter ſi propoſitam fecit contra publicam vtilitatem, ipſo iure ſit priuatus officio, non intelligitur priuatus, niſi poſtquàm propoſitam perfecerit.*

43 *Diſpoſitio per verba pręteriti temporis, in fauorabilibus, trahitur etiam ad præſens, & ad actum inchoatum, ſi eo modo augeatur fauor.*

43 *Fauores ampliandi, odia reſtringenda.*

44 *Dies captus in fauorabilibus habetur pro completo.*

45 *Verba præteriti temporis regulariter ad pręſens non trahuntur.*

46 *Limitatur primò, vt non procedat per interpretationem, ſed tantùm proprietate inſpecta.*

47 *Limitatur ſecundò, vt nec per interpręstationem procedat in materia neceſſaria.*

48 *Limitatur tertio, vt nec procedat per interpretationem probabilem in actu ſucceſſiuo, & permanente.*

49 *Limitatur quarto, vt nec procedat quo ad actum permanentem pręſumptiua interpręstatione inſpecta.*

50 *Limitatur quinto etiam in interpretatione diſpoſitiua in pœnalibus, & odioſis ſpiritualibus.*

51 *Limitatur ſexto etiam in pœnis temporalibus, vbi eadem, vel maior ratio, ſit in actu pręſenti & inchoato, quàm in præterito, & iam perfecto.*

DISTINCTIO XIIII.

NVlli dubium eſt, verba quoq; præteriti temporis proprietate ſermonis inſpecta, non referri ad tempus præſens, ſed vel ex cõmuni vſu loquendi, vel per interpretationem iuris, vt probatur in libro ſi quis

id quod ff. de iuriſdict. omnium Iudicum, in §. ſerui quoq; verſ. quòd ſi dũ proponitur, vbi Bart. not. nu. 4. & Caſtren. nu. 5. Alex. nu. 2. & Iaſ. num. 25.
2 quin immo, ſecundum verborum pro
3 prietatem, præteritum tempus exclu-
dit præſens, iuxta Regulam l. cum prç
4 tor de Iud. Hinc de eo qui amplius nõ
5 viuit, vixiſſe dicimus, & fuimus Troes fuit Ilion, Hinc ſi dicimus, fuit meretrix, ſignificamus amplius non eſſe; q enim fuit, non eſt d. l. ſi quis id quod tradit Rebuff. ad l. verbum oportebit col. 4. verſ. præteritum etiam ff. de verb. ſignif. Sed, vt in hac quoq; difficultate leuiter ab interpretibus tacta, niſi certam, & indubitatam, probabilem ſaltem aliquam conſtituamus, de more, doctrinam, & Theoriam, altius repetendo materiam, quatenus dubitari poteſt, an, & quando, & quomodo præteriti temporis verba præſens quoque tempus contineant, vel ad illud trahantur, ſic diſtinguimus. Aut dubitamus, numquid verba præteriti temporis contineant præſens ſecundu ſermonis proprietatem, Aut per inter
6 pretationem. Primo caſu concludendum eſt negatiuè per tex. in l. ſi quis id quòd ff. de iuriſdict. omnium Iudicũ, in verſ. quòd ſi dum proponitur, vbi DD. communiter & in primis Bart. & Caſtr. vterq; nu. 5. Alex. nu. 2. & Iaſ. num. 25. Secundo autem caſu rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut dubitamus, numquid verba præteriti temporis referantur etiam ad præſens per interpretationem neceſſariam, Aut per interpretationem probabilem, Si de interpretatione neceſſaria, eſt quçſtio, Aut temporis præteriti verba referuntur ad aliquod eſſentiale, & inſeparabile, & ſic ad materiam neceſſariam, Aut ad aliquod contingens, Si ad inſeparabile, & eſſentiale, præteritũ ſine dubio, continet præſens ex ne-
7 ceſſaria interpretatione, Hinc qui fuit maior, vt et in pſenti ſit maior neceſſe eſt, nec qui fuit rationale, aut riſibile, põt nũc riſibile, & rationale nõ eſſe, ex his quæ tradit Bart. ad l. ſi pluribus de leg. 2. nu. 6. & Bald. ad l. ex perſona.
8 C. de probat. & qui ſemel fuit hæres ſemper ſit neceſſe eſt l. ei qui ſoluendo ff. de hæred. inſtit. l. ex facto §. vltimo
9 ff. de vulg. & pupill. Si ad contingens nequaquam, vt patet ad ſenſum, & faciunt tradita per Bart. in d. l. ſi pluribus nu. 6. & per Bald. in d. l. ex perſona nu. 2. cõtingens .n. põt adeſſe, & a-
10 beſſe. Hinc mulier, quæ fuit meretrix, non eſt neceſſe vt ſit meritrix, iuxta tradita per Rebuff. in d. l. verbum oportebit col. 4. verſ. præteritum in fi.
11 Quòd ſi in controuerſia ſit, an verba præteriti temporis ad præſens trahantur per interpretationem probabilem rurſus eſt diſtinguendum, Aut enim verba præteriti temporis referuntur ad qualitatem, vel actum transeuntem & momentaneum, Aut ad ſucceſſiuũ, & immanentem, Si ad momentaneũ, & tranſeuntem, qui redigitur ad prædicamentum agere, non trahuntur ad prçſens non rectè igitur interpretaremur, quia Titius fuit ebrius, nunc ebrium eſſe, vel, quia quis verberauit Titium, nunc verberare, aut quia quis fuit in iudicio, nunc eſſe, nam vt dicit Bald. in d. l. ex perſona C. de probat. nu. 5. verſ. in agere verò qui procurauit quandoq; vel litigauit, vel geſſit, vel aliquid aliud egit, non ideo hodie probabiliter idem facit, ratio autẽ eſt,
12 quia, ſecundum naturam, vt inquit Bald. agere hominis non poteſt eſſe continuum l. ſeruitutes la. 4. in princ. ff. de ſeruit. l. foramen. ff. de ſeruitu. vrb. præd. Si ad ſucceſſiuam, & immanentem qualitatem, vel actum, Aut
13 dubitamus, an verba prçteriti temporis trahantur ad præſens per Interpretationem prçſumptiuam, Aut diſpoſitiuam, Si per præſumptiuam conclu
14 dendum eſt affirmatiue. Hinc ſemel malus ſemper prçſumitur malus, in eodem genere mali l. Caſſius. ff. de ſenat. l. ſi cui §. 1. vbi Bart. nu. 7. ff. de accuſ. Oſaſc. Deciſ. 88. nu. 27. & qui fuit ex-
15 communicatus, nunc præſumitur excomuni-

Digitized by Google

comunicatus Alciat.de præſump.in 3.
parte Reg. 2. præſ.6.cum alijs adduct.
26 per D. Menoch.lib.5.præſump.70.nu.
1.&, qui fuit bonus, etiam nunc eſſe
bonus præſumitur c. mandata de præ-
ſumpt. Alciat.in d.reg.2. præſumpt. 8.
27 Hinc etiam virginitas, quæ fuit quan-
doq; in muliere,præſumitur etiam de
præſenti, niſi contrarium probetur,cũ
28 ſit qualitas naturalis, & immanens,
vt ex pluribus tradit D. Menoch.lib.
6. præſumpt. præſumpt. 89. nu.1.& 2.
29 & qui remiſſit iniuriam præſumitur
nunc remittere §.vlt.vbi Glo.in uerb.
reuocauerit, in verſ. Sed contradico,
Inſtit de iniur. & eſt tex. in l. qui res
§. aream verſ perpetuum ff. de ſolut.
& liberat. Tradit Alcia.de præſumpt.
reg.3.præſump.26.nu.1 Hinc qui olim
egritudine aliqua naturaliter durabili
20 laborauit, etiam hodie prçſumitur
morboſus, gloſ. & DD. ad c. cum in-
ter canonicos de elect. quamobrem,
21 ſi quis repulſus fuerit ab electione,
tamquam inhabilis propter infirmita-
tem,ſi extractu temporis ad aliam Ec-
cleſiam eligatur,præſumitur adhuc eo
dem morbo laborare,niſi probet con-
ualeſcentiam. Alcia.de præſump.in 3.
22 parte reg. 2. præſump.19. Hinc etiam
qui olim fuit furioſus per aliquod tem
pus continuatum, ſine dilucido inter-
uallo, hodie quoq; prçſumitur furio-
ſus c.vltimo vbi glo.& Abbas de ſucc.
ab inteſt. glo. in can. iudicas 3. quæſt.
8. Alex.conſ.141.nu.4.lib.1.cum alijs
ibi adductis per addentem, & conſil.
247. nu.7.lib.7.cum alijs adductis per
Alcia.in d.reg. 2 prçſumpt. 18. & per
23 D. Menoch. lib.6. præſumpt. 45.nu.
19.& ædificium quandoq; conſtructũ,
extare etiam in præſenti præſumitur,
24 cum illius deſtructio ſit facti, & facta
non præſumantur, niſi probentur l. in
bello § facta ff de capt. & poſtlim. re-
uerſ. faciunt tradita per Rebuff.ad d.l.
verbum oportebit col.4.verſiculo præ
25 teritum etiam.huius autem præſum-
ptionis continuatiuæ, cuius virtute
prçſumitur ex præterito in prçſens,p-

pemodum innumera affert exempla
Bald. omnino videndus in d.l. ex per-
ſona nu.2. cum ſeqq. verſ. Alia ratio-
ne, quibus demonſtrat præſumptionẽ
hanc octo in prçdicamentis locum ha
bere,& de hac prçſumptione agit etiã
Alciat. de præſumpt. in 3.parte reg.2.
præſumpt. 25. nec non D. Menoch.de
præſumpt.pluribus in locis,& præſer-
26 tim lib. 6. præſump. 25. vbi qui fuit
quandoq; diues, talis præſumitur,qua
27 lis fuit, & præſump. 64. vbi,qui olim
28 poſſidebat,etiam hodie poſſidere prç
ſumitur, mutatio enim in his, quç na-
turaliter non mutantur, cum facti ſit,
non præſumitur. latiſſime etiam agit
de hac præſumptione, Nicol. Euer. in
ſuis centum locis arg.in loco a tempo
re ad tempus,nu.4.cum pluribus ſeqq.
vbi ipſe quoq; conſiderat varia prædi-
29 camenta;Si verò dubitamus,an, per in
terpretationem diſpoſitiuam, ruſus
diſtinguendum eſt, Aut enim verſa-
mur in pœnalibus,& odioſis, Aut in
fauorabilibus,Si in pœnalibus,&odio
ſis,Aut in pœnalibus pœna ſpirituali
excomunicationis, Aut in pœnalibus
pœna temporali,Si in ſpirituali,diſpoſi
tum in præterito habet locum etiam
in præſenti, & ſic, non ſolùm in
actu cõpleto, qui ſignificatur propriè
per tempus præteritum, ſed etiam in
incoato,qui ad præſens tempus refer-
30 tur.Hinc dicebat Innocentius in cap.
præterea de appella. quem refert Ca-
ſtrenſ.in d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ-
dit. omnium iudicum nu. 7. ſi Epiſco-
pus excomunicet aliquos,ſi certã per-
ſonam elegerint,ſtatim atq; incipiunt,
& ſe præparant ad eligendum, exco-
municatos eſſe,& propterea, electio-
31 nem ſubſecutam non valere, vt potè,
quæ facta ſit ab excomunicatis,qui,nõ
32 poſſunt eligere, & ſic excommunicatio
33 cenſetur præuenire perfectionẽ actus,
34 quia gladius Domini penetrabilior
eſt gladio ancipiti; eodem quoque mo
35 do,vbi excomunicetur aliquis, ſi ap-
pellauerit,ſtatim atq; ĩcipit appellatio
nẽ legere,excomunicatus eſt,& prop-

G 2 terea

Digitized by Google

ptereа appellatio illa poſtea completa
non poteſt excomunicationem, quæ
præceſſit appellationis complementũ
ſuſpendere, trahit enim ſecum execu-
tionem, quæ per appellationem ſubſe-
cutam non tollitur glo. in l. ſi quis filio
exhæredato §. irritum in verb. paſſus
eſt vbi etiam Bald. ff. de iniuſt. rupr. &
irrit, fact testa. gloſ. eſt etiam in ca. pa
ſtoralis extra de appel. in cap. ad re-
primendum de offic. ordin. in can. in
ſumma 8. q. 4. & in cap. is cui in §. filij
de ſentent. excom. lib. 6. & in l. furti §.
1. ff. de his qui not. infam. Ita ex Inno
centio tradunt ad d. l. ſi quis id quod
ff. iuriſd. omnium Iud. Caſt. num 7. &
37 Iaſ. nu. 26 verſ. limita notabile; Si ve
rò in pœna temporali, Aut eſt eadem
ratio, vel maior in pręſente, & inchoa
to, quã in præterito, & perfecto, Aut
diuerſa, vel minor, ſi eadem, vel maior
diſpoſitio facta per verba præteriti tẽ
poris, quæ referuntur ad actum perfe-
ctum, habet locum etiam in præſenti,
38 qui refertur ad actum inchoatum.
Hinc pœna de albo corrupto impoſi-
ta corrumpenti album in quo aliquid
iuriſdictionis perpetuę cauſa propoſi-
tum erit, habet locum etiam in eo, qui
corruperit, dùm proponeretur, cùm
maior ſit temeritas, & contemptus, d.
l. ſi quis id quod. ff. Iuriſ. omnium Iud.
39 vbi Caſt. num. 5. ſi diuerſa, vel minor
præteritum, quod habet relationem
ad actum perfectum, non trahitur ad
40 pręſens, & inchoatum, Hinc ſi ſtatuto
caueatur, vt quicunq; portauerit bla-
dum extra Ciuitatem (vt noſtrates lo
quuntur) certa pœna puniatur, & quis
captus fuerit in itinere, dùm aſporta-
ret, non eſſe d. ſtatuti pœna puniendũ,
ex quo ſtatutum vtitur verbis præteri
ti temporis, & minor ratio eſt in eo,
qui inuenitur in itinere, cum poſſet
impediri, quo minus aportaret Bald.
ad l. ſi quis non dicam rapere c. de E-
piſcop. & Clericis, & ad l. fugitiui. C.
de ſeruis fugit. nu. 4. ſequitur Iaſ. qui
alios adducit ad d. l. ſi quis id quod
41 nu. 25. in fin. Hinc etiam ſi ſtatuto cau-
tum ſit, vt ſi prætor fecerit aliquã pro
poſitam, vt aiunt in conſilio generali,
quæ ſit contra publicam vtilitatem, ip
ſo iure ſit priuatus officio, & alio ſta-
tuto caueatur, non valere reformatio-
nem factam per conſilium, niſi præceſ-
ſerit propoſita facta per Prætorem, &
Prætor facit propoſitam contra publi-
cam vtilitatem, & ſuper ea ſecuta ſit
reformatio, valet, quia Prætor nõ fuit
priuatus officio, niſi poſtquam perfe-
cit ipſam propoſitam, cum ſtatutum lo
quatur per verbum ptæteriti tempo-
ris, vt poſt Iac. Butr. Bar. & Angel. tra
dunt D.D. communiter in d. l. ſi quis
id quid & pręſertim Caſtr. nu. 6. Ale.
plures adducens nu. 3. Iaſ. num. 25. &
42 alij. Si verò verſamur in fauorabili-
bus, ita vt augeatur fauor, ſi diſpoſitio
facta per verba præteriti temporis ha
beat locum etiam in actu inchoato, pu
to diſpoſitionem factam per verba prę
teriti temporis, habere locum etiam
in actu inchoato, quia fauores ſunt am
43 pliandi, odia reſtringenda, l. cum qui-
dam ff. de lib. & poſthum. c. odia de
44 reg. iur. lib. 6. Hinc in vſucapione,
quæ fauorabilis eſt dies cepta habe-
tur pro completa gloſ. eſt. in princip.
Inſtit. de vſucap. in verbo per trien-
nium, vbi Doctores, & ſic quod diſ-
ponitur de die præterito habet lo-
cum etiam in die præſenti nondum fi-
nito.

45 Regula tamen ponenda eſt in hoc
quoque articulo negatiua videlicet,
verba præteriti temporis ad præſens
non trahuntur l. ſi quis id quod ff. de
iuriſdict. omnium Iud. l. ſeruitis 4. in
princip. de ſeruitur.

46 Limitatur primò, vt procedat in-
ſpecte proprietate, ſecus per interpræ
tationem l. Caſſius ff. de Senat.

47 Limitatur ſecundò, vt procedat
per interpretationem in materia pro-
babili, ſecus in neceſſaria, in qua
ſemper præteritum ad præſens tra-
hitur l. ei qui ſoluendo ff. de hæred.
Inſtit. l. ex pacto §. ultimo ff. de vulg.
& pupilla.

Digitized by Google

48 Limitatur tertio, vt procedat in materia probabili, quo ad actum momentaneum, & tranſeuntem, non quo ad ſucceſſiuam, & immanentem Bald. ad l. ex perſona C. de probatio.

49 Limitatur quarto, vt procedat quo ad actum permanentem, inſpecta interpretatione diſpoſitiua, ſecus autem per interpretationem præſumptiuã d. l. Caſſius ff. de Senator l. ſi cui §. 1. vbi Bart. ff. de accuſatio.

50 Limitatur quinto, vt nec per interpretationem diſpoſitiuam procedat, vbi verſamur in pœnis odioſis ſpiritualibus, in quibus diſpoſitio de præterito trahitur ad præſens, etiam incoatum, ex traditis per Innocentium ad cap. præterita de appella. & per Caſtren. ad d. l. ſi quis id quod de Iuriſdictione omnium Iudicum nu. 7.

51 Limitatur ſexto, vt nec procedat in pœna temporali, vbi concurrat eadẽ, vel ratio d. l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omnium Iudicum, vbi Caſtren. num. 5.

ARGVMENTVM.

Verba præſentis temporis, an, & quando ad præteritum referantur.

SVMMARIVM.

1 *Verba præſentis temporis præteritum etiam continent.*

2 *Verba præſentis temporis, quibus adiunctum eſt participium temporis præteriti, & tempus præteritum propriè ſignificant.*

3 *Verba præſentis temporis, quibus non eſt participium præteriti adiunctum, ad præteritum propriè non referuntur.*

4 *Verba præſentis temporis, per interpretationem, in materia neceſſaria, ad pręteritum neceſſariò referuntur.*

5 *Virgo, & minor qui nunc eſt, neceſſariò minor, & virgo fuit in præteritum.*

6 *Verba præſentis temporis, de materia non neceſſaria, ad præteritum, interpretatione neceſſaria non referuntur.*

7 *Doctor, & maior qui nunc eſt, non neceſſariò in præteritum fuit Doctor, & maior, nemo enim maior, vel Doctor naſcitur.*

8 *Diues qui nunc eſt, non ſemper neceſſariò fuit Diues.*

9 *Verba præſentis temporis, de materia impoſſibili, nec per interpretationem probabilem, & præſumptiuam ad præteritum referuntur*

10 *Maior qui nunc eſt, non præſumitur maior in præteritum, cum impoſſibile ſit homines ſemper in eodem ſtatu permanere.*

11 *Verba præſentis temporis, in materia contingenti, relata ad qualitatem momentaneam, & tranſeuntem, ad præteritum per interpretationem præſumptiuam non trahuntur.*

12 *Agere hominis, ſecundùm naturam, nõ poteſt eſſe perpetuum.*

13 *Verba præſentis temporis, in materia contingenti, & in actu, vel qualitate ſucceſſiua, & immanente, non relatiua ad rem certam, quę potuit concurrere ab initio cum veritate antecedentis ſtatus, trahuntur ad præteritum per interpretationem præſumptiuam.*

Habitus, aut poſſunt eſſe innati, vt nobilitas, diuitiæ, aut acquiſiti, vt prudentia, doctrina.

14 *Pauper qui hodie eſt, præſumitur in perpetuum pauper.*

15 *Alciati ratio non probatur.*

16 *Diues qui hodie eſt, pręſumitur diues etiam in præteritum.*

17 *Aretini, & Menochij opinio improbatur.*

18 *Diuitiarum qualitas repugnat naturæ.*

19 *Nudus quilibet naſcitur.*

20 *Diteſcere, quia indies quis præſumitur conſequitur, vt olim quis non fuerit diues.*

21 *Nudi naturaliter omnes naſcuntur, non politicè.*

22 *Diuitiarum qualitas, poteſt ab initio cum primeuo naſcentis ſtatu politico concurrere.*

23 *Diteſcere licet quis præſumatur, ad excludendam fraudem, et delictum, nõ ideo*

Digitized by Google

ideo ſequitur, vt quis non poſſit naſci diues, & in dies magis diteſcere.

24 *Diuitiarum præſumptio dicit qualitatem, non quantitatem.*

25 *Seruus, qui hodie eſt, retro quoq; ſeruus fuiſſe præſumitur.*

26 *Serui non modo fiunt, ſed etiam naſcuntur.*

27 *Verba præſentis temporis, in materia contingenti & in actu, vel qualitate immanente, relatiua ad rem certam, licet potuerit concurrere cum ſtatu primeuo, ad præteritum non trahuntur, per interpretationem præſumptiuam.*

28 *Dominus, qui hodie eſt alicuius certæ rei, non præſumitur olim fuiſſe.*

29 *Poſſeſſio temporis præſentis non facit præſumere præteriti temporis poſſeſſionem.*

30 *Verba præſentis temporis, in materia contingenti & in qualitate immanente, quæ non potuit concurrere cum ſtatu primeuo, nunquam ad præteritum trahuntur, nec per interpretationem præſumptiuam.*

31 *Doctor, qui hodie eſt, non præſumitur olim fuiſſe.*

32 *Papa, ſi mandat alicui prouideri de beneficio, ſi conſtiterit tempore datæ ipſũ fuiſſe legum Doctorem, vel literatum, licet tempore præſentationis litterarũ appareat ipſum Doctorem eſſe, vel litteratum, tamen non præſumitur retro fuiſſe.*

33 *Vſurarius, vel hæreticus hodie, non præſumitur olim fuiſſe.*

34 *Verba præſentis temporis, per interpretationem diſpoſitiuam, in actione tranſeunte, quæ non relinquit poſt ſe effectum conſiderabilem malum, & damnoſum, non trahuntur ad præteritum.*

35 *Statuta pœnalia, prohibentia delationem armorum, & ludum, vel in mulieribus delationem quorũdam ornamentorum, quia, poſt delationem, non remanet effectus aliquis conſiderabilis præter inobedientiam, non habent locum, niſi contra actualiter deprehenſos.*

36 *Cap. ſi quiſquam de cohabitati, Clericorum, & mulier. declaratur.*

37 *Verba præſentis temporis in actibus trãſeuntibus, relinquentibus tamen poſt ſe malos effectus, & damnoſos conſiderabiles, per interpretationem diſpoſitiuam trahuntur ad præteritum.*

38 *Pœna impoſita ei, qui inuenitur furari, interficere, vel vulnerare, habet locũ non ſolum in eo, qui hæc facere actualiter deprehenditur, ſed etiam in his quos hæc admiſiſſe teſtibus probetur.*

39 *Pœna impoſita his, qui inueniuntur aſportantes frumentum extra territoriũ, habet locum etiam in ijs, qui frumentum aſportaſſe teſtibus conuincuntur.*

40 *Pœna impoſita ijs, qui inueniuntur committere fraudem in arte lanæ, habet locum, non ſolum in actualiter deprehenſo, ſed etiam in conuicto per teſtes.*

41 *Cæpolla, & aliorum opinio damnatur.*

42 *Verba præſentis temporis, præteritum propriè non ſignificant.*

43 *Limitatur, ſi cum verbo præſentis temporis participium temporis præteriti ſit poſitum.*

44 *Verba præſentis temporis, per interpretationem neceſſariam, ad præteritum non trahuntur.*

45 *Limitatur in materia neceſſaria.*

46 *Verba præſentis temporis, per probabilem interpretationem præſumptiuam, ad præteritum non trahuntur, in materia impoſſibili.*

47 *Verba præſentis temporis, nec in materia contingenti per probabilem interpretationem præſumptiuam ad præteritum trahuntur.*

48 *Limitatur in qualitatibus immanentibus, quæ ad rem certam non referuntur, & potuerunt concurrere cum primeuo rei vel perſonæ ſtatu.*

49 *Verba præſentis temporis, in materia contingenti, per interpretationem diſpoſitiuam, non trahuntur ad præteritum.*

50 *Limitatur in facto, & actione, quæ poſt ſe relinquit conſiderabilem effectum damnoſum.*

DISTIN-

Digitized by Google

DISTINCTIO XV.

QVin verba præſentis temporis, præteritum etiam contineant, dubitandum non eſt, ex his, quæ ſcribit I.C. in l. verbum erit, verſ. quemadmodum ff. de verb. ſignif. vbi Alciat. tradit etiam Aulus Gelli lib. 17. noct. Attic. c. 7. cęterum quia id perpetuum non eſt, & ex verborum proprietate non fit, aliquam neceſſe eſt in medium afferre regulam, qua facile poſſimus hanc præſentis té-
2 poris vim non ignorare, Aut ergo dubitamus, An oratio præſentis temporis præteritum eſſe demonſtret, ex vi verborum, An per interpretationem. Primo caſu, Aut cum verbo pręſentis temporis adiunctum eſt participium temporis præteriti, vt in his enunciationibus. Troia capta eſt, Titius obligatus eſt, vel ſolutus eſt obligatione, Aut eiuſmodi participium non eſt adiunctum, Si adiunctum eſt, & præſens, & præteritum tempus ſignificatur l. verbum erit verſ. quemadmodum ff. de
3 verb. ſignif. Alcia. ad l. verbum oportebit nu. 2. ff. eo. Si non eſt adiunctum, tépus tantummodo pręſens ſignificatur, vt puta ſi dicatur. Titius currit, litigat ſcribit, teſtatur, contrahit, vt docet Alciat. ad d. l. verbum oportebit num. 2. per tex. in d. l. verbum erit, de
4 verborum ſignif. Secundo autem caſu, Aut dubitatio eſt, an temporis pręſentis, verba referātur ad pręteritum, per interpretationem neceſſariam, Aut per interpretationem probabilem, Si dubitamus de interpretatione neceſſaria, Aut verba præſentis temporis ſunt de materia neceſſaria, Aut non, Si de materia neceſſaria, a tempore pręſenti, neceſſariò infertur ad præteri-
5 tum. Hinc qui minor nunc eſt, minorem quoque neceſſariò in præteritum fuiſſe infertur, & qui nunc eſt virgo, neceſſariò ſemper in præteritum fuit virgo, Et ſic de ſimilibus, iuxta tradita per Bald. ad l. ex perſona C. de pro-
6 bationibus nn. 2. verſ. Primo caſu, Si verò verba præſentis temporis non ſunt de materia neceſſaria, ad præteri-
7 tum, interpretatione neceſſaria, non trahuntur, Non enim neceſſe eſt, vt qui hodie eſt doctor in pręteritum fuerit doctor, neq; vt qui hodie eſt maior ſemper fuerit neceſſariò maior, immò impoſſibile eſt in pręteritum fuiſſe maiorem, nemo enim naſcitur doctor, ne
8 mo maior, nec neceſſariò qui nunc eſt diues fuit ſemper diues, & ſic de alijs, vt per eundem Bald. in eadem. l. ex perſona nu. 2. verſ Sed in materia im
9 poſſibili. Quòd ſi quæras, an per interpretationem probabilem, verba præſentis temporis ad pręteritum referantur, rurſus diſtinguendū eſt, quia, Aut dubitamus, an referantur per interpretationem præſumptiuam, Aut per diſpoſitiuam, Si per præſumptiuam, Aut verba pręſentis temporis ſunt de materia impoſſibili, Aut de materia contingenti, Si de impoſſibili nequaquam
10 & propterea non ob eam rem, quia quis ſit nunc maior, in pręteritum pręſumitur maior, cum ſit impoſſibile in eodem ſtatu ſemper fuiſſe Bald in d. l. ex perſona num. 2. verſ. Sed in materia
11 impoſſibili. Si de contingenti, eſt iterum diſtinguendum, quia, Aut verba præſentis temporis referuntur ad actū & qualitatem momentaneam, & tranſeuntem, Aut ad continuam, & immanentem, Si ad tranſeuntem, & momentaneam, ex præſenti, non præſumi
12 tur præteritum, & propterea qui nūc eſt ebrius, vel febricitat, vel percutitur, vel litigat, non præſumitur in præteritum ebrium fuiſſe, febricitaſſe, fuiſſe percuſſum, aut litigaſſe; Secundum naturam enim agere hominis non poteſt eſſe cōtinuum l. ſeruitutes in princip. ff. de ſeru. l. foramen de ſeruit. vrb.
13 præd. Si ad actum, vel qualitatem ſucceſſiuam, & immanentem, iterum eſt diſtinguendum ad mentem eiuſdem Bald. ad d. l. ex perſona nn. 2. verſ. Sed in materia contingenti. Aut enim præſens rerum, vel perſonarum ſtatus, potuit

tuit concurrere ab initio cum verita-
te naturali antecedentis ſtatus, vt ſer-
uitus, probitas, diuitiæ, nobilitas, pau
pertas, Aut non potuit concurrere cū
veritate primi ſtatus, vt prudentia,
doctrina eiuſmodi enim ſunt habitus
acquiſiti, non innati l. ſtichus ff. de leg.
3. cum nemo prudens, vel peritus ſit
terarum naſcatur primo caſu Aut eſt
actus, vel qualitas perſonæ non habēs
relationem ad rem certam, vt nobili-
tas, diuitiæ, paupertas, ſeruitus, Aut
ad rem certam relationem habens, vt
alicuius certæ rei dominium, vel poſ-
ſeſſio. in his quæ non habet relationē
ad rem certam, & potuerunt concur-
rere cum ſtatu primæuo, arbitror ex
præſenti præſumi præteritum. Hinc
qui hodie eſt pauper, hanc ob cauſam
præſumitur in præteritum pauper d.
l. ex perſona C. de probat. non ob ra-
15 tionem, quam reddit Alciat. de præ-
ſump. in 3. parte reg. 2. præſumpt. 26.
16 nu. 2. Eandem etiam ob cauſam arbi
tror eum, qui hodie eſt diues præſumi
etiam retrò fuiſſe diuitem, licet con-
trarium ſcripſerit Aret. conſ. 66. viſo
puncto nu. 8. ob eam cauſam, quia qua
18 litas diuitiarum eſt repugnans natu-
19 ræ, cum quilibet nudus naſcatur, quē
refert, & ſequitur. D. Menoch. lib. 6.
præſump. præſump. 25. nu. 7. & 8. ſen-
tiens eandem Aretini concluſionem
20 negatiuam ſequi ex eo, quia ſi indies
quis præſumitur diteſcere, conſequi-
tur, vt olim quis non fuerit diues, &
nunc reperiatur, Sed nec Aretini ratio
nec ea, quam affert D. Menochius mo-
21 uet me, non ratio Aretini, quia licet
omnes homines nudi naſcantur, in-
ſpecto naturæ ſtatu, politico tamen
ſtatu inſpecto multi diuites naſcuntur
22 Satis ergo eſt, vt diuitiarum qualitas
poſſit ab initio cum primæuo naſcen-
23 tis ſtatu politico concurrere. Non ra-
tio D. Menochij, quia licet præſuma-
tur quis diteſcere ad excludēdam ple-
rumq; fraudem, & delictum, non ideo
ſequitur vt quis non poſſit naſci diues
& indies magis diteſcere præſumptio:

24 præſumptio enim, de qua agimus, eſt,
vt qui hodie eſt diues, præſumatur di
ues retrò etiam fuiſſe, non autem, vt
præciſè præſumatur diues, vt hodie
eſt; Hæc enim præſumptio refertur ad
qualitatem diuitiarum in genere, non
ad quantitatem, vt conſiderat ex plu-
ribus idem D. Menochius eadem præ-
25 ſumpt. 25. nu. 5. eodem quoque modo
qui hodie eſt ſeruus, retrò quoq; ſer-
uus fuiſſe præſumitur cum hæc imma-
nens, & ſucceſſiua qualitas potuerit
26 concurrere cum ſtatu primæuo eiuſ-
dem ſerui, quandoquidem ſerui, non
modo fiunt, ſed etiam naſcuntur §. ſer
ui autem Inſtit. de iur. perſo. l. & ſer-
uorum ff. de ſtat. hom. idem dicendum
eſt de alijs ſimilibus qualitatibus ex
his, quę tradit Bald. ad ſæpius repeti-
tam l. ex perſona C. de proba. num. 2.
27 verſ. Sed in materia contingenti. In
his autem, quæ relationem habent ad
rem certam, vt dominium, vel poſſeſ-
ſio certæ rei, licet potuerint concurre
re cum primæuo ſtatu, ex pręſenti, ta-
men non præſumitur præteritum, niſi
aliæ concurrant coniecturę. qui ergo
28 hodie alicuius rei eſt dominus non
præſumitur olim fuiſſe Bald. ad l. ſi q.
nu. 4. in fin. ff. ad l. Iul. de Adult. Al-
cia. de præſump. in 3. parte reg. 2. præ-
ſumpt. 20. Ruin. conſ. 14. nu. 10. lib. 4.
D. Præſes Menoch. lib. 6. præſumpt.
29 præſump. 42. in fi. ſub nu. 14. nec ex
poſſeſſione præſentis temporis præſu-
mitur poſſeſſio temporis præteriti, vt
ex Bald. Anchar. Soc. & alijs tradit
Alcia. in d. 3. part. de præſumpt. reg. 2.
præſumpt. 21. nu. 11. verſ. limitatur ſe-
ptimò, & ſequitur D. Menoch. alios
adducens lib. 6. præſumpt. pſump. 65.
nu. 2. Secundo autem caſu, quando ſci
licet verſamur in eo ſtatu pręſenti, qui
ab initio non potuit concurrere cum
ſtatu antecedenti, & primęuo, nunquā
31 ex præſenti ſtatu præteritus præſumi-
tur, non igitur præſumendum eſt do-
ctorem olim fuiſſe, qui hodie doctor
eſt c. ſi eo tempore vbi not. de reſcrip.
l. b. 6. & in Clem. literas eodem titul.
tradit

Digitized by Google

tradit Alcia.in d. reg.2. præſumpt.26. nu.1.in fin. Hinc dicebat Bald. ad d.l. ex perſona num.2. Si Papa mandat ali cui prouideri de beneficio,ſi conſtiterit tempore datæ ipſum eſſe doctoré legum, vel literatam perſonam, licet tempore præſentationis litterarum, appareat ipſum eſſe doctorem, vel litteratum,tamen non pręſumitur retro
33 fuiſſe talem, nec quia hodie aliquis ſit vſurarius, vel hæreticus, pręſumitur etiam olim talem fuiſſe, quia ſalté in pueritia aliter fuit arg.l.4.ff. de probat.tradit ex Iaſ.Alcia.in d.præſump. 26.num.1.in fin. Bertr.conſ.7. ex themate lib 7.Si verò dubitamus vltimo
34 loco, an verba præſentis temporis trahantur ad tempus præteritũ per interprętationem diſpoſitiuam, rurſus diſtinguendum eſſe arbitror,nam Aut verſamur in actionę, & facto tranſeunte, quod non relinquit poſt ſe effectum conſiderabilem malum, & damnoſum, Aut in actione, & facto, ꝙ poſt ſe relinquit effectum conſiderabilem damnoſum, & malum. Primò caſu diſpoſitio per verba de præſenti non habet locum in præterito, vt puta
35 ſi ſtatuto cautum ſit, vt ſi quis inueniatur ferre arma, certa pœna puniatur,vel vt puniatur qui inuenitur ludere,vel vt puniantur mulieres portantes perlas, vel gemmas excedentes certam ęſtimationem, quia poſt armorum, & ornamentorum prohibitorum delationem, & poſt actualem luſum non remanet effectus aliquis conſiderabilis, præter inobediẽtiam, eiuſmodi ſtatuta non habent locum,niſi contra actualiter depræhenſos ludere,& ferre arma,& cõtra mulieres inuentas cum ornamentis prohibitis, non autem contra eos,quos teſtibus probetur hæc feciſſe contra ſtatuti diſpoſitionem. Bart. & Alber. ad l.ſi Barſatore C.de fideiuſſ.& mandato ſequuntur Imola Paul.Alex. & Iaſ.ad.l.1.nu.87.ff.de acquiren.poſſeſſ. Vbi etiam Bart.nu.18 Tradit Cyn. ad l.licet.C de acquir. poſſeſſ. Bald.ad.l. item lapilli ad finem.ff.de rerum diuiſio.& alij quos refert.Ripa in tractatu de peſt.in tit de remed.conſer.Vbert. nu.104.nec deſtruit,in hoc capite,opi
36 nionem hanc tex. adductus a Ripa in cap. ſi quiſquã de cohabitatione Clericorum, & mul. quod quidem, licet loquatur de ſacerdotibus inuentis confabulari, & conuerſari cum mulieribus ſuſpectis,tamen habet locum ét in conuictis teſtibus. Primum quia hoc non dicit ille text. & Ripa non probat, Præterea non eſſet mirum, tum quia ibi præceſſerat 1.2. & 3. admonitio,tum etiam quia,ſtante ſuſpicione de crimine fornicationis, poſt ſecutam confabulationem,& conuerſationem, ſupererat conſiderabilis effectus ſcandali ratione perſonarum,
37 Secundo autem caſu diſpoſitio facta per verba de præſenti, habet locum
38 etiam in præterito, Et ideo ſi certa imponatur pœna ei; qui inueniatur furari, interficere,vel vulnerare, diſpoſitio pœnalis habebit locum, non modo in ijs, qui depræhenduntur in actu furandi, interficiendi, vulnerandi, ſed etiam in his, quos hæc admiſiſſe teſtibus probetur, cum poſt eiuſmodi facta, ſuperſint effectus,damni, homicidij,& vulnerũ. Quamobrem
39 ſtatutum, quo cauetur, vt qui inuenitur portare frumentum extra tetritorium puniatur, cenſerem vna cum Ripa in d.tit.de remed ad cõſeruand. Vbert.num. 104.verſ. Quid tenendũ, habere locum etiam in his,qui frumẽtum exportaſſe teſtibus eſſent conuicti, cum poſt d.eſportationem, remaneat effectus priuationis illius frumenti eſportati,quæ annonę, in cuius gratiam ſtatutum eſt conditum, damnoſa eſt,eadem ratione, & alijs adductis per Ripam in allegato loco,pu-
40 tarem ſtatutum, quo pęna imponitur ijs,qui reperiuntur committere fraudem in arte lanæ, de quo per Cepoll. in ſuo conſ. 23. quod incipit ſpectabiles domini Priores,habere locum,nõ ſolum in actualiter deprehenſo, ſed

H etiam

Digitized by Google

etiam in conuicto per teſtes, quicquid dicat Cepolla & alij, ſupereſt n. poſt fraudem commiſſam in tali arte, damnoſus effectus fraudis in his, qui illius pannos accipiunt, poſſent etiam alia afferri exempla, ſed hæc attuliſſe ſufficiat.

Prima ergo ſit concluſio.

42 Verba præſentis temporis præteritũ propriè non ſignificant l. verbum erit de verb. ſignif. Alciat. ad l. verbum oportebit. ff. eod.

43 Limitatur, vt non procedat, quando adiunctum eſt, cum verbo præſentis temporis, participium temporis præteriti, l. verbum erit verſ. quemadmodum. ff. de verb. ſignif.

44 Secunda verba præſentis temporis, per interpretationem neceſſariam, ad præteritum non trahuntur d. l. verbũ. oportebit de verborum ſignif.

45 Limitatur 1. vt non procedat in materia neceſſaria, in qua ad futurum neceſſaria interpretatione trahuntur, faciunt tradita per Bald ad l. ex perſona. C. de proba: num. 2. verſ. 1. caſu.

46 Tertia. Verba præſentis temporis, per probabilẽ interpretationem præſumptiuam, ad præteritum, non trahũtur, in materia impoſſibili.

47 Quarta. Verba præſentis temporis, nec in materia contingenti, per probabilem interpretationem præſumptiuam, ad præteritum trahuntur.

48 Limitatur, vt non procedat in qualitate tranſeunte, vel immanente, & ſucceſſiua, habente relationem ad rẽ certam, quæ non potuit concurrere cum veritate naturali antecedentis ſtatus, ſecus in qualitate immanente, quæ ad rem certam relationem non habet, & potuit concurrere cum primeuo rei, vel perſonæ ſtatu l. ex perſona C. de probat.

49 Quinta, verba præſentis temporis, in materia contingenti, per interpretationem diſpoſitiuam non trahuntur ad præteritum. Bart. & Alber. ad l. ſi Burſatorum C. de fideiuſſ.

50 Limitatur, vt procedat in actione, & facto tranſeunte, quod non relinquit poſt ſe effectum conſiderabilem, malum, & damnoſum, vt eſt delatio armorum contra prohibitionem, ſecus ſi poſt ſe effectum conſiderabilem damnoſum relinquat, vt furtũ, verberationẽ, homicidiũ, & ſimilia, vt colligitur ex traditis per Ripam in tract. de peſt. in tit. de remed. ad conſeru. Vber. num. 104. verſic. quid tenendum.

ARGVMENTVM.

An, & quando verba futuri temporis ad præſens uel præteritum referantur.

SVMMARIVM.

1 *Verba futuri temporis interdum, ad præſens & præteritum trahuntur, ex communi loquendi vſu & per legis interpretationem.*

2 *Verba futuri temporis à lege prolata, non trahuntur ad præterita, niſi hoc ſit lege expreſſum.*

3 *Verba futuri temporis, a lege problata, referuntur etiam ad futura ex cauſa de præterito.*

4 *Vſuris modus impoſitus habet locum, poſt legem latam, etiam in vſuris ex contractu ante legem celebrato.*

5 *Verba futuri temporis, ab homine prolata in conditionibus poteſtatiuis, & promiſcuis ad præſens vel præteritum non trahuntur l. 2. & l. ſi iam facta. §. item ſciendum. ff. de conditio. & demonſtr.*

6 *Legato fundo Titio, ſi decem dederit Tiberio, vel ſi in Capitolium aſcenderit, non ideo legatum debebit, quia ante conditum teſtamentum facto, & caſu dediſſet decem Tiberio, vel in Capitolium aſcendiſſet.*

7 *Verba futuri temporis ab homine prolata, in conditionibus caſualibus, non iterabilibus, trahuntur ad præteritũ.*

& La-

Digitized by Google

8 *Legatum centum aureorum Titio factū, ſi efficiatur ſacerdos, debebitur etiam vbi* Titius *ſit ſacerdos tempore facti legati.*

9 *Verba futuri temporis, ab homine prolata, in conditionibus caſualibus iterabilibus, ſi diſponens ſciat iam facta eſſe quæ in conditione ponuntur, non trahuntur ad præteritum.*

10 *Legatis* Centum Sempronio, *ſi* Nauis *ex Aſia venerit, ſciente teſtatore iam Nauem veniſſe, quando legabat, vt legato ſit locus expectandum eſt, vt rurſus veniat ex Aſia.*

11 *Legans vxori cum liberos habuerit, non de his ſenſiſſe intelligitur, quos iam ſuſceperat.*

12 *Verba futuri temporis in hominum conditionibus caſualibus iterabilibus, ſi teſtator ignoret iam facta eſſe in conditione poſita, trahuntur ad præſens, vel præteritum.*

13 *Legato alicui fundo Titiano, ſi Titius factus fuerit conſul, ſi iam ignorante teſtatore Titius erat conſul factus, dū legaretur, debetur fundus, non ſecus ac ſi purè fuiſſet legatus.*

14 *Verba futuri temporis, in diſpoſitionibus hominum, ad ea relata, quorum præciſa natura eſt, vt præcedant ad præſens, vel præteritum nunquā trahuntur.*

16 *Mandans Titio, vt pecuniam credat pro pecunia, quam ante mandatum credidit, non tenetur.*

16 *Mandati natura, eſt vt antecedat.*

17 *Ratihabitionis natura, eſt vt ſubſequatur.*

18 *Ratificare eſt, actum probare.*

19 *Mandator antecedit obligationem principalem, conſtitutor ſubſequitur.*

20 *Verba futuri temporis diſpoſitiuè ab homine prolata, in his quę non antecedunt natura, non referuntur ad id quod pręteritum eſt, & finitum.*

21 *Stipulator eius quod tibi Titius debebit poſt Calendas Ianuarij, non intelligitur ſtipulatus quod antea debebat & ſoluit, vel alia ratione liberatus eſt.*

22 *Obligatio ſolutione, & acceptilatione finitur.*

23 *Verba futuri temporis in diſpoſitione hominis, circa ea quæ non antecedunt natura, ad id quod præteritum eſt; & non finitum trahuntur.*

24 *Confirmans quod in codicillis ſcriptum erit, intelligitur etiam confirmaſſe quod ſcriptum fuit, & eſt hodie, nam erit quoque tempore mortis teſtatoris.*

25 *Promittens dolum abſuturum, promittit etiam abeſſe, & abſuiſſe, hęc enim clauſula ad omne tempus refertur.*

26 *Promittens quod ſtudiorum cauſa, oportebit, etiam quod hodie, opportet ſtipulari intelligitur.*

27 *Legans centum cuilibet filię, quæ vidua fuerit cenſetur etiam legaſſe illis, quæ iam tempore conditi teſtamenti erant viduæ.*

28 *Princeps concedens alicui, vt poſſit facere molendinum iam factum, poteſt virtute eiuſdem conceſſionis illud retinere, ſiue ſiuerit Princeps concedēs, ſiue ignorauerit.*

29 *Beneficium habens curatum, ſi aliud curatum* Beneficium *obtineat, incompatabile cum primo, & poſtea impetrat à Papa diſpenſationem, vt poſſit obtinere duo beneficia curata, Diſpenſatio trahitur retro ad conualidandum ſecundum beneficium curatum, quod ante diſpenſationem obtinuerat, reprobatur nu. 31.*

30 *Teſtandi licentia obtenta per Cardinalem vel Epiſcopum, de fructibus Beneficiorum, extenditur etiam ad teſtamentum antea conditum, reprobatur num. 31.*

31 *Inualidum ab initio tractu temporis nō reconualeſcit.*

32 *Lex ſi quis filio exhæredato, in §. irritum declaratur.*

33 *Iaſonis, & Socini rationes non probantur.*

34 *Alienandi licentia, conceſſa à Domino Vaſſallo, vel emphiteuta, non trahitur ad bona ante licentiam alienata, contra Soci & alios.*

35 *Alienandi licentia poteſt efficere vt*

Digitized by Google

quod vaſſallus nulliter alienauit, valide alienet.

36 *Conceſſio primæ Prabendæ vacaturæ comprehendit etiam aliam, quæ iam vacabat tempore conceſſionis.*

37 *Legatum pro maritanda Titia debetur etiam ſi tempore conditi teſtamenti erat maritata.*

38 *Verba legis futuri temporis, non niſi ad futura referuntur.*

39 *Limitatur, niſi aliud ſit à lege expreſſum.*

40 *Verba hominis in conditionibus concepta in futurum, ad preſens, vel præteritum tempus non trahuntur.*

41 *Limitatur in conditionibus caſualibus, quæ non poſſunt iterari.*

42 *Limitatur etiam in conditionibus iterabilibus, ſi diſponens ignorat iam facta eſſe in conditione poſita.*

43 *Verba in futurum concepta, in diſpoſitionibus hominum, ad præteritum non trahuntur.*

44 *Limitatur in his, quæ natura ſubſequuntur.*

45 *Sublimitatur in præteritis non finitis, & non peremptis.*

DISTINCTIO XVI.

1 VErba quoque futuri temporis interdum præſens, & præteritum comprehendunt, non ex proprietate ſermonis, ſed ex communi quodam vſu loquendi, vel per legis interpretationem, iuxta l. verbum opportebit vbi Alber. num. 3. & l. verbum erit. ff. de verb. ſignif. vt ergo non ignoremus quando futurum quoque ad præſens, vel præteritum
2 referantur, Sic diſtinguo; Aut verba futuri tẽporis ſunt a lege prolata Aut ab homine, Si a lege, Aut eſt expreſſum, vt quod ſancitum eſt in futurum ad pręterita referatur, Aut nõ, Si eſt expreſſum trahitur lex etiam ad pręterita clem. diſpendioſam in fin. de Iud. ſentit Rebuff. ad d. l. verbum opportebit, de verb. ſigni. col. 4. verſ. futurum. Si vero hoc in lege non eſt expreſſum, illius verba futuri temporis ad præteritum non referuntur l. leges & conſtitutiones C. de legibus. Auth. vt cum de appellat. cognoſ. in princ.. c. vlt. de conſt. vbi late Fely. tradit Alber. ad d. l. verbum erit nu 1. & Petr. Rebuff. ad d. l. verbum opportebit. ff. de verb. ſignif. col. 4. verſic. fu-
3 turum, ſed ſolummodo referuntur ad futura, quamquam referuntur ad futura etiam ex cauſa de præterito, iuxta text. in l. penul. C. de vſur. vbi modus
4 impoſitus vſuris habet locum poſt legem latam etiam in vſuris, quę currũt ex contractu in pręteritum celebrato
5 ,ſ. ante legem latam; Si verò ſunt prolata ab homine, rurſus diſtinguendũ eſt, quia, Aut verba futuri tẽporis referuntur ad conditionem, Aut ad diſpoſitionem, Si ad conditionem, & iam facta ſunt quæ conditionis loco ponuntur, Aut ſunt conditiones poteſtatiuæ, vel promiſcuæ, quæ non poſſunt impleri, niſi poſt ſecutam diſpoſitionem, vel mortem teſtatoris, iuxta tex. in l. 2. & in l. ſi iam facta in §. item ſciendum. ff. de cond. & demonſtrat. Aut non promiſcuæ ſed caſuales, quæ etiam viuo teſtatore poſſunt exiſtere, d. l. ſi iam facta in fine, Si promiſcuæ, & poteſtatiuæ, verba futuri temporis ad
6 præteritum non referuntur, & propterea, ſi teſtator dicat. lego Titio fundum Cornelianum, ſi decem dederit Tiberio, vel, ſi Capitolium aſcenderit, non ideo legatum debebitur, quia ante conditum teſtamentum, fato, & caſu decem dediſſet Tiberio, vel in Capitolium aſcendiſſet d. l. 2. & d. l. ſi iam facta. §. item ſciendum. ff. de Cõd.
7 & demonſt. Si conditiones non ſunt promiſcuæ, ſed caſuales, Aut nõ ſunt iterabiles, Aut iterabiles ſunt, Si non ſunt iterabiles, verba conditionis futura trahuntur ad præteritum. Hinc ſi
8 teſtator dicat. lego Titio Centum, ſi efficiatur ſacerdos, debebitur legata quantitas, etiam vbi Titius ſit iam ſacerdos, quando teſtator ei ſub dicta non iterabili conditione legat. Ita ſen-

Digitized by Google

ſentit Soc. ad d.l. ſi iam facta nume. 1.
& videtur colligi ex eadẽ lege. Si ſunt
9 iterabiles, rurſus eſt diſtinguendum,
quia, Aut teſtator ſcit iam facta eſſe,
quæ conditionis loco ponuntur, Aut
ignorat, Si ſcit verba cõditionis futu-
ri temporis non trahuntur ad præte-
10 ritum, & ideo ſi legaui centum Sem-
pronio, Si Nauis ex Aſia venerit, &
me ſciente, iam venerat cum legabam
verba futuri temporis ad præteritum
non trahuntur, & ideo, vt legato ſit
locus, expectandum eſt, vt rurſus Na-
uis ex Aſia veniat, d.l. ſi iam facta in
11 princ. Hinc etiã, ſi maritus legat vxo-
ri cum liberos habuerit, non de his
ſenſiſſe itelligitur, quos iam tunc
vxor habuerat, cum maritus teſtare-
tur l. ſolemus eod. tit. de condi. & de-
12 monſtrat, Si ignorat futurum trahi-
tur ad præſens, vel præteritum, &
propterea, ſi lego, vel promitto alicui
13 fundum Titianum, Si Titius factus
fuerit Conſul, vel ſi Nauis ex Aſia ve
nerit, & Iam, me ignorante, & neſciẽ
te, ſit factus Conſul Titius, vel Nauis
venerit ex Aſia, perinde debetur fun-
dus Titianus, ac ſi purè fuiſſet lega-
tus, vel promiſſus. d. l. ſi iam facta: ff.
de condi. & demonſt. in princ. Si verò
14 verba futuri temporis referuntur ad
diſpoſitionem, eſt adhuc diſtinguen-
dum, quia, Aut verba futuri temporis
referuntur ad ea, quorum natura eſt,
vt præcedant, Aut ad ea, quorum non
eſt præciſa natura, vt præcedant, Si ad
ea, quæ natura præcedunt, futurum
numquã trahitur ad pręteritum. Hinc
15 ſi mando tibi, vt pecuniam credas
Titio, pro pecunia, quam ante man-
datum eidem credidiſti, non teneor l.
ſi verò non remunerandi §. ſi poſt cre-
dita ff. mãdati, ratio, autem eſt, quia
16 natura mandati eſt, vt antecedat, vt
rectè ſentit Iaſ. ad l. quominus. ff. de
fluminibus num. 134. quemadmodum
17 e contra natura ratihabitionis eſt, vt
18 ſubſequatur, ratificare enim eſt actũ
19 probare l. vlt. C. ad S.C. Macedoni. &
propterea mandator eo nomine potiſ-
ſimum differt à conſtitutore, quia
mandator ſemper antecedit obligatio
nem principalem, conſtitutor ſubſe-
quitur, vt per Mynſinger ad Rubr. In-
ſtit. de fideiuſſ. nu. 6. & 7. Si ad ea, quæ
20 non præcedunt natura, rurſus diſtin-
guendum eſt ad mentem Alber. in d.l.
verbum erit. Aut enim dubitamus, an
verba futuri temporis referantur ad
id, quod, & preteritum eſt, & finitum,
ideſt peremptum. Aut ambigimus,
an referantur ad id, quod præteritum
quidem eſt, ſed non finitum, Primo
caſu verba futuri temporis ad pręſens
vel præteritũ non referuntur, & ideo,
21 ſi ſtipulor a te quod tibi debebit Ti-
tius poſt Calendas Ianuarij, non ve-
nit in ſtipulationem quod antea debe
bat, & ſoluit, vel ſi alia ratione libera
tus eſt, quia in illis caſibus obligatio,
22 non ſolum eſt præterita, ſed etiam ſo
lutione, vel acceptilatione, aut alio
modo finita. Ita ſentit Alber. in d.l.
verbum erit nume. 2. & Rebuff. in d.l.
verbum opportebit col. 4. verſ futurũ
23 verò. Secundo autem caſu futurum
24 comprehendit etiam præſens. Hinc
fit, vt ſi quis confirmet quòd in codi-
cillis ſcriptum erit, intelligatur etiam
confirmaſſe quod ſcriptum fuit, & eſt
hodie, quando quidem tempore mor
tis teſtatoris, quod ſcriptum fuit ante
dictam confirmationem, adhuc ſcri-
ptum erit, ſcriptura enim codicillorũ,
ante memoratam confirmationem, eſt
res duratura, & habens tractum in fu
turum, ita vt dici poſſit illud Eccleſias
c. 3. [quod factũ eſt ipſum permanet,
& quæ futura ſunt iam fuerunt.] Et
propterea, eo in caſu, verba futuri tẽ-
poris, ex mente loquentis, etiam ad
præterita, & præſentia referuntur, vt
in l. Plotiana. ff. de Iure Codicill. eſt
tex. in l. verbum erit vbi Alcia. & Re-
buff. ff. de verb. ſignif. Hinc promittẽs
25 dolum abfuturum promittit etiam ab-
eſſe, & abfuiſſe, cum huiuſmodi clau-
ſula, quamquam concepta per verba
futuri temporis, ad omne tempus re-
feratur l. nouiſſima ff. iudicatum ſolui,

codex

Digitized by Google

26 eodem quoque modo, qui ſtipulatur,
ab aliquo quod ſtudiorum cauſa op-
portebit, etiam quod hodie opportet
ſtipulari intelligitur, non enim ſtatim
finitur illa neceſſitas, text. eſt in d.l.
verbum opportebit, vbi Alcia. & Re-
27 buff. ff. de verb. ſignif. Hinc etiam, ſi
teſtator legat centum cuilibet filiæ,
quæ vidua fuerit, admittuntur etiam
ad legatum illæ, quæ iam tempore te-
ſtamenti erant viduæ, Imola ad l. ſi ita
legatum. ff de cond. & demonſtra. Ca-
ſtren. & Alex. & alij ad l. cum ſtipula
mur ff. de verb. oblig. latius idem Ca-
ſtren. ad l. vlt. C. de indict. viduit. toll.
& ad l. hoc articulo ff. de hæred. inſtit.
vbi teſtatur ſe, & alios quã plurimos
pro hac ſententia de iure reſpondiſſe,
licet contrarium teneat Bartol. in d.l.
hoc articulo num. 2. cuius opinionem
communiter reprobatam eſſe teſtatur
28 Iaſ. ad d.l. quo minus. ff. de fluminibus
num. 129. Hinc ſi Princeps concedat
alicui, vt poſſit facere molendinum
in flumine nauigabili, ſi habet molen-
dinum iam factum, poteſt, virtute eiuſ
dem conceſſionis, illud retinere, nul-
la adhibita diſtinctione, an Princeps
ſciuerit, vel non, factum eſſe, vt pluri-
bus docet Iaſ. ad d.l. quo minus num.
129. verſ. quod ſi Princeps, cum ſeqq.
ſentit etiam Rebuff. ad d.l. verbum op
portebit col. 4. verſ. futurũ, diſtinctio
enim illa habet locum in conditioni-
bus, vt ſupra. Hinc ſi habens beneficiũ
29 curatum, obtineat aliud beneficium
ſimiliter curatum, quod eſt incompa-
tibile, cum primo, ſi poſtea impetrat à
Papa diſpenſationẽ, vt poſſit obtinere
duo beneficia curata, eiuſmodi diſpen
ſatio trahitur retro ad conualidandũ
ſecundum beneficium curatum, quod
ante diſpenſationem obtinuerat Ca-
ſtren. ad l. & militibus C. de teſta. mil-
lit. nume. 3. Hinc ſi ſummus Pontifex
30 concedit licentiam Cardinali, vel
Epiſcopo, vt poſſint facere teſtamen-
tum de fructibus beneficiorum ſuo-
rum licentia extenditur, etiam ad te-
ſtamentum antea conditum l. ſi quis
filio exhæredato in §. irritum verſic.
qua ratione ff. de iniuſt. rupt. & ir
fac. teſtam. tradit Caſtr. & ſequitur
Alex. ad l. & militibus nume 2. C. de
teſtam. milit. Iaſo. ad d.l. quo minus ff.
de fluminib num. 130. cæterum duas
31 haſce illationes de duobus benefi-
cijs incompatibilibus, & de teſtamen
to, arbitror falſas eſſe, quia cum acqui
ſitio ſecundi beneficij fuerit nulla,
cumque teſtamentum factum ab eo,
qui facultatem teſtandi non habebat
ab initio non valuerit, ſunt facta, &
præterita, & finita ratione nullitatis,
adquæ verba diſpoſitiones futuri tem
poris non trahuntur nec enim, quod
ab initio non valet tractu tẽporis re-
conualeſcit l. quod ab initio ff. de reg.
iur. vt ſupra, nec facit negotium. d. §.
irritum, quia procedit in teſtamento
ab initio valido, præterea ille textus
retorquetur, quia dubitatur eo loci,
nũquid, ſi capite damnato cõcedatur,
vt poſſit teſtari, porrigatur d. conceſ-
ſio ad teſtamentum, quod antea fece-
rat, & non reſpondet Iuris Couſul-
tus porrigi, ſed reſpondet, & ſi milita
ri iure teſtandum ſit, dubitari non op
portet, ſi voluerit id valere, feciſſe id
credatur, non igitur conualidatur te-
ſtamentum, quod condemnatione fa-
ctum eſt irritum, ſed voluntate illius
condemnati nouum inductum eſt te-
ſtamentum militare, quod quoquo
modo fieri poteſt. Iure ergo optimo
de veritate iſtarum duarum illationũ
dubitarunt Iaſo. ad d.l. quo minus nu.
131. & Barth. Soc. ad d.l. ſi iam facta de
33 cõd. & demonſt. n. 5. quamquã ipſi nõ
veras attingunt falſitatis rationes, ob
34 quas falſum etiam eſſe arbitror, ſi do-
minus cõcedat vaſſallo vel emphiteu
tæ licentiam alienandi feudum, vel
emphiteuſim, vt licentiam eiuſmodi
poſſit trahi ad bona ante licentiam
alienata, cum illa alienatio ſit præteri
ta, & finita ratione nullitatis, nec di-
ſtinguerem cum Soc. in d.l. ſi iam facta
num. 6. an Dominus Sciret, vel ignora
ret bona eſſe alienata, vel an eſſet alie
nata

Digitized by Google

nata in totum,vel pro parte, putarem
35 tamen licentiam prodeſſe poſſe, quia quod ante licentiam emphyteuta, vel vaſſallus nulliter alienauit, poterit, poſt licentiam, validè alienare.
36 Hinc ſi Papa ſcribat pro aliquo de Eccleſia,vel prebenda vacatura,& ſic concedat primam prębendam vacaturam in Eccleſia, ſub tali conceſſione, comprehenditur etiam illa, quæ iam vacabat tempore datæ, gloſſ.eſt notabilis in clem.1. in verbo notitiam, de conceſſione præbendæ, eſt ẽt gloſſ. in cap.ſi poſtquam, vbi etiam Gemin.de præbend.lib.6.tradit Iaſ.ex Bald. Angel.& Imola varijs in locis,in d.l.quo
37 minus de flum.& in primis num.132. Hinc ſi teſtator relinquat centum pro maritãda Titia,debetur legatum,etiã ſi tempore conditi teſtamenti erat maritata,Bald.ad l. vltimam circa fin.nu. 11.C.de ſent quæ ſine certa quant.per l.ſi iam facta.ff.de cond. & demonſtr. & per l.ante penul.C.de inſtit & ſubſtit.ſequitur Iaſ.in d. l. quo minus numero 133.

Poſſumus ergo ex eiuſmodi quoq; Theorica plures,adnotatione dignas,colligere concluſiones.1.eſt.
38 Verba futuri temporis,a lege prolata non ad præteritum, ſed tantummodo ad futurum tempus,referuntur,etiam in ijs,quæ habent cauſam de præterito l.penult.C.de vſur.
39 Limitatur hæc concluſio, vt locum non habeat,quando a lege ipſa expreſſum eſſet,vt quod ſancitum eſt in futurum etiam ad præteritum trahatur, Clement.diſpendioſam in ſ. de iudic. Rebuff. ad l. verbum opportebit, de verb.ſignif.col.4.verſ.futurum.
40 Secunda concluſio eſt verba futuri temporis ab homine prolata, quæ ad conditionem referuntur,ad præſens, vel præteritum tempus non trahuntur.
41 Limitatur primum hęc concluſio, vt locum habeat in conditionibus poteſtatiuis, & promiſcuis, quæ iterum impleri poſſunt, ſecus autem in mere caſualibus,vel in poteſtatiuis, quæ nõ poſſunt iterari.l.2.& l.ſi iam facta §.iã ſciendum vbi Soc.ff. de condit. & demonſt.
42 Limitatur ſecundo,vt nec locum quidem ſibi vendicet in conditionibus iterabilibus,quando teſtator ignorat iam facta eſſe, quæ in conditione ponuntur,quia tunc quoque futurum trahitur ad præſens, vel præteritum. d. l.ſi iam facta, vbi Soc. iuxta exempla ſupra poſita in corpore diſtinctionis.
43 Tertia concluſio eſt, verba futuri tẽporis ab homine prolata,& ad diſpoſitionem relata,ad pręteritum tempus non trahuntur,l.ſi verò remunerandi, §.ſi poſt credita.ff.mand.
44 Limitatur primum hæc concluſio,vt procedat quando verba futuri temporis referuntur ad ea, quorum natura eſt, vt præcedant, vt mandatum, vel iuſſus,ſecus ſi ad ea, quæ poſſunt etiã ſubſequi, cuiuſmodi eſt ratihabitio, nam in his poteſt futurum tempus ad præteritum etiam trahi. l. Plotiana ff. de iur.codicill.l.verbum erit vbi Alciat.& Rebuff.ff.de verb.ſignif.

Sublimitatur tamen hæc limitatio,vt cõcluſioni tunc demum derroget,quando illud præteritum, ad quod volumus trahere verba futuri temporis, non ſit finitum,& funditus peremptũ, tunc enim traherentur ad præteritũ, etiam ſi eſſent relata ad ea, quorum natura non eſt, vt neceſſariò antecedant,ſecus,autem ijs,quæ ita ſunt pręterita,vt funditus ſint ſublata, & perempta, iuxta tradita per Alber. ad d. l.verbum erit num.2.ff.de verb.ſignif. & per Rebuff.ad l.verbum opportebit colum.4.verſ.futurum eod.tit.

ARGVMENTVM.

An, & quando genitiuus poſſeſſiuus referatur etiam ad non Dominum.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *HAbere naturaliter quot modis dicatur.*

2 *Genitiuus poſſeſſiuus, ſi ad habentem naturaliter referatur, dominium non ſignificat.*

3 *Genitiuus poſſeſſiuus, nec ſi referatur ad habentem ciuiliter dominium ſignificat, ſi perſona ſit incapax dominij actiui, vel res dominij paſſiui.*

4 *Qualitas rei, & perſona potiſſimum inſpicitur.*

5 *Genitiuus poſſeſſiuus, relatus ad terminum tranſcendentem, etiam non dominum ſignificat.*

6 *Lex prima in princip iuncto § Item Pōponius lib. 34 ff. naut. caup. ſtab. & lex 1. §. in hac autem actione non vtique ff. de vi bonorum rap. declarantur.*

7 *Genitiuus poſſeſſiuus, relatus ad ſpeciē determinatam, per interpretationem extenſiuam, poteſt etiam ſignificare non dominum.*

8 *Lex prima in princip iuncto. §. non ſolū de arbor. cadend. & lex oſſa. § penult. iuncta l. 2. in princ. ff. de relig. & ſump. funerum declarantur.*

9 *Genitiuus poſſeſſiuus, relatus ad certam ſpeciem, dominij capacem, propriè, & per interpretationem comprehenſiuā, non poteſt niſi dominium ſignificare.*

10 *Lex 2. de relig. & ſumpt. fun. l. ſeruum Titij ff. mandati. l. vlt. de public. in rem act. l. qui abſenti in §. 1. de acquir. poſſ. l. ſi domus §. vlt. de leg. 1. & lex Titius. §. prædia de verb. ſignif. declarantur.*

11 *Genitiuus poſſeſſiuus regulariter dominium ſignificat.*

12 *Limitatur primo in habente naturaliter.*

13 *Limitatur ſecundo ſi perſonę vel rei qualitas refragetur.*

14 *Limitatur tertio ſi referatur, ad terminum tranſcendentem.*

15 *Limitatur quarto, vt procedat inſpecta proprietate, ſecus autem per interpretationem extenſiuam.*

DISTINCTIO XVII.

AVt Genitiuus poſſeſſiuus refertur
ad habentem naturaliter, Aut ad
habentem ciuiliter, ſecundum diſtin-
ctionem, quam alibi tradidimus (Na
turaliter enim totum habet partem,
1 ſubiectum qualitatem, & quantitatē,
principale acceſſorium, continens cō
tentum, & alterum ex correlatiuis di-
citur habere alterum, vt docet Ariſt.
in libello predicam. tract. 3. cap. 5.) Si
2 ad habentem naturaliter refertur, etiā
non dominum ſignificat, ripa flumi-
nis, littus, maris §. fluminum verſic.
eſt autem littus Inſtit. de rerum diuis.
§. riparum, cum pluribus ſeq. eod. tit.
inſtrumētū fundi: l. fundi inſtrumēto
ff. de fundo inſtruct. & inſtr. leg. Si ve-
ro ad habentem ciuiliter, rurſus diſtin
3 guendum eſt, quia Aut refertur ad per
ſonam, dominij actiui incapacem, vel
ad rem, quæ in dominio eſſe non poſ-
ſit, & dominum non ſignificat, veluti
ſi dicatur. Serui equus, fundus Colo-
ni, Eccleſia vel beneficium Rectoris,
vel poſſeſſio uſusfructus, iter Titij; po
4 tiſſimum enim perſonæ qualitas inſpi-
citur l. plenum. §. equitij ff de uſu, &
habit. & qualitas rei, iuxta tradita per
Dec. ad cap. quia. v. de Iud. vbi vero
rei, vel perſonę habilitas non refraga-
5 gatur, Aut eiuſmodi genitiuus refert
ad terminum tranſcendentem, cuiuſ-
modi eſt, res, bona, quicquid, & ſimi-
lia, & tunc etiam ad non dominum po
teſt referri, nec enim genitiuus gene-
ralitatem illius termini reſtringere po
6 teſt & ſic intelligo l. 1. in princ. iuncto.
§. item Pomponius lib. 3. ff. nautæ cau-
po. ſtab. & l. 2. in princ. iuncto. §. in hac
actione non vtique ff. de vi bonorum
rapt. & ſimilia, Aut refertur ad certam
ſpeciem, & determinatam, cuiuſmodi
7 eſt veſtis, domus, fundus, & tunc Aut
quærimus, an per interpretationem
extenſiuam poſſit ſignificare etiam
non dominos, & poteſt l. 1. in princip.
8 iuncto. §. non ſolum. ff. de arbor. cæ-
dend.

Digitized by Google

den.l.oſſa §. pen.iuncta l.2. in princ.ff.
9 de relig.& ſumpt.fur. Aut per interpretationem comprehenſiuam, quæ eſt ſecundum proprietatem,& non poteſt ad non dominum referri. d.l.2. in
10 princ.ff.de Relig.& ſumpt fur.l.ſeruũ Titij.ff.mand.l.fin.ff.de public. in rem act.l.qui abſenti.§ 1.ff.de acquirend. poſſ.l ſi domus.§.fin.ff.de leg.1.l.ędibus.ff.de noui.operis nunci.l.littus.§. prædia.ff.de verb.ſignif. vbi Petr.Rebuff.& in his terminis vendicat ſibi locum Bart.opinio, & communis, ad rubr ff.de noui ope. nunc.vbi latè hac de re,& Piſis,& Ticini diſputauimus.
11 Concluſio igitur in hac materia ponenda eſt affirmatiua.

Genitiuus poſſeſſiuus,in vſu iuris,ad dominium refertur l.2.in princ. ff. de religioſ,& ſumpt.funerum.l.ſeruum Titij.ff.mãdati, cum alijs ſupra adductis in fine diſtinctionis.

12 Limitatur primo vt locum ſibi vendicet quando refertur ad habentem ciuiliter,ſecus ſi ad habentem naturaliter, d.§.fluminum,& d.§.riparum inſti. de rerum diuis.

13 Limitatur ſecundo,vt nec locum habeat reſpectu habentis ciuiliter vbi perſonę vel rei qualitas refragetur,argum.l.plenum.§.æquitij. ff. de vſu.& habit:& eorum quæ tradit Dec. ad c. quia.v.de Iudic.

14 Limitatur tertio,vt nec procedat vbi perſonæ, & rei qualitas non refragetur,ſi refertur ad terminum tranſcendentem, & non ad certam ſpeciem l. 1.in princip.iuncto.§. itẽ Pomponius lib.34.ff.Naut.Caupo.ſtab.l.1.§.in hac autem actione ff de vi bonorum rapt. nam tunc quoque poteſt ſignificare nõ dominum.

15 Limitatur quarto, vt procedat inſpecta interpretatione comprehenſiua, ſecus per extenſiuam interpretationem, ſecundum quam etiam ad non dominũ poteſt referri l.1.in princip. iuncto. §. non ſolum de arbor.cædend. l.oſſa §. penult.iuncta.l.ſecunda in princip. de relig.& ſumpt.fun.

ARGVMENTVM.

An, & quando ablatiuus abſolutus conditionem ſignificet.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiuus abſolutus,in nominibus conſiſtens, qui refertur ad tempus præſens, vel præteritum, conditionem non inducit.*

2 *Ablatiuus abſolutus,in nominibus conſiſtens,qui refertur ad tempus futurũ, conditionem inducit.*

3 *Ablatiuus,in participijs conſiſtens,ſi referatur ad orationem præſentis, vel præteriti temporis, in conditionem non reſoluitur,ſed reſoluitur per dictionẽ, quia, vel per dictionem,dum, vel per dictionem,poſtquam, vel ſimilem.*

4 *Naui.ff.de euict & l.2. in §.exactis ff.de orig.iur. l.Thais. §. hærede filio ſuo ff. de fideicom. libert.l 1. in princ. & l.3.in §.deinde, & in § qui eiecta. ff.de incend ruin. naufrag. declarantur.*

5 *Conditio non niſi ad futurum tempus refertur.*

6 *Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens,relatus ad orationem pręſentis, vel præteriti temporis,ſi eidem orationi pręſentis vel pręteriti temporis repugnat,conditionem non importat,ſed reſoluitur per dictionem, quamuis.*

7 *Cõditio dialectica,& legalis differunt.*

8 *Intellect. ad l.Naue.ff de euict & ad l. explacito.C.de rerum permutat.*

9 *Dictio conditinalis, ſi,relata ad tempus pręſens,vel præteritum, propriam, & veram conditionem non ſignificat.*

10 *Dictio conditionalis, relata ad tempus præſens, vel præteritum facit propoſitionem coniunctam, & hypoteticam.*

11 *Ablatiuus abſolutus,in participijs conſiſtens,relatus ad orationem futuri tẽporis, ſi caſus futuri temporis non pendeat,a pręexiſtentia effectus,qui ablatiuo abſoluto comprehenditur,nunquam*

Digitized by Google

inducit conditionem, ſiue repugnanter, ſiuè exceptiuè, vel narratiuè ponatur.

12 *Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, relatus ad orationem futuri tēporis, ſi caſus futuri temporis pendeat, aut videatur pendere, a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum caſualem, in diſpoſitionibus inter viuos, conditionem facit.*

13 *Intellectus ad l. unic. C. quand. non pet. part.*

14 *Ablatiuus abſolutus in participijs conſiſtens, relatus ad orationem futuri temporis ſi caſus futuri temporis pendeat, aut pendere videatur, a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum voluntarium poteſtatiuū, & ad Creditorem referatur, in diſpoſitionibus inter viuos, conditionem importat.*

15 *Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, relatus ad orationem futuri tēporis, ſi caſus futurus, pendeat a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti ſignificantis euentum voluntarium, & poteſtatiuum, & ad debitorem referatur in diſpoſitionibus inter viuos, non facit conditionem, ſed ampliat obligationem.*

16 *L. ſi ſoror. C. de collat. declaratur.*

17 *Ablatiuus abſolutus, per participium enunciatus, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum caſualem, in vltimis voluntatibus, conditionem inducit.*

18 *Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat, a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum poteſtatiuum, & voluntarium, & referatur ad hæredis inſtitutionem, conditionem inducit.*

19 *Ablatiuus abſolutus, per participium pronunciatus, ad orationem futuri tēporis relatus, ſi caſus futurus pendeat a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti ſignificantis euentum poteſtatiuum, & dubium ſit, ad quem nam ex grauatis, vel honoratis in vltimis voluntatibus, executio actus referatur, conditionem non inducit, ſed retentionem.*

20 *L. acceptis in fi. ff. ad l. Falcid. & l. deducta, §. nummis. ff. ad S.C. Trebell. declarantur.*

21 *Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti, qui ſignificet euentum poteſtatiuum, & referatur ad grauatum in vltimis voluntatibus, conditionem non inducit ſed vel prælegatum, vel retentionem.*

22 *L. deducta, in prin. ff. ad S.C. Trebel. & §. ſi quis vna, Inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. declarantur.*

23 *Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti, qui ſignificet euentum poteſtatiuum, & referatur ad honoratum, in vltimis voluntatibus, conditionem, ex ſententia auctoris, importat.*

24 *Septimus caſus, in nominibus cōſiſtens, conditionem non inducit.*

25 *Limitatur, ſi ad futurum tempus referatur.*

26 *Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, conditionem inducit.*

27 *Limitatur, ſi ad præſens, vel præteritum tempus referatur.*

28 *Limitatur, ſi caſus futuri temporis non pendeat a præexiſtentia effectus, ablatiuo abſoluto comprehenſi.*

29 *Limitatur etiam, ſi pendeat, vbi ablatiuus ſignificat euentum voluntarium, & poteſtatiuum, in diſpoſitionibus inter viuos, & ad debitorem refertur.*

30 *Limitatur etiam in vltimis voluntatibus, ſi caſus futurus pendeat a præ exiſtentia effectus ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum poteſtatiuum, & dubium ſit, an executio actus ad honoratum, vel grauatum referatur.*

31 *Limitatur etiam quando conſtat executionem relatam eſſe ad grauatum.*

32 Li-

Digitized by Google

31 *Limitatur etiam generaliter, quando conſtat de contraria voluntate loquentis.*

DISTINCTIO VXIII.

QVia difficilimum eſt, an, & quando ablatiuus abſolutus conditionem ipſam inducat ſtatuere, propterea hoc ipſum Theoria aliqua docere tentabimus. Nos aliàs materiam hanc regulis quibuſdam ſubijcere ad l. vnicam. C. quando non pet. part. a num. 144. vſq; ad nu. 151. tẽtauimus, & quamq; ingenuè fatemur, diſtinctione illa a nobis, dicto in loco ſcripta, non eſſe perfectè quod conabamur aſſecutos, ſunt tamen in ea nõ nulla ſparſa veritatis principia, & quaſi ſemina, quæ nobis tutiorem doctrinam, quam mox tradituri ſumus, pepererunt, altius igitur, & minus cõfusè repetendo hanc materiam, ſic diſtinguimus. Aut loquimur de Ablatiuo, quem in vim ſeptimi caſus Diomedes, & Seruius, quos citat Alcia. ad l. cum quærebatur num. 4. ff. de verb. ſignif. & alij, enunciari dicunt, quod, ſ.
1 in nominibus, non in participijs conſiſtit, vt te auctore nauigaui, Arbitrio Titij ædificaui, Domini conſenſu alienaui, & ſic de alijs ſimilibus, Aut de Ablatiuo abſoluto, qui per aliquod participium præſentis, futuri, vel prçteriti temporis pronuncietur, viuente Titio, Troia capta, venturo Cæſare Romã. Primo caſu, licet Alciatus prçallegato in loco, & alij indiſtinctè dicant præfatos ablatiuos conditionem non ſignificare. Arbitror tamen ego diſtinguendum eſſe, quia, Aut eiuſmodi ablatiui referuntur ad tempus præſens, vel præteritum. i. qualificant pronuntiatum aliquod præſentis, vel præteriti temporis, Aut futuri, Si præſentis vel præteriti temporis, ſine dubio conditionem non inducunt, vt in exẽ-
2 plis ſupra relatis, Si verò ad futurum tempus referantur, nihil prohibet eos in conditionem reſolui. Te duce nauigabo, ideſt, ſi fueris mihi Dux. conſenſu domini alienabo, ideſt ſi domi-
3 nus conſentiat. Secundo autem caſu, Aut oratio, ad quam refertur, eſt concepta in præſens, vel in præteritũ tempus, Aut in futurum, Si in præſens, vel præteritum, conditionem non facit, vt puta ſi dicatur, te docente, diſco, te docente didici, Sed reſoluuntur per dictionem, (quia) vel per dictionem, (dum) quia docuiſti, vel dum docuiſti didici, & quia do-
4 ces, vel dum doces diſco, & in his terminis locum ſibi vendicat l. Naui. ff. de euict. quatenus dicitur. [Naue, aut Domo, empta, ſigula cæmenta, vel tabulæ non intelliguntur.] Illud enim pronunciatum [ſingula Cçmenta, vel tabulæ emptæ non intelliguntur] eſt præſentis temporis, idem dicendum eſt de l. 2. in §. exactis. ff. de orig. iur. [exactis deinde Regibus Conſules conſtituti ſunt duo] illa enim enunciatio. [Cõſules conſtituti ſunt duo,] eſt temporis præteriti, & in l. Thaiſ. §. hærede filio ſuo. ff. de fideicomiſ. libert. [Hærede filio ſuo ex aſſe inſtituto, libertatem dedit] enunciatio [libertatẽ dedit,] & ipſa eſt præteriti temporis, quemadmodum in l. 1. in princ. et in l. 3. §. deinde, & in §. qui eiecta. ff. de incendio ruin. & naufrag. [In eum qui ex incendio, ruina, Naufragio, rate, Naue expugnata qd rapuiſſet] illud [rapuiſſet] eſt præteriti temporis, & alibi. [Qui eiecta Naue quid rapuit] Illud, [Rapuit,] prçteriti eſt temporis, & propterea in his, & in alijs quamplurimis exemplis, quæ poſſent in propoſito afferri, ablatiuus abſolutus, non inducit conditionem, quæ non niſi ad
5 futurum tempus poteſt referri l. cum ad præſens, cum duabus ſeqq. ff. ſi certum pet. l. inſtitutio in fi. ff. de condit. inſtitut. cum alijs adductis per Barto. ad l. 1. ff. de condit. & demonſtr. nu. 1. ſed reſoluitur, vel per dictionem (poſt quam) vt in d. §. exactis, vel per dictionem (dum) vt in d. l. 3. vel per dictio-

Digitized by Google

nem(cum) vt in d.§.hærede filio ſuo,
& interdum per dictionem (quam-
6 uis) vbi.ſ.ablatiuus abſolutus repu-
gnat propoſitioni, ad quam refertur,
vt in hoc exemplo, Cæſare prohiben-
te,lex violata eſt, ideſt quâmuis Cæ-
7 ſar prohiberet,vel reſoluitur in condi
tionem, non legalem, quæ ſuſpendit
actum,iuxta tradita per Bart.ad d.l.1.
num 1.Sed in dialecticam,quæ tantũ-
modo facit propoſitionem hypoteti-
cam, id eſt coniunctam & non cathe-
goricam,ſeu ſimplicem, ſed quoquo-
modo conditionalem, conditione ẽt,
quę eſt in propria apud nos,de qua eſt
text.in §.conditiones.inſtit.de verb.
oblig.[ſi Titius Conſul fuit, vel ſi
Meuius viuit dare ſpondes] tradit ẽt
Bart.ad d.l.1.num. 1. vbi iura alia ad-
ducit,& ita poteſt intelligi d.l. Naue
8 [Naue aut domo empta] ideſt, ſi,
vel, vbi Nauis, vel domus ſit empta,
[ſinguli cæmenta,vel tabulæ emptæ
non intelliguntur] & l. ex placito. C.
de rerum permut [ex placito permu-
tationis,nulla re ſecuta] ideſt, ſi, vel,
vbi nulla res ſit ſecuta [conſtat,memi
ni actionem competere] in his enim,
& in ſimilibus caſibus, licet ablatiuus
abſolutus per dictiones conditionales
reſoluatur,non ideo propriam, & lega
lem conditionem ſignificat, cum actũ
non ſuſpendat d.§.conditiones, nec.n.
9 dictio conditionalis (ſi) vbi refertur
ad pręſens,vel præteritum tempus pro
priam,& veram conditionẽ ſignificat.
d.§.conditiones,tradit Barto.ad d.l.1.
ff.de cond. & demonſt. num. 1. Sed fa-
10 cit,vt diximus,propoſitionem coniũ-
ctam, & hypoteticam, de qua Nicol.
Vigell.lib.1.Dial.iur.in cap. de compo
ſito Themate,ſeu propoſitione, nec nõ
lib.3.cap. de Syllogiſmo Cathegorico,
& cap.de Syllogiſmo hypothetico, &
ante eum differentiam inter propoſi-
tionem hypoteticam & cathegoricam
tradidit. Accur.ad l. quæſitum in vlt.
gloſ.ff.de acquir.rerum domin. & Bar.
ad l.ſi is qui ducenta in §.vtrum ff. de
reb.dub.in verſ.tibulo,nec non nouiſſi
mè Oſaſcus deciſ.178. nume.3.Si vero
Oratio, ad quam, ablatiuus abſolutus
refertur, eſt futuri tẽporis, ita vt abla-
tiuus abſolutus cuiuſcunq; temporis,
futuros caſus reſpiciat, rurſus diſtin-
11 guendum eſt, quia Aut ita concepta
eſt oratio, vt caſus futurus, ad quem
refertur ablatiuus abſolutus,non pen-
deat à præexiſtentia effectus, qui abla
tiuo abſoluto cõprehenditur, Aut ita
concepta eſt, vt videatur pendere ab
eo:Primo caſu nunquam inducit con-
ditionem, ſiue ponatur repugnanter,
vt in exemplo illo; [Cæſare prohiben
te,lex violabitur,] ſiue exceptiuè, vt ſi
dicatur promitto, vel lego tibi omnes
ſeruos,excepto Stico, vel reſtituas hę-
reditatẽ, deducta quarta l. deducta in
princ.ff.ad S. C. Trebell. §. ſi quis vna
inſt t. de fideicom. hæred. [promitto
pœnam, rato manente pacto] vt in d.
l qui fidem ff.de tranſact. vel appoſiti-
uè,& narratiuè vt in l.2.ff.de vul. &
pupill.[Sed & ſi extraneum, qui im-
puberem hæredem ſcripſerit, poterit
ei ſubſtituere, ſi modo eum in locum
nepotis adoptauerit, vel arrogauerit
filio precedente] ideſt in caſu, vbi fi-
lius præceſſerit, & ſic de alijs ſimili-
bus modis, in quibus non apparet ali-
qua conditionis imago, cum caſus, ad
quem refertur ablatiuus abſolutus, nõ
pendeat ab euentu ſignificato per eun-
dem ablatiuum. Secundo autem caſu,
12 quando ſcilicet caſus futurus, ad quẽ
ablatiuus refertur pendet,vel pendere
videtur à præexiſtentia effectus illius
ablatiui, habentis quandam conditio-
nis immaginem, iterum diſtinguendũ
eſt,nam,Aut verſamur in diſpoſitioni-
bus inter viuos, Aut in vltimis volun-
tatibus, Si in diſpoſitionibus inter vi-
uos, Aut ablatiuus abſolutus impli-
cat, & ſignificat euentum caſualem,
Aut poteſtatiuum,Si caſualem,ſine du
bio conditionem facit, ex his quæ tra-
dit Bar.ad l.quib⁹ diebus §. Termilius
num.2.& 9.ff.de cond.& demonſt.vt ſi
dicatur,venturo Cęſare in Italiam,ve-
niente Naue ex Aſia, vel Titio facto

con-

Digitized by Google

Conſule decem dabis, vel ſtatuto, ita caueatur ſtantibus maſculis, filiæ non ſuccedanti iuxta tradita per Alciat. ad d.l.cum quærebatur. ff. de verb ſignif. num.4.verſ.quod tamen non procedit,
13 & in his terminis poteſt etiam intelligi.l.vnica.C.quando non pet.part. Si voluntarium, & poteſtatiuum actum, & euentum ſignificat, Aut refertur ad creditorem, Aut ad debitorem, Si ad Creditorem, importat conditionem, vt in hoc exemplo. Titio a me manumiſſo, mihi centum dabis, acceptis,à me centum, domum ædificabis,facit l.
14 acceptis.ff.ad l.falcid. Si ad debitorẽ, nequaquam,ſed ampliat obligationem nam ſi dicatur promittis, reaptata tali domo eam mihi dare,idem eſt,ac ſi diceretur promitti talem domum reaptare,& reaptatam eam mihi tradere,
15 & ita poteſt,& debet intelligi l. ſi ſoror.C.de collat.ibi[Præſes Prouinciç examinatis partium allegationibus,cũ bonis dotem confundi iubebit] & ſic non erit in illius poteſtate partium allegationes non examinare,quemadmodum in altero ſupra poſito exemplo,nõ eſt in poteſtate promittentis non reaptare domum, ſed vtrumque præſtare cogitur, nimirum domum reaptare, &
16 eam tradere, Si in vltimis voluntatibus,pariter diſtinguendum eſt, Aut ſignificat euentum caſualem,Aut actum voluntarium, & poteſtatiuum, Si caſualem, ſemper conditionem inducit. Veniente Naui ex Aſia. Titio facto conſule, centum Titio lego; Meuio ſine liberis decedente, ſubſtituo Panphilum; facit tex.in dict.l. vnica. C. quando non petentium partes, Si poteſtatiuum, & voluntarium actum.
17 Aut Ablatiuus abſolutus refertur ad hæredis inſtitutionem, Aut ad aliud relictum; Si ad hæredis inſtitutionẽ, Titius Meuio centum datis, hçres eſto, conditionem inducit; Si ad aliud relictum, Aut dubium eſt ad quem executio actus referatur, an ſcilicet ad grauatum, an ad honoratum, Aut conſtat, Si eſt dubium, conditionem non inducit,ſed rationem. Tex. eſt apertus in. l. acceptis in ſi. ff. ad legem
19 falcid.inquit Tex. [acceptis centum, peto reſtituas hæreditatem, neq; perſonam dantis demonſtrauerit, quaſi retentam,& præceptam pecuniam, ſi quartæ ſufficiat inducere Trebellianum], eſt etiam tex.optimus in.l.deducta.§ nummis.ff. ad S C. Trabellianum. Si conſtat, Aut executio refer-
20 tur ad grauatum, Aut ad honoratũ, quia.ſ. ſit expræſſa perſona dantis, Si ad grauatum conditionem non inducit,ſed, vel prælegatum,vel retentio
21 nem, vt in l. deducta in princ.ff. ad S. C.Trebell.& in.§. ſi quis vna inſtitutionibus de fideicomiſſ. hçredit. vbi hæres inſtitutus, ſi iubetur, retenta, vel deducta, vel præcepta re aliqua, vel quantitate,vel hæreditatis parte, cogitur,eo retento quod teſtator iuſſit, hæreditatem ipſam reſtituere,nec quicquam cauſa conditionis implendç capere dicitur, vt in ſequenti diſtinctione fuſius declarabimus. Si ad
22 honoratum, puta quia dixerit teſtator [. Acceptis à Meuio centum, reſtituas ei hæreditatem] vt in princ. d.l. acceptis.ff.ad l.falcidiam, Secundum aliquos, modum, non conditionem ſignificat,niſi conſtet de contraria mẽte teſtatoris; gloſ. eſt in l.à teſtatore in ſi.ff de cond. & demonſt. Ego autẽ arbitror cõditionem non modum ſignificare,vbi de contraria teſtatoris voluntate non conſtet per tex.in.l.etiam in.§.j. verſ planè ſi accepta. ff.de pet. hære. An autem aliorum, vel noſtra opinio,quæ communis eſt, digna ſit quæ recipiatur fuſius tradidimus ad.l. in quartam. ff. ad l falcid. & in noſtro tractatu de communi vſu loquendi. Sed colligamus concluſiones.
23 Prima eſt. Ablatiuus in vim ſeptimi caſus,enunciatus,in nominibus cõſiſtens, conditionem non inducit, Alciat. ad l.cum quærebatur nu.4.ff. de verb. ſignif.
24 Limitatur, vt procedat, ſi referatur ad tempus, præſens,vel præteritum, ſecus

cus ſi ad futurũ, ex ſententia auctoris.

25 Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, conditionem ſignificat. l. etiam. §. 1, verſ. planè ſi accepta. ff. de petit. hæredi.

26 Limitatur 1. vt non procedat, ſi ad præſens, vel præteritum tempus referatur. l. cum ad præſens cum duabus ſeqq. ff. ſi cert. pet. l. inſtitutio. in fi. ff. de condit. inſtitut.

27 Limitatur 2. vt nec procedat quando refertur ad futurum, ſi caſus futuri temporis non pendeat a præexiſtentia effectus, qui ablatiuo abſoluto cõprahenditur ſiuè repugnanter, ſiue exceptiuè, vel appoſitiuè, & narratiuè ponatur in diſpoſitionibus inter viuos, iuxta exempla ſupra tradita per. l. deducta in princ. ff. ad S.C. Trebell. per. l. qui fidem. ff. de Tranſact. per. l. 2. ff. de vulg. & pupill. cum ſimilibus.

28 Limitatur 3. etiam vbi caſus futuri temporis pendeat a præexiſtentia effectus ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum voluntarium, et poteſtatiuũ, ſi ad debitorem, in diſpoſitionibus inter viuos, non ad creditorem referatur, neque enim eo caſu facit conditionem, ſed ampliat obligationem. l. ſi ſoror. C. de collat.

29 Limitatur 4. etiam in vltimis voluntatibus, ſi caſus futurus pendeat a præexiſtentia effectus ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum poteſtatiuum, & dubium ſit, an executio actus ad grauatum, an ad honoratum referatur l. acceptis in fin. ff. ad legem falcid.

30 Limitatur 5. etiam quando conſtat executionem relatam eſſe ad grauatũ, nam tunc inducit, vel prælegatum, vel retentionem l. deducta in princ. ff. ad S.C. Trebell. & §. ſi quis vna. Inſtit. de fideicomiſſ. hæredit.

31 Limitatur 6. generaliter vbi de contraria conſtet, voluntate teſtatoris, arg. l. à teſtatore in fin. vbi gloſſ. ff. de condit. & demonſtr. faciunt tradita per Duaren. ad l. qui Romæ in §. Augerius. ff. de verb. oblig.

ARGVMENTVM.

Ablatiuus abſolutus, quando diſpoſitionem ſignificat, ad quam ſit referendus.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiuus abſolutus, diſpoſitionem, inducens, ſi inter viuos proferatur, ſiue ab homine, ſiuè a lege ſemper diſpoſitionem inducit ampliatiuam, vel reſtrictiuam diſpoſitionis principalis.*

2 *Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, ſi in vltima voluntate proferatur a teſtatore, iubente hæredem, accepta quota, reſtituere hæreditatem, inducit retentionem partis hæreditatis iure hæreditario cum ſuo onere.*

3 *Ablatiuus abſolutus, diſpoſitionem inducens, ſi proferatur à teſtatore, iubente hæredem inſtitutum ex aſſe reſtituere hæreditatem, re aliqua, vel quantitate non hæreditaria ab eo accepta, quem ob præcedentem honorem grauare poterat, inducit fideicomiſſũ cauſa conditionis implendæ.*

4 *Ablatiuus abſolutus, diſpoſitionem inducens ſi proferatur a teſtatore, iubente hæredem inſtitutum ex aſſe deducere, ſpeciem, vel quantitatem certam hæreditariã, inducit retentionem illarum ſpecierum iure quaſi legati, atq; ita apud hæredem ſine onere remanẽt.*

5 *Quaſi legatum ſapit naturam iuris hæreditarij, quatenus non ab alio, ſed iure proprio capitur, ſapit naturam legati, quatenus capitur ſine onere.*

6 *Ablatiuus abſolutus, diſpoſitionem inducens, ſi proferatur a teſtatore iubente hæredem inſtitutum pro parte, qui cohæredes habeat, reſtituere, accepta ſpecie, vel quantitate non hæreditaria cohæredi quem grauare potuit inducit fideicomiſſum cauſa conditionis implendæ.*

7 *Ablatiuus abſolutus, diſpoſitionẽ inducens, ſi proferatur à teſtatore, iubente hæredem inſtitutum pro parte, qui cohæ-*

Digitized by Google

hæredes habeat reſtituere, deducta, ſpecie, corpore, vel quantitate, quæ futura erat comunis inter cohæredes, inducit prælegatum.

Prælegatum capitur difformiter.

8 *Ablatiuus abſolutus, diſpoſitionem inducens, prolatus a teſtatore iubente hæredem pro parte inſtitutum; qui cohæredes habeat reſtituere, deducta ſpecie vel quantitate ex propria portione, quaſi legatum inducitur, ideſt retentio ſine onere.*

Quantitas circumſcripta loco, pro ſpecie habetur.

Quantitas in genere poteſt de propria portione retineri.

9 *Ablatiuus abſolutus, diſpoſitionem inducens, ſi a teſtatore proferatur iubente hæredem pro parte inſtitutum, qui cohæredes habeat, reſtituere, retenta ſpecie, vel quantitate ex cohæredum portione, inducit fideicomiſſum cauſa conditionis implendæ.*

10 *Ablatius abſolutus, diſpoſitionem inter viuos inducens, a lege, vel ab homine prolatum, ſemper inducit diſpoſitionem ampliatiuam, vel reſtrictiuã principalis diſpoſitionis.*

11 *Ablatiuus abſolutus in vltima voluntate, ad inſtitutum ex aſſe relatus, inducit retentionem iure hæreditario.*

12 *Limitatur quando iubetur accepta re, vel quantitate non hæreditaria, ab eo, quem teſtator grauare poterat, hæreditatem reſtituere, tunc enim inducitur fideicomiſſum cauſa conditionis implendę.*

13 *Limitatur 2 quando hæres iubetur reſtituere retenta ſpecie, vel quantitate, tunc enim retinetur ſine onere, quaſi ex legato.*

14 *Ablatiuus abſolutus, relatus ad inſtitutum pro parte, inducit prælegatum.*

15 *Limitatur, ſi retenta re de propria portione, vel pecunia in genere iubetur reſtituere, tunc enim retinet ſine onere, quaſi ex legato.*

16 *Limitatur 2 ſi iubeatur reſtituere, accepta re vel quantitate a cohærede, quẽ teſtator poterat grauare, tũc.n. inducitur fideicomiſſum cauſa conditionis implendæ.*

DISTINCTIO XIX.

NVnc autem, quia ablatiuus abſolutus poteſt etiam diſpoſitioné ſignificare, vt patet ex præcedenti diſtinctione, propterea videbimus etiam breuiter, vbi diſpoſitionem ſignificet, ad quam ſit referendus, hanc quoq; difficultatem tractauimus nos ad.l.vnicam.C.quando non pet. part. num.144.cum ſequen. ſed permiſtim quærendo, an, & quando, & quomodo conditionem, vel diſpoſitionem in duceret, nunc autem diſtinctim, & dilucidius declarãdo, ſic diſtinguo. Vbicunq; ablatiuus abſolutus diſpoſitio-

1 nem inducit, Aut eſt prolatus inter viuos, Aut in vltima voluntate, Si inter viuos, ſemper inducit diſpoſitionem ampliatiuam, vel reſtrictiuam, diſpoſitionis principalis, ſiue proferatur ab homine, ſiue a lege, Reſtrictiuã, ſi dicatur promittis omnes ſeruos, tuos, excepto Pãphilo, Ampliatiuã, ſi dicatur promittis fundum accedentibus, vel additis etiam inſtrumentis, promittis, recaptata tali domo, eam mihi tradere, promittis domum ædificare, &, ſi non ædificabis, dare mille, rato manente pacto, iuxta l.qui fidem.ff. de tranſact.[& Præſes prouinciæ, examinatis partium allegationibus, cum bonis dotem confundi iubet] vt in.l.

2 ſi ſoror.C.de collat. Si in vltima volũtate, Aut teſtator iubet hæredem, accepta quota, puta triente, vel quadrãte, reſtituere hæreditatem, Aut, accepta re particulari. Primo caſu inducit retentio partis hæreditatis iure hæreditario, ideſt cum ſuo onere, & ſic reſtringitur fideicomiſſum §. ſi quis vna inſtit. de fideicom. hæred. l. Titia. ff. ad legem falcidi. Secundo verò caſu, Aut verſamur in hærede inſtituto ex aſſe, Aut in inſtituto pro parte, & habente cohæredes, Si in inſtituto ex aſſe, Aut eiuſmodi hæres iubetur hæreditatem

Digitized by Google

tatem reſtituere, re aliqua vel quantitate non hæreditaria ab eo accepta, quem, ob præcedentem honorem grauare poterat, Aut retenta, vel deducta, vel accepta re, vel quantitate hæ-
3 reditaria, Si iubetur rem non hæreditariam ab eo accipere, quem grauare poterat teſtator, vt puta quia iubeat hæredem totam, vel partem hæreditatis reſtituere legatario, accepta ab eo re legata, vel quantitate, quę rei legatæ æſtimationem non excedat, inducitur fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, id eſt fideicommiſſum purum in ſe, quod tamen eſt conditio reſpectu fideicommiſſi reciproci: vel legati, argumento l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. ff de leg. 3. iuncta l. in quartam verſ. ſed & quod implendæ. ff ad l. falcid. ſentit gloſ. ad l. in ratione. § tametſi in verb. non eſt. ff. ad l. falcid. Tradit Barto. tam ad d. §. cum eſſet, quam etiam ad l. a teſtatore ff. de condit. & demonſt. num.
4 3 Si verò iubetur hæres, retenta, accepta, vel deducta re hæreditaria hęreditatem reſtituere, ſiue iubetur vnam ſpeciem, vel plures retinere, ſiue certam quantitatem, quæ etiam maximā hęreditatis partem abſorbeat, inducitur retentio illarum ſpecierum, vel quantitatis ſine onere, quæ retentio poteſt recipere quaſi legati appellationem, cum eiuſmodi ſpecies vel quantitates remaneant apud hæredem ſine onere, & hæc omnia optime probantur in d. § ſi quis vna inſtit. de fideicommiſſ. hæred. & nos late declarauimus ad legem in quartam ff. ad l. falcidiam:
5 eiuſmodi enim retentio, quæ cū prælegato à noſtratibus confunditur, ſapit naturam iuris hæreditarij, quatenus iure proprio, & non ab alio capitur, ſapit naturam legati, quatenus ſine onere retinetur, & propterea quaſi ex legato capi dicitur, in dict. §. ſi quis
6 vna, Quod ſi verſamur in hærede inſtituto pro parte, qui cohæredes habeat, Aut iubetur accepta ſpecie, vel quantitate non hæreditaria ab eo, quē teſtator grauare poteſt, partem ſuam hæreditatis reſtituere. Aut iubetur reſtituere, retenta, deducta, accepta, vel præcepta ſpecie, vel quantitate hęreditaria. Primo caſu inducitur fideicommiſſum cauſa conditionis implēdæ per tex. expreſſum in d. l. fideicommiſſa in. §. cum eſſet vbi Bart. & per d. l. in quartam in verſic. Sed & quod implendæ, & in his terminis loquitur etiam Bartol. in d. l. a teſtatore num. 3.
7 Secundo autem caſu, rurſus diſtinguēdum eſt, quia, Aut iubetur hæres reſtituere hæreditatem deducta, accepta, vel præcepta ſpecie, vel corpore, uel quantitate, quæ futura erat communis inter cohæredes, Aut quæ vnius eorum erat futura, vel erat de præſenti. Si rem communem iubetur per ablatiuum abſolutum deducere, vel precipere, pręlegatū, quod difformiter capitur l. id autem ff. ad legem falcidiā, ſine dubio inducitur l. deducta. §. nummis, ff. ad Senat. Conſ. Trebell. Si verò
8 rem hæreditariam non futuram communē, ſed vnius ex cohæredibus Aut rem, vel quantitatem deducendam, & accipiēdam ex propria portione, Aut ex portione aliorum cohæredū. Si ex propria portione, quia teſtator aſſignauerit partes cohæredibus, & iuſſerit vnam ex illis, retento corpore de ſua portione, vel quantitate circumſcripta loco, quæ pro ſpecie habetur l. ſed ſi certos, & l. planè. §. 1. in fin. & l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque & l. talis ſcriptura. §. 1. de leg. 1. Aut accepta quātitate in genere, quę poteſt de propria portione retineri l. deducta. §. nummis ff. ad Senat. Conſul. Trebell. hæreditatem reſtituere, quaſi legatum inducitur, id eſt retentio ſine onere, d. §. ſi quis vna inſtit. de fideicommiſſar.
9 hęred. Si ex portione cohæredum inducitur fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, iuxta d. l. fideicommiſſa, in §. cum eſſet, iuncta l. in quartam in verſ. ſed & quod implendæ. ff. ad l. falc. & ex his, ni fallor, exactius habemus examinatam, hanc ablatiui abſoluti materiam quam ab ali-

quo

Digitized by Google

quo adhuc factum fuerit.

Poteſt autem commodè diſtinctio hæc vniuerſa redigi ad tres Principes concluſiones,cum ſuis opportunis limitationibus.

10 Prima ergo concluſio eſt. Ablatiuus abſolutus,diſpoſitionem inter viuos inducens,ſiue prolatus ſit à lege, ſiue ab homine, ſemper inducit diſpoſitionem ampliatiuam, vel reſtrictiuam diſpoſitionis principalis. l. qui fidem.ff. de tranſact.l.ſi ſoror C. de collat.cum ſimilibus.

11 Secunda concluſio eſt. Ablatiuus abſolutus,in vltima voluntate ad inſtitutum ex aſſe relatus, retentionem iure hęreditario inducit §. ſi quis vna,Inſtit.de fideicommiſſ.hæredita.

12 Limitatur, Pimo vt locum habeat quando hæres iubetur per ablatiuum abſolutum de hæreditate retinere,ſecus aut ſi iubeatur,accepta re,vel quãtitate non hæreditaria, ab eo qui grauari a teſtatore potuit,eidem hæreditatem reſtituere, quia tunc inducit fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ l.in quartam verſ. ſed & quod implendæ ff.ad leg.falcid.

13 Limitatur Secundo,vt locum ſibi vẽdicet quando hæres iubetur, retenta quota hæreditatis, eam reſtituere,ſecus ſi iubeatur, retenta ſpecie, vel quantitate, reſtituere hæreditatem, nam tunc quaſi legatum inducit,quod ſine onere retinetur d. §. ſi quis vna.

14 Tertia cõcluſio eſt.Ablatiuus abſolutus,relatus ad inſtitutum pro parte, inducit prælegatum l. id autem. ff. ad l.falcid.l. deducta §. nummis verſ. diuerſa cauſa.ff.ad S.C.Trebell.

15 Limitatur Primo,vt procedat quãdo iubetur hæres, retenta re hæreditaria,vel pecunia in ſpecie,quę alioquin fuiſſet communis inter cohæredes,reſtituere hęreditatem, Secus,ſi retenta re de propria portione,vel pecunia in genere,iubetur hæreditatem reſtituere, quia tunc ſpeciem,vel pecuniam retinet quaſi ex legato, ſine onere d.§.ſi quis vna & d.§.nummis.

16 Limitatur Secundo,vt non procedat quando iubetur hæreditatem reſtituere,accepta re, vel quantitate à cohærede, quem teſtator poterat grauare, tunc enim accipit illud ex fideicommiſſo cauſa conditionis implendę.l.ſi fideicõmiſſa §.cu eſſet de leg. 3.c.d.l. in quarta, verſ. ſed & quod implendę.ff. ad l.falcid.

ARGVMENTVM.

Participium eligendus, vel eligendum, An, & quando conditionem inducat.

SVMMARIVM.

1 *Participium eligendus, ad perſonas relatum, conditionem ſignificat.*

2 *Participium eligendum,relatum ad res in vltimis voluntatibus,condicionẽ nõ inducit.*

Legatum cõditionale ad hęredes non transfertur.

3 *Participium eligendum,in contractibus ſi ad illorum ſubſtantiam refertur,conditionem inducit.*

4 *Participium eligendum, ſi in contractibus ad accidens, vel qualitatem referatur, conditionem non inducit.*

5 *Participium eligendus, vel eligendum regulariter conditionem inducit.*

6 *Limitatur regula vbi.d.participium refertur ad res.*

7 *Sublimitatur ſi reſpiciat accidens, ſecus ſi ſubſtantiam.*

DISTINCTIO XX.

QVia ſæpe numero contingit, vt tã in contractibus, quam in vltimis voluntatibus reperiatur eiuſmodi participium,eligendus, vel eligendum, & dubitetur, an conditionem inducat, idcirco breui diſtinctione, quam tradidit omni doctrinarum ge-

nere excultus.& expolitus D.Polydo
rus Ripa in ſuis ſingularibus obſeruat,
obſeruat. 50 num. 3.cum ſeqq.propoſi-
1 tam quęſtionem ſoluo, hoc modo vi-
delicet. Aut eiuſmodi participium
refertur ad electionem circa perſo-
nas puta ad electionem poteſtatis, vel
ad electionem pauperum, inter quos
ſint diſtribuenda bona teſtatoris, Aut
ad electionem circa res. Primo caſu
actus eſt cōditionalis, ex traditis per
Caſtrenſ. ad l. cum quidam ita, num. 7
2 ff. de leg. 2. Secundo autem caſu, Aut
verſamur in vltimis volūtatibus, Aut
in cōtractibus, Si in vltimis volūtati-
bus, actus non dicitur conditionalis,
ſed purus, & propterea morte illius,
qui optare debebat, non perit legatū,
ex traditis per Alberic. & alij cumque
DD. ad l. ſi duobus in princ. compre-
henſo. § ſed & ſi quis num. 2. C. com-
munia de leg. & ibi etiam glo. in verſ.
legatario; pariret enim ſi conditiona-
le eſſet, cum legatum conditionale
ad hæredes non transferatur. l. vnica.
§. ſi autem. C. de cad. toll. gloſ. eſt in
§. ex conditionali, in verbo contige-
rit, inſtit. de verb. oblig. Si in contracti
3 bus, rurſus diſtinguendum eſt, quia,
Aut electio, ſeu declaratio reſpicit
ſubſtantiam contractus, puta pretium
in emptione, & venditione, vel mer-
cedem in locatione, & conductione,
Aut accidens, vel qualitatem aliquā,
Si ſubſtantiam, actus dicitur conditio
nalis, & pendet a futura declaratione,
& electione, textus eſt in l. ſuper re-
bus, quæ eſt. l. vltima C. de contrahen.
4 emptione, Si accidēs, vel qualitatem,
puta quia vendantur vel donentur,
centum tabulæ, vel perticę terræ, in
tali loco, eligendo per Titium, & tūc
actus non dicitur conditionalis, quia
ſubſtantia vēditionis, vel donationis
non confertur in electionem, & decla
rationem emptoris, vel donatarij, ſed
ſola qualitas terræ, & propterea ven-
ditio, vel donatio non eſt conditiona-
lis, vt per Caſtrenſem ad d. l. vltimā
C. de contrahen. empt. num. 4. verſ. in
gloſſ. quæ incipit. Ludouicus Roma
conſ. 502. in caſu propoſitæ conſulta-
tionis num. 4. verſ. Et ideo ſuccedit.
Iaſ. ad l. ſi quis arbitratu in princ. num.
13. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 404.
viſo eleganti conſ. num. 14. verſ. Nam
ad hoc reſpondetur. Abbas conſ. 80.
Pro deciſione num. 3. verſ. vbi voluit,
parte 2. & in his terminis reſpondet
D. Polydo. in d. obſeruat. 50. vbi num.
2. in fi. teſtatur diſtinctionem hanc cō-
munem eſſe.

Summa diſtinctionis eſt.

5 Participium eligendus, vel eligendū
regulariter importat conditionē Ca-
ſtrenſ. ad l. cum quidam numer. 7. ff. de
leg. 2.

6 Limitatur, vt procedat, ſi referatur
ad perſonas, ſecus ſi ad res, Alberic.
ad l. ſi duobus in princ. num. 2. C. com-
munia de legatis vbi gloſ. in uerſic. le-
gatario Caſtrenſis ad l. vltim. C. de cō
trahenda empt. num. 4. cum alijs ſupra
adductis.

7 Sublimitatur hæc limitatio, ut con-
cluſioni deroget, in ultimis uoluntati-
bus, & in contractibus, quando dictū
participium reſpicit accidens, ſecus ſi
reſpiciat ſubſtantiam contractus l. ulti
ma. C. de contrahen. empt.

ARGVMENTVM.

*Ante, & poſt, particulæ, tempus ſi-
gnificantes, an & quando ad
actus & rei principium, vel ad
finem referantur.*

SVMMARIVM.

1 *ANte, &, poſt, dictiones rela-
tiuæ mutuo ſe reſpicientes, certam
temporis formam non reſpiciunt.*

2 *Ante dictio, ad actum inſtantaneum re
lata, tempus ſignificat, quod actum an-
tecedit.*

Mors

Mors, & aditio hæreditatis fiunt in inſtanti

5 *Ante, dictio, relata ad actum habentem tractum ſucceſſiuum, ab incoatione vſque ad perfectionem, vt annus, menſis, bellum, cæna, intelligitur, ante actum finitum.*

6 *Ante, dictio, relata ad actum ſucceſſiuũ, habentem, tractum, & durationem poſt ſui perfectionem, vt nuptiæ, Pontificatus, & ſimilia, diſpoſitiuè prolata, intelligitur ante actum captum.*

5 *Ante, dictio, in actu ſucceſſiuo, habente tractum poſt ſui perfectionem, enunciatiuè prolata, refertur ad principium actus, niſi hoc modo intelligendo ſequatur contrarietas, & repugnantia.*

6 *Ante, & poſt, dictiones ad tempus relata, illud ſignificant quod præcedit, vel ſubſequitur actum, etiam non finitum.*

7 *Limitatur in actu habente tractum vſque ad ſui perfectionem, vt menſis, bellum, intelligitur enim, ante, & poſt mẽſem, vel annum finitum.*

8 *Limitatur in actu habente tractum, & durationem poſt ſui perfectionem, vt nuptiæ, in oratione enunciatiua.*

9 *Sublimitatur quando non ageretur de tollenda contrarietate.*

DISTINCTIO XXI.

1 QVoniam eiuſmodi dictiones, Ante, & Poſt, quę, tamquam relatiua, & reciproca mutuo ſe reſpiciunt. Vt tradit Tiraquell. ad l. ſi vnquam. C. de reuocans donat. in verbo. & poſtea nu. 14. per tex. in l. ſi bona ff. de operis libert. ibi. poſt venditionem, & ante venditionem, & per l. 2. in §. in ano, ibi ante conceptionem, & poſt conceptionem. ff. de decurio: cum alijs latiſſimè ibi per eum, more ſuo, adductis certam ferè, temporis formã non recipiunt, propterea opere pretiũ eſſe duxi, diſtinctione ad Bartoli mentem ad l. 2. in §. creditum ff. ſi certum pet. num. 7. adhibita, eorum vim, & poteſtatẽ declarare. Aut igitur particula
2 ante refertur ad actum, & terminum inſtantaneum, vt loquitur Bartol. Aut ad terminum ſucceſſiuum, habentem tractum, & durationem aliquam, Si ad terminum inſtantaneum, qui finitur in inſtanti, vt puta ſi dicatur, ante mortem, ante aditam hæreditatem, quia aditio hæreditatis, & mors in vno inſtanti eſt, vel nõ eſt, particula, ante, ſignificat tempus quod mortem vel adictionem antecedit, vt per Bart. in d. §. creditum nu. 7. & propterea ſi plures ſimul decederent, ibi nullo modo caderent, vt inquit Bart. ante, vel poſt. l. quod de pariter cum l. ſeq. ff. de rebus
3 dub. Si ad actum, & terminum ſucceſſiuum, Aut ad habentem tractum vſque ad ſui perfectionem, Aut ad habentẽ tractum, & durationẽ, etiam poſt ſui perfectionem. Primo caſu, vt puta, ſi dicatur, ante Calendas, quæ habent, tractum ab inceptione, vſque ad perfectionem, cum dies Calendarum incipiat a mane, & finiatur in ſero, vt loquitur Bartol. in d. § creditum num. 7. intelligitur ante Calendas finitas, idẽ ſi dicatur, ante Cænam, ante bellum, ante annum, ante mẽſem, intelligitur, ante cenam, ante bellum, ante annum, ante menſem finitum l. ſtipulationes non diuiduntur. §. 1. l. qui ante calendas, vbi glo. ff. de verb. oblig. cum alijs adductis per Bart. in d. §. creditum n. 7 ſequitur Curt. Iun. conſ. 40. præſupponitur in facto num. 1. lib. 1. Secundo
4 autem caſu, nimirum quando refertur ad actum, habentem tractum etiã poſt illius perfectionem, puta, ſi dicatur, ante Pontificatum, ante nuptias, nam poſtquam ſunt nuptiæ perfectæ, durãt donec alter ex coniugibus moriatur, vel diuertat, vt docet idem Bart. in ſæpius repetito §. creditum num. 7. circa finem, rurſus diſtinguendum eſt, propterea quod, Aut verba ſunt diſpoſitiua, Aut enunciatiua, Si diſpoſitiua, intelliguntur, ante contractas nuptias, ita Bart. in d. §. creditum. per text. in l.
5 Sancimus ſi quis. C. de nupt. Si enunciatiua, Aut verſamur in caſu contrarietatis vitandæ. Aut citra caſum euitã

Digitized by Google

dæ contrarietatis. Si in caſu contrarietatis euitandæ, puta quia, aliqui teſtes depoſuerint aliquid factum eſſe ante nuptias, alij autem poſt nuptias, ſit interpretatio, vt ante, & poſt, idem ſignificent, ante finitas ſcilicet nuptias, poſt contractas nuptias, vt inquit Iacob. de Arena ad l. in inſulam §. 1. ff. ſoluto matrim. & per eundem Bart in eodem. § creditum num. 5. in fi. & 6. in princ. nec non 7. circa fin. Si verò extra huiuſmodi caſum vt puta, quia omnes dixerint aliquid factum eſſe ante nuptias, intelligitur ante nuptias contractas, vt rectè docet Bart. in d. § creditum num 7 in fi. ex cuius dictis cõſtat regulam hanc traditam de verbo, ante, habere, & locum in verbo. poſt.

6 Regula igitur eſt, vt dictiones, ante, & poſt, tempus ſignificent, quod actum eſt nõ finitum antecedit, vel ſubſequitur, vt per Alciat. ad l. anniculus in §. ante de verb. ſignif.

7 Limitatur, vt procedat in actu inſtantaneo, ſecus in actu habente tractum vſque ad ſui perfectionem, vt annus, menſis, cæna, bellum, in quibus dictiones, ante, & poſt, referuntur ad finem ante & poſt annum finitum, ante, & poſt finitum bellum l. ſtipulationes nõ diuiduntur. §. 1. l. qui ante calẽdas vbi gloſ. ff. de verbor. oblig. Bart. ad l. 2. in §. creditum. ff. ſi cert. pet. num. 7.

8 Limitatur Secundo, vt procedat in actibus ſucceſſiuis, & habentibus tractum poſt perfectionem, vt nuptiæ, quando diſpoſitiuè ſunt memoratæ dictiones prolatæ, ſecus ſi enunciatiuè Bart. in d. §. creditum num. 5.

9 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni deroget, quando alioqui ſequeretur cõtrarietas, puta inter teſtes, quorum alter diceret, ante nuptias, alter poſt nuptias, tunc enim fieret interpretatio, vt alter voluerit dicere ante nuptias finitas, alter poſt nuptias contractas, & ſic idem ſignificaret, ante, quod poſt, vt per Bart. in d. §. creditũ num. 5. in fin. & 6. ſecus aũt ſi nulla ſequatur contrarietas nam tunc ſignifi carent ante nuptias contractas, & poſt nuptias contractas l. ſancimus. C. de nupt.

ARGVMENTVM.

An, & qui ſit, & quomodo actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt, euaneſcat.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ intrinſecæ ſunt materia, & forma.*

2 *Actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt, defectu formæ, euaneſcit.*

3 *Forma dat eſſe rebus.*

Species quæ poſſunt reuerti ad rudẽ materiam, ſublata forma, deſinunt eſſe.

4 *Subſtitutiones, ſublatis conditionibus, quæ ſunt de forma earũ, euaneſcerent.*

5 *Teſtamentum rumpitur agnatione ſui hæredis.*

6 *Agnatio ſui hæredis, qui reperit ſe præteritum, deſtruit formam, & obſeruationem teſtamẽti*

7 *Actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt, defectu materiæ ex qua, euaneſcit.*

8 *Teſtamentum, remota teſtatoris voluntate, infirmatur.*

Voluntas, quædam volens, quædã volita.

9 *Legatum, remota teſtatoris voluntate, euaneſcit.*

10 *Contractus, remota contrahentium voluntate ipſo iure, vel ope exceptionis, euaneſcunt.*

11 *Actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt defectu ſubiecti, vel materiæ in qua, ſi deffectus ſit totalis, & eſſentialis euaneſcit.*

12 *Vſusfructus, ſublato corpore, in quo eſt euaneſcit*

13 *Actus deueniens ad caſum, a quo incipere nõ poteſt defectu accidentalis, et nõ totalis, materia in qua, non euaneſcit.*

Signi-

Digitized by Google

14 *Stipulari viam, iter, actum ad fundum communem ſocius non poteſt, ſi tamen is, qui ſtipulatus fuerat, duos hæredes relinquerit, ſtipulatio, & conſtituta ſeruitus non extinguitur.*

15 *Actus deueniens ad caſum, a quò incipere non poteſt defectu materię circa quam, in cuius locum lex aliam non ſubrogat, euaneſcit.*

16 *Tutela finitur, ſi pupillus efficiatur pubes*

17 *Teſtamentum, vel legatum infirmantur, ſi hæres, vel legatarius prędecedãt, vel alia ratione efficiãtur incapaces.*

18 *Cauſa, ob quas legatarij, & hęredes fiunt incapaces, quæ remiſſiuè.*

19 *Legatum, & contractus, euaneſcunt, ſi res legata, vel in ſtipulationem deducta pereat, vel eximatur a commercio.*

20 *Actus deueniens ad caſu, a quo incipere non poteſt, defectu materia, circa quã, in cuius locum lex ſubrogat aliam, nõ euaneſcit.*

21 *Legatum, vel Contractus non euaneſcit, ſi res legata, vel in contractum deducta pereat facto, & culpa debitoris.*

22 *Legatum factum perſona, vel loco pio non intuitu perſonæ vel loci, ſed intuitu animæ, ſi locus pius deſtruatur, vel incapax efficiatur vel perſona moriatur, nõ euaneſcit, ſed ad alium piũ locum & vſum transfertur.*

23 *Cauſæ extrinſeca, ſunt efficiens, & finalis.*

24 *Actus deueniens ad caſum a quo incipere non poteſt, deficiente cauſa finali in totum, euaneſcit, ſecus ſi pro parte.*

25 *Actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt, defectu cauſæ efficientis, niſi poſſit perfici ab alia cauſa, euaneſcit.*

26 *Teſtantum vel contractus captus, ſuperueniente morte, vel furore in teſtatore, vel contrahente, antequam perficiatur euaneſcit.*

27 *Actus perfectus, deueniens ad caſum, a quo incipere non poterat defectu cauſæ finalis, non euaneſcit.*

28 *Actus perfectus, deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt defectu cauſę inductiua, & conſeruatiua, euaneſcit.*

29 *Obligatione ſublata tollitur actio.*

30 *Vxore vel viro ſublato, tollitur matrimonium.*

31 *Actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt, defectu cauſæ inductiua tantum, ſi defectus ſit facti, non euaneſcit*

32 *Donatio facta mulieri non euaneſcit, ſi cum ea poſtea donator matrimoniũ contrahat.*

33 *Furor ſuperueniens contractum vel teſtamentum ritè factum non vitiat.*

34 *Contractus deueniens ad caſum, a quo incipere nõ poteſt defectu iuris in cauſa inductiua, non euaneſcit.*

35 *Vltima voluntas, ſuperueniente defectu iuris in cauſa efficiente, quæ teſtatorem inteſtabilem reddat euaneſcit.*

36 *teſtamenti factio actiua in teſtatore eſt qualitas inductiua, & conſeruatiua teſtamenti.*

37 *Teſtatore capite minuto, infirmatur teſtamentum, ita tamen vt poſſit reconualeſcere.*

38 *Teſtamentum, etiam morte confirmatũ euaneſcit, ſi in cauſa efficiente detegatur defectus, ob quem etiam memoria illius veniat damnanda.*

39 *Hæres deſinit eſſe hæres ob crimen Læſæ Maieſtatis teſtatoris.*

40 *Actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt, defectu cauſa intrinſecę, euaneſcit.*

41 *Limitatur primum, ſi ſuperueniat defectus tantum accidentalis in materia in qua.*

42 *Limitatur ſecundo, ſi ſuperueniat defectus, in materia circa quam, in cuius locum lex aliam, ex cauſa, ſubrogauit*

43 *Actus deueniens ad cauſum, a quo incipere non poteſt, defectu cauſa extrinſeca, non euaneſcit.*

44 *Limitatur primum in actu incoato*

45 *Sublimitatur, quando cauſa finalis in totum non deficit, vel actus poteſt perfici ab alia cauſa efficiente.*

46 *Limitatur ſecũdo etiã in actu perfecto, ſi ſuperueniat, defectus in cauſa inductiua,*

Digitized by Google

ctiua, & conſeruatiua ſimul.

17 *Limitatur tertio in vltimis voluntatibus, in actu etiam perfecto, quando ſuperuenit defectus iuris, in cauſa inductiua tantum.*

DISTINCTIO XXII.

CONſueui ego in hac materia, in qua regulæ reperiuntur contrarię, hoc modo diſtinguere Aut actus
1 deuenit ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu alicuius ex cauſis intrinſecis, cuiuſmodi ſunt materia & forma, Aut ob defectum cauſarum ex-
2 trinſecarum. Primo caſu. Aut deficit forma, Aut materia, vel ſubiectum, Si deficit forma, quæ dat eſſe rei, l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibendum, ſine dubio actus euaneſcit. Hinc ſpe-
3 cies, quæ redigi poſſunt ad rudem materiam, ſublata forma, deſinunt eſſe, vt colligitur ex. § cum ex aliena, in fin.
4 Inſtit. de rerum diuiſ. Hinc, ſi conditiones, quæ ſunt ſubſtitutionum directarum formę tollantur, puta conditio ſi hæres non erit, à vulgari, conditio ſi hæres erit, & deceſſerit in pupillari ætate, à pupillari, & ſic de alijs, euaneſcunt ſubſtitutiones, vt poſt Crot. ad rub. C. de Impub. & alijs ſubſtitutionibus nu. 17. docuimus etiam nos ſub
5 num. 44. cum ſeq. Hinc etiam teſtamẽtum ſui hæredis agnatione infirmatur Inſtit. in princ. quibus modis teſtam.
6 Infir. in quo præteritus ſuus hæres, qui agnaſcitur reperitur, & conſequẽter deficit teſtamenti forma, & obſeruatio, quæ eſt, vt in teſtamento inſtitutus ſit, vel exhæredatus, non præteritus. Inſtit. in princ. de exhęred. liber.
7 Si vero materia deficiat vel ſubiectũ, Aut defectus contingit in materia ex qua, Aut in materia alterius generis, Si in materia ex qua actꝰ euãſerit, hinc ſublato marmore, deſtruitur ſtatua,
8 & combuſto ligno, Nauis euaneſcit, Hinc etiam remota teſtatoris voluntate volita, vt ſcolaſtico vtar vocabulo, ideſt acta voluntatis volentis, quæ eſt uera teſtamenti materia ex qua, euaneſcit teſtamentum §. poſteriore inſti.
9 quib. mod. teſta. infirm. eodem quoque modo, remota teſtatoris volũtate, euaneſcit legatum, toto tit. Inſtit. & ff de
10 adimen. lega. Idem quoque affirmari poteſt de contractibus, remota enim contrahentium uoluntate, aut ipſo iure euaneſcunt contractus, qui ſcilicet ſolo conſenſu ſunt celebrati, iuxta tex. in § ult Inſtit. quibus modis tollitur obligatio, uel ope exceptionis, ut puta quando fit pactum de non petendo iuxta text. in l. ſi unus in § pactus ne pet ff. de pact. cum ſimul. Si verò defi-
11 ciat alterius generis materia Aut eſt materia in qua, Aut circa quam, Si materia in qua, Aut defectus eſt totalis & eſſentialis, Aut accidentalis Pri-
12 mo caſu euaneſcit Inſtit. in princ. de vſufructu l. 2. ff. eodem; Sublato enim corpore cuius vſufructum habemus, & ipſum tolli neceſſe eſt dd. iuribus.
13 Secundo autem caſu nequaquam l. pluribus. § etſi placeat. ff. de verb. ob-
14 lig. vbi, licet ſtipulari viam, iter, actũ ad fundum communem, ſocius non poſſit, tamen, ſi is, qui ſtipulatus fuerat, duos hæredes reliquerit, ſtipulatio, & conſtituta ſeruitus non extinguit d. §. etſi placeat vbi Bart. & DD.
15 Si vero deficiat ſubiectum, vel materia circa quam, Aut verſamur in caſibus, in quibus ex cauſa lex tacitè, vel expreſsè in locum vnius materiæ, nõ ſubrogat aliam, Aut in caſibus, in
16 quibus ſubrogat. Primo caſu euaneſcit Hinc, ſi pupillus fiat pubes, extinguitur tutela inſtit. in princ. quibus modis tutela finitur. Hinc ſi hæres ante
17 teſtatorem moriatur, vel legatarius ante quàm dies legati cedat, vel alia ratione amitant teſtamenti factione paſſiuam, & incapaces efficiantur. §. poſteriore in fin. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm. l. ſi poſt in princ. ff quando dies legati cedat l. intercidit. ff. de cond. &
18 demonſt. cauſæ autem, ob quas hæres fit incapax hæreditatis, & legatarius legati, ſunt quam plurim. quas ſumma

tim

Digitized by Google

tim ſcribit Nicol.Vig.in ſua methodo iuris ciuilis part.4.lib. 12.c.8. Hinc
19 vt ſi res legata vel promiſſa pereat, aut ex prophana ſacra, vel religioſa fiat, & ſeruus homo liber, vel moriatur, euaneſcit legatum. § ſi res legata, Inſtit.de leg. & ſtipulatio. d. §. 1.Inſtit. de inutil. ſtipul. l. ſi ſeruum ſticum in princip. &c.§ 1. & l. inter ſtipulantem §.ſacram.ff. de verb.oblig.Secundo aūt
20 caſu non euaneſcit legatū, vel ſtipula-
21 tio, propterea, quòd ſi res legata, vel in ſtipulationē deducta facto vel culpa hæredis, vel promiſſoris pereat, vel à comercio eximatur, non infirmatur contractus, vel vltima voluntas. §.1. Inſtit.de inutilib.ſtipula.& d.l.ſi ſeruū ſticum in prin. &c.§.1.cum ſequenti.ff.
22 de verb. oblig. Hinc etiam legatum factum loco pio, non intuitu loci, ſed contemplatione piæ cauſę, & intuitu animę, ſi pius locus deſtruatur, aut incapax efficiatur, non euaneſcit legatum, ſed ad alium pium locum trāſfertur, arg.l.legatum ciuitati.ff. de vſufr. leg. tradit Bart. ad l. patet filium in §. Tuſculanus ff de leg.3. vbi dicit idem eſſe ſi teſtator relinquat certæ perſonę pro anima, relicturus alij, nam tūc quoque perſona illa deficiente, cōuertitur legatum in aliū pium vſum, idem ſcribit etiam Petr. de Anchar. ad clem.2. de reli.do. nec non Abbas ad c.nos quidem extra de teſtam.nu.14. quē refert ſequitur Silueſter in ſua ſumma, in verbo legatum 1. nu.14. quo loci vult etiam Abbas, vt ſi aliqua quantitas relinquatur certæ puellæ, puta Titiæ, maritandæ, & Titia moriatur anteaquā relictum conſequatur, ſi teſtator reſpectum habuit, non ad fauorem puellæ, ſed ad animam, legatum non expirare, ſed ad aliam puellam maritan-
23 dam conuerti debere. Quod ſi actus deuenit ad caſum, a quo incipere non poterat, defectu cauſæ extrinſecæ; cuiuſmodi eſt efficiens, & finalis, rurſus diſtinguēdum eſt, quia Aut loquimur de actu incoato, & nō conſumato, Aut de perfecto, & conſumato, Si de incoato, Aut defectu cauſæ finalis, Aut defectu cauſæ efficientis. Primo caſu,
24 Aut finis deficit pro parte, Aut in totum, Si pro parte nō euaneſcit argum. §.affinitatis & §. ſocrum quoq; Inſtit. de nupt. facit § alteri & §.ſequens In-
25 ſtit. de inutilib. ſtipula. Si defectu cauſæ efficientis, Aut actus incoatus poteſt perfici ab alia cauſa, veluti domus, quæ ab vno fabro cępta, poteſt ab alio perfici, & non euaneſcit, Aut ab alia cauſa perfici non poteſt, & euane-
26 ſcit, vt ad ſenſum patet. Hinc, ſi contrahens vel teſtator, qui cœperat contrahere, vel teſtari, incidat in furorem vel moriatur, actus cœptus nullus eſt. §. ex eo autem. Inſtit. quibus modis teſtam.infirm. Si verò loquimur de actu
27 perfecto & conſumato, Aut ſuperuenit defectus finis, Aut defectus cauſæ efficientis, Si defectus finis, non euaneſcit, vt ad ſenſum patet, Nam ſi exēpli gratia tollatur nauigatio, non propterea ſtatim corruunt Naues, nec, ſublatis Comedijs, & Tragedijs, Thea-
28 tra tollerentur, Si defectus cauſæ efficientis, Aut cauſæ efficiens eſt inductiua, & conſeruatiua, Aut inductiua tantum, Primo caſu euaneſcit, hinc
29 ſublato igne tollitur calor, ſublata obligatione tollitur actio, toto tit. quibus modis tollitur obligatio, & ſubla-
30 to viro, vel vxore tollitur, & diſſoluitur matrimonium. §. deinceps ff. auth.
31 de nupt. Secundo caſu, Aut ſuperuenit in cauſa efficienti defectus facti, Aut defectus iuris, Si defectus facti
32 non euaneſcit, hinc donatio facta mulieri nō euaneſcit, ſi cum ea poſtea donator matrimonium contrahat l. ſi
33 Gaudentius.ff de contrah.emp. nec furor ſuperueniens in contrahente vel teſtatore contractum vel teſtamētum ritè factum infirmat. §. prętereà verſ. furioſi Inſtit. quibus non eſt permiſſū facere teſtamentum, facit l.qui furere ff de ſtat homi. l.patre furioſo ff. de his
34 qui ſunt ſui, vel alie.iur. Si verò ſuperueniat defectus iuris, Aut verſamur in contractibus, Aut in vltimis volū-

Digitized by Google

tatibus,Si in contractibus non euaneſcit.l. 2.§.1.& §.hi qui.ff de capitis di
35 minut.Si in vltimis volũtatibus, Aut verſamur in his, quæ non ſunt morte confirmatæ, Aut in illis quæ teſtatoris morte ſunt confirmatæ. Primo caſu, vbicunque teſtator ſit inteſtabilis, euaneſcunt, & ſic per defectum iuris, in cauſa efficienti, teſtamentum eua-
36 neſcit, teſtamenti enim factio actiua in teſtatore eſt qualitas inductiua, & conſeruatiua teſtamenti. Hinc, ſi teſtator capite minuatur, teſtamentum
37 ab eo ritè factum infirmatur. §. alio quoque Inſtit.quibus modis teſtamenta infirmentur, ita tamen vt poſſit recõualeſcere vt in d.§.alio. Secũdo au
38 tem caſu, Aut defectus conſiſtit in crimine, pro quo etiam damnatur memoria defuncti poſt mortem, vt in Crimine Læſæ Maieſtatis, Aut in alio defectu, Si in Crimine Læſę Maieſtatis, teſtamentum, etiam morte confirma-
39 tum, euaneſcit, & hæres deſinit eſſe hæres.l.meminiſſe cũ ſeq.in 1.reſponſ. C.ad l.Iuliam Maieſtatis,Si verò conſiſtit in alio quolibet defectu, euaneſcit tantummodo anteaquam ſit morte confirmatum,vt ſupra.

40 Eſt igitur conſtituenda prima regula affirmatiua. Actus deueniẽs ad caſum a quo incipere non poteſt, defectu cauſæ intrinſecę,cuiuſmodi ſunt materia & forma, euaneſcit,§.1. inſtit.quibus mod. teſtamenta infirmentur.§.1. Inſtitut.de inut.ſtip.l.2.de vſufr.l. ſeruum ſtichum in princip. & §.1.l.inter ſtipulantes. §. ſacram. ff. de verbor. obligat.

41 Limitatur Primum,vt procedat quãdo deuenit ad caſum,a quo incipere nõ poteſt defectu totali, & eſſentiali materiæ vel formæ, Secus ſi defectu accidentali materiæ in quã, vel ſubiecti.l. pluribus §.& ſi placeat.ff.de verb. obligat.

42 Limitatur Secundo, vt non procedat quando deuenit ad caſum à quo incipere non poteſt defectu ſubiecti,& materiæ circa quam, in cuius locum lex,ex cauſa aliam ſubrogauit.§.1.inſtitut. de inut. ſtipul.l.ſi ſeruum Stichũ in prin. &.§.1.cum ſeq.ff.de verb. obligat.

43 Secunda autem Regula ponenda eſt negatiua. Actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt defectu cauſæ intrinſecę non euaneſcit.§. præterea verſ. furioſi, inſtit. quibus non eſt permiſ. fac. teſt.l.ſi Gaudentius.C.de contrahen.empt.

44 Limitatur primum, vt procedat in actu perfecto, ſecus in inchoato.§. ex eo aut.Inſti.quibus modis teſt.infirm

45 Sublimitatur, vt concluſioni deroget in actu inchoato.quãdo cauſa finalis vel efficiens in totum deficiunt, ita vt actus perfici ab alia cauſa non poſſit,ſecus ſi finis non deficiat in totum, vel actus poſſit perfici ab alia cauſa efficienti. §. ſocrum, &.§.affinitatis inſtit.de nupt.tunc enim non euaneſcit.

45 Limitatur ſecundo, vt nec procedat in actu perfecto,quãdo ſuperuenit defectus in cauſa efficienti inductiua, & conſeruatiua ſimul, cuiuſmodi eſt ignis reſpectu caloris, & obligatio reſpectu actionis,nec non coniuges reſpecto matrimoni,nã tunc quoque actus euaneſcit d.§. deinceps, in auth. de nupt.

47 Limitatur Tertio, vt nec locum ſibi vendicet in actu perfecto, ſuperueniẽte defectu in cauſa efficienti inductiua tantum, Si defectus ſit iuris, qui non modo actum, ſed etiam potentiam agendi adimat, & verſamur in vltimis voluntatibus, nam tunc etiam ob defectum cauſæ efficientis, & inductiuæ,tantum, euaneſcit vltima voluntas. §. alio quoque Inſt.quibus mod. teſtam.infirm.interdum etiam ſi morte ſit confirmata.l.meminiſſe cum ſeq. C.ad.l.Iuliam maeſtat.

ARGVMENTVM.

An. & quando vna determinatio, reſpiciens plura determinabilia, debeat ea pariformiter determinare.

Sum-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *DEterminatio vna, non determinat æqualiter ſua determinabilia, vbi æqualis determinatio eſt impoſſibilis.*

2 *Manumiſſo refertur, tam ad ſeruos, quã ad liberos*

3 *Determinatio vna, non determinat ſua determinabilia æqualiter, vbi eſt diuerſa ratio*

4 *Subſtitutio breuiloqua vocat prius inſtitutione coniunctos, deinde diſiunctos.*

5 *Determinatio vna determinat ſua determinabilia æqualiter, vbi eſt eadem ratio, niſi ex coniectura conſtet de contraria voluntate diſponentis*

6 *Inſtituens filium & nepotem, intelligitur illos ordine ſucceſſiuo vocare.*

7 *Regula eſt affirmatiua.*

8 *Limitatur ſi determinatio æqualis ſit impoſſibilis.*

9 *Limitatur ſi vigeat diuerſa ratio.*

10 *Limitatur etiam vbi viget eadem ratio, ſi conſtat de contraria voluntate; ſaltem ex coniectura.*

DISTINCTIO XXIII.

PLuribus modis reperitur à DD. declaratum eiuſmodi problema, & plerique faciunt diferentiam ad l. iam hoc iure. ff. de vulg & pupill. & ad l. Gallus in §. 1. ff. de liber. & poſthũ. inter diſpoſitionem hominis voluntariam, & neceſſariam, Qua tamen in re nullum, vt arbitror, fieri poteſt fundamentum, ex his quæ tradit in d. §. 1. Soc. Iun. num. 26. Quamobrem ego breuiter, ad mentem Interpretum, rectius opinantium, breuiter ſic diſtin-
1 guo. Aut æqualis determinatio eſt impoſſibilis, Aut poſſibilis, Si impoſſibilis, vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, ſine dubio non determinat æqualiter, & vniformiter, vt, poſt Alex. & alios tradit Dec. ad l. in teſtamento C. de teſtam. milit. nu. 8. verſ. 3. reg. Docet etiam Coraſ. ad l. 2. C. de impub. & alijs ſubſtitu. nu. 22. per text. iuncta gloſ. in l. 2. de offi. pro
2 conſul vbi verbum manumitti, quod tã ad ſeruos, quã ad liberos refert, nõ poteſt vtrumque æqualiter, & propriè determinare, cũ impoſſibile ſit filios, & liberos, qui propriè emancipantur, proprie manumitti, & licet poſſit dubitari, an text. ille probet hanc declarationem per l. liberum. ff. de adopt. vbi verbum manumittere, tanquam commune, & generale, ad filios, & liberos refertur, declaratio tam eſt veriſſima. vt ad ſenſum patet Secundo autem caſu, Aut diuerſa eſt ratio, & fauor, Aut
3 eadem ratio, & idem fauor in vtroq; Si diuerſa eſt ratio, & fauor, determinatio vna, reſpiciens plura determinabilia, non æqualiter determinat. l. cohæredi. §. qui diſcritas ff. de vulg. & pupill. l. Caius. ff. ſolut. matrim. l. Mulieri & Titiæ ff. de condi. & demonſt. § præterea Inſtit. de Inutilib. ſtipula. l. ſi ita ſcriptum ff. de manumiſs. teſtam. Tradit Alex ad l. in teſtamento C. de teſtam mili. vbi etiam Decius num. 8. in 1. & 2. limitatione. Idem Alex. cõſ. 97. incipit viſo teſtamento vol. 4. Tradit Ange. ad §. hinc nobis in Auth. de hæred. & falcid. Iaſ. poſt Alex. ad l. iã hoc iure ff. dé vulg & pupill. num. 11. Coraſ. ad l. ſecundam C. de Impub. & alijs ſubſtit num. 21 & ibi Curt. Iun. num 19. Hinc, ſi quis Titium, & Sempronium cõiunctim in beſſe inſtituat. & Stichum, ac Pamphilum in triente, deinde omnes inuicem ſubſtituat, Sticho non adeunte, prius ad illius partẽ admittitur Pamphilus, qui cum deficiente erat cõiunctus, deinde cæteri hæredes, non autem vniformiter om-
5 nes d. §. qui diſcretas. Si vero eadem eſt ratio, & fauor, Aut verſamur in dubio, Aut conſtat de voluntate loquentis, ex iuris, vel facti coniectura, Si verſamur in dubio ſemper fit determinatio vniformis d. l. iam hoc iure, & l. quamuis. C. de Impub. & alijs ſubſtitut & propterea, ſi Titius & Sempronius inſtituti, inuicem ſubſtituantur, & eorum alter ſit pubes, alter impubes,

pubes, non intelligitur facta pupillaris, quæ in vtroque locum habere non poteſt, ſed tantum vulgaris, vt uniformis ſiat determinatio. Si vero conſtat de voluntate diſponentis ex aliqua iuris vel facti præſumptione, intelligitur diſpoſitio ſecundum coniecturatá diſponentis mentem, & conſequenter modo vniformiter determinat, modo difformiter, ſecundum mentem proferentis, vt rectè ſentit Coraſ. in d. l. 2. C. de impub & alijs ſubſtitu. num. 22. facit optimè d. l. 2. & l. quamuis. C. de

6 impub. & alijs ſubſtitu. Hinc filium, & nepotem inſtituens, non eos vniformiter, & ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo intelligitur vocare, ita gradus prærogatiua ſuadente, & præſumpta teſtatoris, ex ordinata charitate voluntate, & ita intelligo d. l. Gallus in §. quidam rectè ff. de lib. & po thu. facit tradita per Iaſ ad l ſi pater, huius initij 2. C. de hæred. inſt. vbi etiam Alberic. num. 2. & per Card. Mantic. de coniec. vlt. volunt. lib. 12. tit 17. num. 27.

7 Regula igitur eſt affirmatiua, vnà determinatio, reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare l iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. l. quamuis. C. de impub. & alijs. ſubſtit. & vtrobique DD. cõmuniter

8 Limitatur Primo, vt locum habeat quando æqualis determinatio ſit poſſibilis, Secus ſi impoſſibilis, vt per Dec. poſt Alex. ad d. l. in teſtamento C. de teſtam mil. nu. 8.

9 Limitatur Secundo, vt locum ſibi nõ vendicet, quando inter determinabilia diuerſa eſt ratio, tunc enim non determinat vniformiter d. l. cohæredi in §. qui diſcretas ff. de vulg. & pup ll. cũ cæteris latiſſime ſupra adductis in corpore diſtinctionis.

10 Limitatur etiam Tertio, in caſibus, vbi viget eadem ratio in omnibus determinabilibus, ſi de contraria conſtat voluntate diſponentis, ſaltem ex cõiectura, vt docuimus ẽt nos ad l. quãuis. C. de impub. & alijs ſubſtit. nu. 96. circa finem.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo, à Principali inferatur ad acceſſorium.

SVMMARIVM.

1 *A Principali, cõſiderato cum ſua qualitate relatiua, ad acceſſorium, infertur de neceſſitate, eſt fundus inſtructus, ergo habet inſtrumentum, eſt ſeruus peculiaris, ergo habet peculium.*

2 *A principali, conſiderato ſine qualitate relatiua, ad acceſſorium infertur quo ad iuris diſpoſitionem, non quo ad ſubſiſtendi conſequentiam.*

3 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & ad illud trahitur.*

4 *Principali conceſſo, intelligitur conceſſum in dubio etiam acceſſorium.*

5 *Principali ſublato, in dubio, intelligitur ſublatum etiam acceſſorium.*

6 *A principali infertur ad acceſſorium.*

7 *Limitatur quãdo conſideratur ſine qualitate relatiua.*

8 *Sublimitatur, vt concluſioni deroget, quo ad ſubſiſtendi conſequentiam, non quo ad præſumptã hominis diſpoſitionem.*

DISTINCTIO XXIIII.

1 HAnc iuris controuerſiam ad rubr. C. de edendo nume. 80. ſic diſtinguẽdo ſoluebamus. Aut conſideratur principale, vt principale, & cum qualitate relatiua, & de eo infertur ad acceſſorium, tenet .n. hæc ſequela, eſt fundus inſtructus, ergo habet inſtrumentum, eſt ſeruus peculiarius, vel ordinarius, ergo habet peculium; Aut conſideratur ſimpliciter, non quatenus habeat qualitatem relatiuam, & tunc iterũ diſtinguẽdũ eſt, [illegible] nunquid ratione

2 tione ſubſiſtendi conſequentiæ, de exi
ſtētia principalis inferatur neceſſario
ad exiſtentiam acceſſorij, & conclu-
dendum eſt negatiuè, quia non tenet
ſequela, eſt fundus, ergo habet inſtru
mentum, eſt ſeruus, ergo habet pecu-
lium. Aut dubitamus, an inferatur de
principali ad acceſſorium, quia diſpo-
ſitio hominis, facta in principali, ha-
beat etiam locum in acceſſorijs,
& tunc, in dubio, concludendum eſt
3 affirmatiuè, quādoquidem acceſſoriū
ſequitur naturam ſui principalis, & ad
illud trahitur. l. cum principalis, ff. de
reg. iur. c. acceſſorium vbi gloſ. & Dy-
nus eod. tit. li. 6. l. fundi. §. vltimo ff. de
fund. inſtruct. l. vltima C. de non num.
pec. l. vltima. C. de conſtit. pecu. §. libe
4 ris, Inſtit. de pupill. Hinc, principali cō
ceſſo, intelliguntur etiam conceſſa ac-
ceſſoria l. detrahere legatis. ff. de alim.
leg. l. 2. §. inſpectio ff. quemadmodum
teſtam. aperia. l. 1. l. vltim. ff ſi vſusfru-
ctus petat. l. 2. ff de iuriſdit. om. iudic.
vbi gloſſ. & DD. & in primis Sebaſtia
nus Sapia nume. 3. & Bologn. num. 48.
cum ſeqq. l. quædam. C. ubi & apud
quos. cap cauſa, extra de reſtit. ſpoliat.
Canone quo iure. 8. diſt in. Canone, mo
nacus. 16 q. 1. Sublato euoque princi-
5 pali, tollitur acceſſorium, arg. d. l. cū
principalis de reg. iur. tex. eſt in l. 2. ff.
ſi quis cautionibus, in l. eos. C. de vſur.
in l. non dubium C. de leg. & in l. cum
lex. ff. de fideiuſſo. Sed an & quando di
ſpoſitio de principali poſitiua, vel pri-
uatiua, habeat locum in acceſſoris, ali-
bi ſeparatim docebimus Interim vide
ri poteſt Cyn. ad l. 2. C. de luitione pi-
gnoris num 4. 5. 6. & 8. vbi conſiderat
quatuor acceſſionum genera, & lariſſi
mè ac notabiliter diſtinguit, & li. j. Re
gular. Iur. Ciuil. & pontificij in verbo
acceſſorium, ponuntur regulæ cū ſuis
limitationib.

6 Nunc autem ponenda eſt, in propoſi-
to, concluſio affirmatiua, videlicet à
principali infertur ad acceſſorium ar-
gum. d. l. cum principalis.

7 Limitatur hęc concluſio vt locum ha
beat, ſi principale conſideretur cum
qualitate relatiua, Secus, ſi ratione nō
habita dictæ qualitatis.

8 Sublimitatur hæc limitatio, vt con-
cluſioni deroget, inſpecta ſubſiſten-
di conſequentia, Secus autem in-
ſpecta hominis diſpoſitione, quia re-
gulariter diſpoſitio facta in principali
habet, locum etiam in acceſſorio, per
ea quę fuerunt mox à nobis copioſè
adducta, in calce huius diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo ex præparatorijs inferatur ad principale.

SVMMARIVM.

1 *A Præparatorio, quod præcedit natura, non tempore, ad principale, quod ineſt actualiter in eo, tamquam in ſua neceſſaria cauſa, neceſſariò infertur.*

2 *Sole, & igne dato, datur dies, & calor.*

3 *Contractu dato, datur obligatio.*

4 *Sillogiſmi præmiſſis extremitatibus, concluſio ſequitur de neceſſitate.*

5 *A præparatorio, quod pręcedit tempore ipſum principale, & rationem cauſæ neceſſariæ non habet, infertur mentaliter, & præſumptiuè ad principale, nō actualiter.*

6 *Sponſalibus datis, non neceſſariò ſequitur matrimonium actuale.*

7 *Citatione, & alijs præparatorijs iudicij datis, nō ſequitur de neceſſitate actuale iudicium.*

8 *Diſpoſitio, quę locum habet in re principali, in ijs, in quibus potius, quàm veritas & effectus inſpicitur præſumptio, & affectus, habet locum etiam in præparatorijs.*

9 *Homicidij præparatoria adhibens, de homicidio præſumpto vel mētali tenetur*

10 Punitur affectus licet non ſequatur effe ctus in atrocibus.

11 Defendens in Iudicio præparatorio in eadem quoque cauſa principali cogitur ſuſcipere defenſionem.

12 Præparatorium eligens videtur illud quoque eligere cuius cauſa præparatur.

13 Homicidij ex præparatorijs, homicidiũ præſumitur.

14 Seruitute aditus ad fontem conceſſa, præſumitur conceſſio aquæ hauſtus.

15 Adulterium præſumitur ex oſculis impudicis.

16 A præparatorijs infertur ad principale.

17 Limitatur in præparatorijs, quæ præcedant tempore.

18 Sublimitatur, vt deroget concluſioni inſpecta veritate, & effectu, non inſpecto affectu, & præſumptione.

DISTINCTIO XXV.

VT in hac materia cõtraria om
nia concilientur, ſic diſtingui
mus. Aut loquimur de præ-
1 paratorijs, quæ præcedunt principale
natura, non tempore, quia ſcilicet prin
cipale, tamquam effectus, ſit in præpa
ratorio actualiter, tamquam in ſua
neceſſaria cauſa, quemadmodum lux
in Sole, calor in igne, obligatio in cõ-
tractu puro, & concluſio in præmiſſis,
iuxta tradita per Nicol. Vigel. in ſua
dialectica iuris lib. 1 cap. de effectis, nõ
autem potentia & virtute tantummo
do, quemadmodum calor in Sole, &
tunc ſemper de preparatorio infertur
2 neceſſariò ad principale, hinc dato So
le, & igne, datur dies, & calor, dato cõ
3 tractu, datur obligatio, & in Syllogiſ-
4 mo datis propoſitionibus, & præmiſſis
extremitatibus, quaſi quibuſdam præ
paratorijs, concluſio, quæ principali-
ter intenditur, ſequitur de neceſſitate.
5 Aut loquimur de preparatorijs, quæ
tempore præcedunt principale, ita, vt
non habeant rationem cauſæ, vel non,
cauſæ neceſſariæ, reſpectu principalis,
quod non actualiter, ſed ſecundum fa
cultatem, & in potentia tantum ſit in
præparatorio, & tunc rurſus diſtin-
guendum eſt, quia, Aut dubitamus,
vtrum à præparatorijs inferatur actua
liter, & realiter, Aut nunquid infera-
tur mentaliter, & præſumptiuè; Pri-
mo modo non infertur, Secundo infer
6 tur, hinc datis ſponſalibus, non de ne-
ceſſitate verum ſequitur, & reale ma-
trimonium; hinc ex præparatione lapi
dum, & cementorum, non ſequitur
verum, & reale opus, & ædificium, nec
7 ex præmiſſa citatione & alijs Iudicij
præparatorijs ſequitur reale Iudicium.
quamquam principalia hæc omnia,
veriſimiliter ab initio, ſunt in mente
præparantium, ſed multa deinde poſ-
ſunt accidere, quibus impediatur ſu-
peruenientia illius principalis, quod
8 temporis interuallo ſubſequitur. Hinc
in his, in quibus potius, quàm veri-
tas, & effectus inſpicitur præſumptio,
& affectus, diſpoſitio quæ habet locũ
in re principali, habet locum etiam in
præparatorijs, & ſic de vno ad aliud,
9 infertur. Et propterea, qui homicidij
præparatoria adhibuit, de homicidio
præſumpto, vel mentali tenetur, idem
10 in omnibus atrocioribus, in quibus
punitur affectus, licet non ſequatur
effectus, iuxta tradita per Felinum, in
tractatu ſuo de Conatu. Qui punitur
licet non ſequatur effectus, hinc, cum
11 defendens in iudicio præparatorio vi
deatur veriſimiliter propoſitum habe
re defendendi, etiam in iudicio prin-
cipali, in eadem quoque cauſa princi-
pali cogitur ſuſcipere defenſionem; Et
12 ideo dicebat Bart. in l. fi. C. de Codicil
lis eligentem præparatorium, videri
illud quoque eligere, cuius cauſa præ
13 paratur, Hinc ex præparatorijs homi
14 cidij homicidium præſumitur, & ex
conceſſione aditus ad fontem, conceſ-
15 ſio aquæ hauſtus, & ex oſculis impudi
cis arguitur præſumptiuè adulterium,
& hinc de præparatorijs tractans, pro
babiliter velle deinde de principali
agere videtur ponenda eſt ergo con-
cluſio affirmatiua.

16 A præ-

16 A præparatorijs infertur ad principale, argum. l. licet. §. ea obligatio de procura, iuncto. §. omnis ſtipula. & §. conditiones & vtrobiq; gloſſ. Inſtitut. de verb. oblig. tradit Bald. a l. Arethuſa ff. de ſtat. hom. nume. 9. facit l. his, qui cum telo. & l. ſi quis necandi. C. ad l. Corn. de Siccar. eſt textus optimus in l. qui proprio in §. item quæritur ff. de procura. vbi Bart. num. 3.

17 Limitatur hæc concluſio, vt procedat in præparatorijs, quæ præcedunt principale natura, non tempore, ita vt videantur illud in ſe actualiter, habere, vt contractus purus habet obligationem. d. l. licet. §. ea obligatio, ſecus autem in illis, quæ præcedunt tempore, ita vt non ſint niſi in facultate, & in via, ad principale, vt præparatio cementorum ad opus l. ſtipulatio §. opus. ff. de noui ope. nunciatione, & ſponſalia ad matrimonium l. item quia §. 1. ff. de pac. l. ſtipulatio ff. de iure dot. l. puellæ. ff. de ſponſalibus, nec non citatio, libelli oblatio, & alia quæ ſũt ante litem conteſtatam, ad iudicium ipſum perfectum l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi l. 1. ff. de plus petit cum alijs, à nobis adductis ad rub. C. de edendo num. 73.

18 Sublimitatur tamen hæc limitatio, vt deroget concluſioni, inſpecta duntaxat veritate, & effectu, ſecus autem inſpecto affectu, & præſumptione, ſeu veriſimili mente operantis, qua inſpecta, infertur etiam de præparatorijs ad illud principale, quod non niſi tẽporis interuallo ſequi poteſt. ex his, quæ tradit Bart. ad l. vlt. C. de Codicillis, cum alijs ſupra adductis in fine diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

An & quando ex principali inferatur ad præparatorium.

SVMMARIVM.

1 A Principali infertur ad præparatorium, etiam non neceſſarium, in his quæ pendent a voluntate diſponentis, & operantis, ſi appellatione principalis præparatorium quoque, inſpecta ſaltem verborum generalitate, continetur, ſecus in alijs.

2 Lex in argento potorio. ff. de auro & argento legato declarat.

3 Legato argento potorio, etiam colum niuarium intelligitur legatum, & vrceoli.

Colum niuarium quid.

4 De homicidio ad mandatum, vel coniuram, vel præparationem armorum nõ infertur, non ſunt enim præparatoria neceſſaria.

5 De principali neceſſario, tam ex parte ipſius, quam ex parte præparatorij, ad præparatorium ipſum infertur neceſſario, puta de die ad ſolem, de obligatione ad contractum.

6 De principali neceſſario ex parte ſua tãtum, quia ſine præparatorio eſſe nõ poſſit, ad præparatorium ipſum, infertur de neceſſitate.

7 Seruus proprius inſtitui hæres non poteſt quin liberetur in neceſſariam antecedentiam

8 De principali ad præparatorium infertur.

9 Limitatur vt non procedat in præparatorio non neceſſarie, vel neceſſario ex parte præparatorij tantummodo.

10 Sublimitatur quando ſaltem large, & generaliter appellatione principalis poteſt contineri præparatorium non neceſſarium.

DISTINCTIO. XXVI.

IN hac quoque iuris controuerſia, diſtinctione adhibita, contraria ſunt cõcilianda, iuxta ea, quæ tradidimus ad rubr. C. de edendo num. 76. Aut enim
1 præparatorium non eſt neceſſarium, Aut eſt neceſſarium, Vbi neceſſarium

Digitized by Google

non eſt, rurſus eſt diſtinguẽdum, quia, Aut verſamur in his, quæ pendent a voluntate diſponentis, vel operãtis, & appellatione principalis præparatoriũ quoque, reſpecta ſaltem verborum generalitate, continetur, & tunc de prin
2 cipali infertur ad præparatorium, & ita intelligo .l. in argento potorio, in princ.ff.de auro, & argento legato, vbi, legato argento potorio, non id tantummodo, in quo bibi poteſt, debetur, ſed etiam id quod ad præpatioñẽ bibendi comparatum eſt, veluti Colũ niuarium, & vrceoli, hæc enim quoq; argẽti potorij appellatione veniunt, vt ſentit etiam ibi Bartol. qui pro argumento ad principium d.l. in argento potorio, ſcripſit [appellatione præparati præparatorium cõtinetur. [Colum autem niuarium erat vas, quo veteres iniecta niue vinum colabant, ideſt trãſmittebant, partim vt alſius i. frigidius biberent, partim etiam vt liquidius, de quo Martialis in Apophoret. lib.14.

Attenuare niues norunt, & lintea noſtra,
Frigidior Colo non ſalit vnda ſuo.

Aut huiuſmodi conditiones, non
3 concurrunt, & tunc, de principali ad præparatorium non neceſſarium non infertur. Hinc de homicidio
4 ad mandatum, vel coniuram, vel præparationem armorum non infertur, ſunt enim hæc præparatoria accidentalia poſſibilia, & interdum probabilia, neceſſaria autem nequaquã, cum ſine illis poſſit homicidium contingere.§.is, qui de ponte, Inſtit. & toto tit.de leg.Aquil. facit etiam titulus extra de homicidio voluntaria, vel ca
5 ſuali, Vbi vero pręparatorium neceſſarium eſt, Aut ab vtraque parte, tam ſcilicet principalis, quam pręparatorij, neceſſarium eſt, Aut ab vna tantũ parte, ſi ab vtraque, vt in Sole, & die, in actione perſonali, & obligatione, quorum alterum, non poteſt dari ſine altero, pariter de principali ad præparatorium infertur, quod ſi pręparatorium eſt neceſſarium, ab vna tantum
6 parte, rurſus diſtinguendum eſt, Aut eſt neceſſarium ex parte principalis tantummodo, quia ſcilicet poteſt dari præparatorium ſine principali, principale tamen dari non poteſt, quin pręexitat præparatorium, vt contigit in inſtitutione hæredis ſerui proprij, reſpectu dationis libertatis, quando qui
7 dem datio libertatis poteſt habere locum in ſeruo proprio abſque hęredis inſtitutione, inſtitui tamen hæres non poteſt, quin liberetur in neceſſariam antecedentiam, Inſtit.in princ. de hæred.inſtit.& §.1.Inſtitu.quibus ex cauſis manumittere, licet vel non, & tunc quoque infertur de principali ad pręparatorium. Et propterea tenet ſequela ſeruus proprius eſt hæres inſtitutus. Ergo liberatus, vel manumiſſus tacitè, vel expreſsè d.princ. & d.§.1.
8 Quamobrem, in hac quoquè dubitatione regula ponenda eſt affirmatiua. De principali ad præparatorium infertur.l.licet.§.ea obligatio.ff de procur.
9 Limitatur, vt vendicet ſibi locum in præparatorio neceſſario vtrinque, vel ex parte ſaltem principalis, Secus in non neceſſario, vel in neceſſario ex parte pręparatorij duntaxat, non ex parte principalis.d.§. is qui de ponte, cum alijs ſupra adductis.
10 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni, non deroget, quando, ſaltem largè, & generaliter, appellatione principalis poteſt contineri præparatoriũ, quia tunc nulla etiam ſubſiſtente neceſſitate, ex veriſimili mente operantis, & diſponentis, de principali infertur ad pręparatorium, vt in d.l. in argento potorio.

ARGVMENTVM.

An, & quando Mulier, ob tactus impudicos, & oſculum libidinoſum, amittat dotem.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Mulier deoſculationi nõ conſentiẽs, nullam meretur pœnam.*
2 *Oſculans vi pudicam mulierem punitur pœna extraordinaria.*
3 *Oſculantem in publico filiam virginẽ, cuius amore erat accenſus, punire noluit Piſiſtratus Athenienſium Tiramus, lepidè vxori reſpondens, quę de eo ſummere ſupplicium volebat.*
4 *Oſculator violentus vltimo ſupplicio, ex Boſſio afficiendus.*
Petri Caballi I C laus.
5 *Mulier conſentiendo in dandis, & recipiendis viciſſim oſculis, vbi ex tali turpi luſu præſumi poteſt adulterium, amittit dotem ob adulterium præſumptum.*
6 *Adulterium cum clam, & occulte committi ſoleat, eſt difficilis probationis.*
7 *Adulterium coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt.*
8 *Adulterij commiſſi coniectura ſufficiẽs, ex ſolis oſculis impudicis, non inducitur, ſed futuri adulterij inditium duntaxat.*
9 *Oſcula impudica ſunt adulterij præludia.*
10 *Mulier, ob oſcula, vbi conſtat adulterium, quod committere potuiſſet, non eſſe ſecutum, non venit dote priuanda.*
11 *Oſculum conſuetudinarium, quo mulieres viros alienos, in Gallia excipiunt, non ordinatur ad adulterium.*
12 *Mulier honeſta alioquin, ſi concedat oſculum amanti, diuturno illius obſequio, precibuſque deuicta, excuſatur.*
13 *Iniuria non fit ſine Animo.*
14 *Mulier ob oſcula directa ad adulteriũ, ſi eam, ad extremam lineam perducta, panituerit, & quamquam non impedita, noluerit adulterium conſumare, excuſatur à pœna amiſſionis dotis.*
15 *Mulier, ob oſcula impudica, vbi per eã non ſtetit, ſed ob ſuperueniens impedimentum non commiſit adulterium, ſi maritum impudicum, & alienatum nuptiarum ſollicitatorem habeat, non punitur pœna amiſſionis dotis.*
16 *Delicta mutua compenſatione toluntur.*
17 *Mulierem, ob oſculum libidinoſum, adulterio non ſecuto, quia fuerit impedita, ſi virum pudicum habeat, dote priuandam eſſe ex communi ſententia.*
18 *Mulier regulariter, ob oſculum luxurioſum priuatur dote.*
19 *Limitatur quando vim patitur.*
20 *Limitatur ſecundo in oſculo conſuetudinario.*
21 *Limitatur 3 quando conſtat ſequutum non eſſe adulterium.*
22 *Sublimitatur ſi non ſit ſecutum, quia mulier, quæ virum pudicum habebat, adulterium non conſumauit, non quia noluerit, vel quia eam penituerit, ſed quia impedita non potuerit.*
23 *Sublimitatur ſublimitatio in muliere habente virum impudicum.*

DISTINCTIO XXVII.

IN difficillima hac iuris contrauerſia, quam latiſſimè diſputando, & diſtinguendo tractauimus ad Rub. C. de edendo nu. 82. cum pluribus ſeq. arbitramur hoc modo conciliandas, & cõponendas eſſe contrarias opiniones.
1 Aut mulier vim patitur, & deoſculationi non conſentit, Aut cõſentit. Primo caſu, nulli dubiũ eſt mulieré pœnam aliquam nõ mereri, potuit enim dicere, vt illa apud Theocritum.

Ne gloriare Satyriſce, inane oſculum eſſe dicunt.

Lauo os meum, & oſculum deſpuo.

Quem locum forte immitatus elegans Poeta, Hetruſcus ait.

Bocca baciata à forza
Se'l bacio ſputa ogni vergogna amorza.

2 Venit tamen puniendus violẽtus baſiator pœna extraordinaria ex traditis per Menochium lib. 2. de arbitr Iud centu. 3. caſu 287. nu. 2. quamquã 2
3 vt eſt apud Valerium Maximam lib. 5. cap. 1. Piſyſtratus Athenienſium Ty-

ramus

Digitized by Google

ramus, cum adoleſcens quidam, amo-
re filiæ ipſius Virginis accenſus, in pu
blico obuiam ſibi factam oſculatus eſ
ſet, hortante vxore vt de eo capita-
le ſupplicium ſumeret, Reſpondit, [ſi
eos, qui nos amāt interficiemus, quid
4 eis faciemus, quibus odio ſumus] Sed
durius agit, cum violentis baſiatori-
bus præſertim Virginū, Aegidius Boſ-
ſius qui reprehendendo Afflictum, in
titul. de extraordinarijs criminibus
nu.3. ſtatuit vltimo ſupplicio punien-
dos eſſe; Sed nouiſſimè plenius, quā
cæteri tangit de pœna viri turpiter de
oſculantis mulierem, vel puerum in-
uitum, doctiſſimus, & Conſultiſſimus
vir Petrus Caballus in ſuis reſolutio
nibus Criminalibus caſu 97. Secundo
5 autem caſu, quando ſcilicet mulier
conſentit ſponte turpiter ludendo,
rurſus diſtinguendum eſt quia, Aut
ex eiuſmodi turpi luſu poteſt præſumi
adulterium, & tunc ſine controuerſia
amittit dotem, non ob turpem luſum
6 & oſcula, ſed ob adulterium, quod
cum clam, & oculto committi ſoleat,
& conſequenter ſit difficilis probatio
nis, coniecturis, & præſumptioni-
7 bus probatur, vt poſt alios latiſſime
tradiderunt Menoch. de præſumpt.
lib.5. præſump.41. & conſ.31. nu.18. et
19. lib.1. & Maſcard. de probat. cōcluſ.
57. nu.6. & 7. ex ſolis tn̄ oſculis impu-
8 dicis ſufficientem coniecturam com-
miſſi adulterij induci non credimus,
licet facile ſit, vt ij, qui admitūtur ad
oſcula vlterius progrediantur, ad q
videtur alluſiſſe Ouidius, dum dixit.

*Oſcula, qui ſumpſit, ſi non, & cæte-
ra ſumpſit.*
*Hæc quoque, quæ ſumpſit, perdere
dignus erat.*

9 Sunt tamen ſine dubio adulterij futu
ri indicium Hinc dicebat ille,

il bacio è ſegno
Di futuro diletto,
E par che dica anch'egli io ti prometto,

& doctores ad Rub. C. de edē. & alibi,
cōiter, & in primis Ripa ad Rub. extra
de Iudicijs nu.23. nec non Menoch. d.
præſumpt. 41. nu.30. & 33. dicunt eſſe
præludia ad adulterium, Aut verſa-
10 mur in caſu in quo conſtat adulteriū
non eſſe ſecutum, & tunc rurſus arbi-
tror diſtinguendum eſſe; quia, Aut
cōſtat libidinoſum, ſeu voluptuoſum
11 oſculum non fuiſſe ordinatum ad a-
dulterium, vel quia eſſet oſculum con
ſuetudinarium, quale illud eſt, quo
12 mulieres viros alienos in Gallia ex-
cipiunt, vel quia mulier, honeſtæ a-
lioqui vitæ, diuturno amantis obſe-
qui, precibuſq; de victa, quod in du-
bio præſumendum eſt. l. vnica. §. pe-
nult. C. de raptu Virginum, facit. l. me
rito. ff. pro ſocio, & id quod tradit
Bart. ad l. non ſolum. §. ſed vt probari.
ff. de noui operis nunciatione, oſculo
tandem illum dignata ſit; probeturq;
in ſua poteſtate fuiſſe, vt adulterium
conſumaret, nec fecerit, & tunc quoq;
concluderem, dote non eſſe priuan-
dam, cum, incorrupto manente ani-
mo, ab iniuria, qua poterat maritum
afficere, abſtinuerit, etenim ſine
13 animo, nemini fit iniuria. l.3. §.1. ff. de
iniurijs, per ea quæ tradit Raynaldus
Corſus lib.3. indagat iuris cap.17. vbi
plura adducens adnotatione digna,
& ſumma eruditione referta, abſoluē
dam eſſe ſtatuit mulierem, hoc caſu, a
pœna priuationis dotis, Aut conſtat
14 huiuſmodi oſcula fuiſſe directa ad a-
dulterium, licet ſecutum non fuerit,
Et tunc rurſus diſtinguendum eſt,
Aut non eſt ſecutum; quia mulierē,
ad extremam lineam perductam, pœ-
nituerit, & noluerit adulterium con-
ſumare, & tunc eodem modo conclu-
dendum eſt, excuſandam eſſe ab hac
pœna, per. l. qui falſam vbi DD. & præ
ſertim Hypp. de Marſ. in prin. & n. 25.
15 ff. de falſis, & per. l. qui ea mente, &
ibi glo. ff. de furt. Tradit Felin. in d.
tract. quando conatus puniatur in pri
ma fallentia nu.2. & in hoc quoque cō
ſcentiunt nonnulli ad Rub. C. de e-
den. & in primis Io. Bologn. nu. 24.
Aut adulterium non eſt ſecutum ſu-
perueniente impedimēto, quo minus

coire poſſent, ita vt per vxorem non ſteterit, & tunc quoque rurſus eſt diſtinguendum, quia, Aut maritus talis vxoris eſt impudicus, & alienarũ nuptiarum ſolicitator, & hoc quoq; caſu a pena, de qua agimus, liberanda
16 eſt, mutua enim compenſatione delicta tolluntur, cap. intelleximus extra de adulterijs l. viro, atque mulieri. ff. ſolut. matrim. facit vniuerſus titulus, quod quiſq; iuris, & l. in arenam. C. de inoff. teſtamento, vbi glo. Item l. pacta quæ contra. C. de pact. Et ita concludunt in ſpecie, in hoc caſu, ad d. rub. C. de eden Curt. Iun. num. 28. Cagnol. num, 34. & Bologn. num 30. Nec non Ripa, tam ad rub. extra de iudi-
17 cijs, nu. 26. quàm ad l. 2. ff. ſolut. matr. num. 9. Aut maritus, eiuſmodi iniuria affectus, eſt vir pudicus, & probus, & tunc, ex communi interpretum ſententia, tam ad d. rubr. extra de iudicijs, quàm ad rubr. C. de edendo, dotem amittit. Ita tradit etiam Iulius Clar lib. 5. receptarum ſententiarum in §. adulterium num. 16. vbi adducit Didacum Couarru. & alios, de communi teſtantes, ſequuntur etiam Raynaldus Corſus lib. 3. indagantionum iuris cap. 17. in prin. & Petrus Gregorius Tholoſanus in Syntagmate iuris vniuer. parte 2. lib 8. Cap. 8. num. 26. Nos tamẽ, in hoc capite, mulieres defendimus ad d. rubr. C. de edendo, nu. 82. verſ. horum tamẽ argumentorum, Quicquid ſit, ponenda eſt in hac materia concluſio affirmatiua, hoc modo videlicet.

18 Mulier ob tactus impudicos, & oſculum libidinoſum, dotem amittit. c. 1 circa princip. vbi Bald. quibus modis feudum amittatur.

19 Limitatur primum, vt non procedat, quando mulier vim pateretur, & non conſentiret Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudi. caſu 287. num. 2.

20 Limitatur ſecundo, vt nec procedat, quando vim non patitur, ſi oſculum ſit conſuetudinarium, argumepto eorum, quæ tradit Gloſ. in capit. Venerabilis, de conſuetud.

21 Limitatur tertio, vbi ex turpi luſu, conſtat non eſſe ſecutum adulterium, ex communi interpretum ſententia ad d. Rubr. C. de eden.

22 Sublimitatur hæc limatio, vt concluſioni tunc demum deroget, quando turpis luſus, & oſcula ad adulterium non dirigebantur, vel, ſi dirigebantur, vxorem, ad extremam lineam perductam, penituit, Secus autem ſi ob ſuperueniẽs impedimentum adulterium non fuit conſumatum, ita vt per eam non ſteterit, argumento l. qui falſam vbi DD. & præſertim Hyppolit. de Marſil. in princ. & num. 25. ff. de falſis, facit l. qui ea mente, & ibi glo. ff. de furt.

23 Sublimitatur hæc ſublimitatio, vt concluſioni etiam deroget quando mulier impedita non commiſit adulterium, ad quod dirigebantur tactus, & oſcula impudica, ita vt per eam non ſteterit quominus illud commiſerit, ſi maritum impudicum, & non fidelem habeat, nam tunc quoq; a pœna excuſatur, quia mutua compenſatione delicta tolluntur, d. cap. intelleximus extra de adulterijs, cum alijs adductis ſupra in corpore diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

Oſculans mulierem honeſtam, an, & quando, & quomodo puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Oſculans vi mulierem honeſtam punitur pœna extraordinaria.*
2 *Boſſius reprobatur.*
3 *Pœna extraordinaria, imponenda violento baſiatori, eſt grauior, & lenior Iudicis arbitrio, pro facti qualitate.*
4 *Oſculantem mulierem, conſuetudo excuſat ab omni pœna.*
5 *Oſculans puellam conſentientem, vt*

eam vxorem habeat ex præcedenti cũ ea tractatu, eſt immunis à pœna.

6 *Oſculans puellam non conſentientem, vt eam vxorem habeat, etiam ſine vi, punitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio.*

7 *Oſculans mulierem honeſtam, ſine vi, minime tamen conſentientem, libidinis cauſa, punitur aliqua pœna extra ordinaria.*

8 *Oſculans, libidinis cauſa, volentem, & conſentientem mulierem, Deum tantum vltorem habet.*

9 *Oſculans, libidinis cauſa, puerum, etiã conſentientem, extra ordinem eſt puniendus.*

10 *Oſculans mulierem honeſtam cuiuſcunq; generis, etiam ſine vi, pœna extraordinaria puniendus eſt, Iudicis arbitrio.*

11 *Limitatur, quando mulier conſentit.*

12 *Limitatur etiam in oſculo conſuetudinario.*

DISTINCTIO XXVIII.

Libet hic obiter etiam diſtinctione adhibita, breuiter declarare, an, & quando, & quomodo oſculans mulierem puniatur; Aut igitur
1 oſculans vim adhibet, Aut citra vim
aliquam hoc facit, Si vi deoſculatur
honeſtam mulierem, ſiue virginem,
ſiue nuptam, ſiue viduam, arbitror puniendum eſſe, vt in præcedenti diſtinctione dicebamus pœna extraordinaria, ex his quæ tradit Afflict. Deciſ.
2 276. quicquid dicat Boſs. in contrarium in ſua pract. Criminal. in titul. de
extraordin. crimin. num. 3. verſ. Hic
eſt determinanda quæſtio, per Tex. in
l. 1. in §. qui puero. ff. de extraord. crimin. cui tñ rectè, ad mentem Decia.
Reſpõdet Excellentiſs. D. Petrus Caballus in ſuis celeberrimis Reſolutionibus Criminal. caſu 97. num. 6. vbi
ſub num. 5. teſtatur communem eſſe
3 hanc opinionem, & veram, imponenda igitur eſt violento baſiatori pœna
extraordinaria, modo leuior, modo
grauior, pro qualitate, & circunſtantia facti, loci, & perſonarum, Iudicis
arbitrio, vt per Clarum lib. 5. ſent. in
§. fin. q. 83. num. 6. in verſ. oſculum in-
4 ferens. Si citra vim. Aut oſculum eſt
conſuetudinarium, vt in Gallia, & cõ
ſuetudo excuſat ab omni pœna temporali. gloſ. in cap. venerabilis, de con
ſuet. & in c. ſanè, de temporum ordinat. nec non in canon. flagitia 32. q. 7.
5 Aut non eſt conſuetudinarium, Et
tunc rurſus diſtinguendum eſt, quia,
Aut oſculatur quis mulierem, vt ea
via facilius habeat eam in vxorem,
Aut turpiter, & impudicè agendo,
etiam ratione finis. Primo caſu, Aut
mulier conſentit, præcedente matrimonij tractatu, & re, eo modo compoſita, ut parentes ipſius, matrimonio
conſentiant: Aut nullus interuenerit
mulieris conſenſus. Si eo modo conſentit nullam baſiator meretur pœnam, vt ex Gramm. Claro, Deciano,
& alijs, docet idem D. Petrus Cabal-
6 lus in Sæpius repetito caſu 97. nu. 15.
Si verò mulier non cõſentit, venit puniendus baſiator pœna arbitraria, modo grauiore, modo mitiore, ſecũdum
facti qualitatem, & circumſtantias,
iuxta tradita per eundem Dñm Ca-
7 ballum in d. caſu 97. num. 13. & 14. Secundo autem caſu, quando ſcilicet libidinis tantum cauſa vir mulierem
deoſculatur, rurſus diſtinguerẽ: Nam
Aut facit hoc ſine vi, & ſine mulieris
conſenſu, Aut ea conſentiente. Primo
caſu putarem deoſculantem aliqua pœna extra ordinaria eſſe puniendum, &
ita intelligere Boſſium in d. tit. de extraord. Crimin. num. 3. & Menoch. de
8 arb. iud. lib. 2. caſ. 287. nu. 5. Secũdo aũt
caſu putarem immunem eſſe ab omni
pœna temporali baſiatorem, & ſolum
Deum vltorem habere, intelligo de
baſiatore mulieris, nam oſculans puerum, quantumuis volentem, libidinis
cauſa, eſt pœna extraordinaria puniendus.
9 Summa igitur diſtinctionis eſt, vt
mulierem honeſtam, ſiue virginem,

ſiue

Digitized by Google

ſiue nuptam, ſiue viduam, cum vi, vel ſine vi, puniendus veniat pęna extraordinaria, modo leuiore, modo grauiore, ſecundum facti qualitates, & circumſtantias Iudicis arbitrio Clar. lib. 5. recept. ſentent in. §. fin. verſ. oſculum inferens, ſub. num. 6.

10 Limitatur primo, ſi mulier conſentiat Grammat. conſ. Crimin. 48.

11 Limitatur ſecundo, in oſculo conſuetudinario, vt in Gallia, iuxta ea, quæ tradidimus ad Rubr. C. de edend. num. 82. facit gloſ. in cap. venerabilis de conſuetud.

ARGVMENTVM.

An, & quando probare poſſit quis ſolo iureiurando ſcripturas, & Inſtrumenta ſe non habere.

SVMMARIVM.

1 *Probare volens ſolo iureiurando ſe Inſtrumentum non habere, vt illius editionem, vel reſtitutionem ſubterfugiat, niſi conſtet eum Inſtrumentum, de quo agitur, quandoq; habuiſſe, audiendus eſt.*

2 *Probare volens ſolo iureiurando ſe Inſtrumentum non habere, quod quandoq; habuit, vt illius exhibitionem ſubterfugiat, ſi Iudicis officio conueniatur, audiendus eſt.*

3 *Secus ſi conueniri poſſit iure actionis, tunc enim requirit̃ legitima probatio.*

4 *Niſi tria concurrant, vt probetur ſcilicet caſus amiſſionis inſtrumenti, de cuius amiſſione agitur, fuiſſe in loco vbi accidit caſus, & eum qui admittitur ad iuſiurandũ non eſſe improba fama.*

5 *Probare volens ſolo iureiurando Inſtrumentum amiſiſſe, vt rurſus illius editionem obtineat, in caſibus, in quibus editio debetur ex aperto Prætoris edicto, non auditur, niſi tria illa de quibus ſupra concurrant.*

6 *Si verò editio ſit arbitraria, quia ſcilicet de ea concedenda iure cautum non ſit, poteſt concedi, vt Inſtrumentorum amiſſio, probetur per iuſiurandum, perſona qualitatis ratione habita, dummodo non amplius, quam bis concedatur.*

7 *Edere recuſans, ſolo iureiurando, probare poteſt, ſe Inſtrumentum non habere.*

8 *Limitatur, ſi conſtat eum quandoq; Inſtrumentum habuiſſe.*

9 *Sublimitatur ſi editio petitur per officium Iudicis.*

10 *Sublimitatur, vt nec concluſioni derogat, quando petitur iure actionis, ſi probetur caſus ammiſſionis, ſcripturã fuiſſe in loco caſus, & iurans non ſit improba fama.*

11 *Probans ſolo iureiurando Inſtrumenti amiſſionem non poteſt rurſus editionem obtinere, niſi tribus illis de quibus ſupra concurrentibus.*

12 *Limitatur in editione arbitraria, in qua poteſt concedi ſecunda editio ex ſolo iureiurando, ratione habita qualitatis perſonæ.*

DISTINCTIO XXIX.

QVia duplicem ob cauſam poteſt velle quis probare Inſtrumentum ſe non habere, vel ſcilicet ne cogatur illud edere, vel, vt iterum eiuſdem inſtrumenti ſemel editi editionem obtineat, propterea ego, altius repetendo materiam, ad l. primã C. de edendo, num. 75. ſic diſtinguendo
1 propoſitum problema ſoluebam, Aut probare vult aliquis inſtrumentum ſe non habere, vt illius editionẽ, exhibitionem, vel reſtitutionem ſubterfugiat, Aut, vt eiuſdem inſtrumenti ſemel editi, iterum editionem obtineat. Primò caſu rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut non conſtat negantem editionem, exhibitionem, vel reſtitutionem, ſcripturã illam, quam dicit ſe non habere, quandoque ha-

buiſſe, & tunc ſatis eſt, vt iureiurando probet ſe non habere, l. prætor ait §. Sed, & ſi ſeruus. ff. de edend. l. cum ita. §. ſpecies. ff de leg. 2. cum alijs adductis, per Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs in. §. an verò, num. 1. quem ſequuntur etiam alij, & præſertim Iaſ. tradit Menoch. d. præſumpt. lib. 6 præſumpt. 61. num. 2. Aut conſtat eundem negantem editionem, & exhibitionem, quan loque Inſtrumentum, cuius petitur editio, habuiſſe, & tunc rurſus diſtinguendum eſt, quia Aut petitur editio, per officium Iudicis dumtaxat, Aut iure actionis principaliter, vel ſaltem in conſequentiam peti poteſt. Primo caſu ſatis eſt, vt negans editionem probet proprio iureiurando, ſe amiſiſſe, & hoc modo intelligenda eſt l vlt. C. de fid. Inſtru. vbi Bart. tradit idem Bart. ad l. 1. in §. officio. ff. de tutel. & rationibus diſtrahendis, cum alijs adductis per Riminal. conſ. 95. nu. 4. inter conſilia Grati. lib. 2. tradit Alba. conſ. 101. in fine. Menoch. d. præſumpt. 61. num. 19. & latè Seraphinus de priuileg. iuramen.
3 priuileg. 37. num. 7. Aut petitur editio, vel peti poteſt iure actionis, & tunc non ſufficit iusiurandum ad probandam Inſtrumentorum amiſſionem, ſed requiritur legitima probatio, iuxta. d. §. finalem l. ſi. quis ex argentarijs
4 ff. de edendo, niſi tria concurrunt. Primùm, ſcilicet, vt probetur legitime caſus amiſſionis, vt puta incendium, ruina, incurſus hoſtium, vel quid ſimile, vt docent Bart. & Angel. ad d. l. ſi quis ex argentarijs, in. §. an verò, & alij quamplurimi ibi, & alibi, quos copioſè congerit Seraphin. in d. priuileg. 37. num. 2. & 3. quibus accedunt Thobias Non. conſ. 63. num. 6. Fabius Turrettus conſ. 100. nu. 11. lib. 1. Nec non Io. Vincent. Hondedeus conſ. 19. num. 19. dummodo non probetur, caſum, illius culpa, qui amiſit, accidiſſe, quia tunc excuſaretur ab editione, vel reſtitutione ſcripturæ, ex eo, quia ad impoſſibile nemo tenetur, l. impoſſibilium. ff. de reg. iur. cap. nemo poteſt, de reg. iur. lib. 6. ſed condemnaretur in intereſſe, arg. eorum, quæ tradit Boer. deciſ. 15. num. 7. & Maſcar. de probationibus concluſione 1230. num. 23. Secundo, vt probetur inſtrumentum, de cuius amiſſione agitur, fuiſſe in loco, vbi accidit caſus l. ſi creditor ſine vitio. C. de pignor. act. tradit Riminal. in d. conſ. 95. num 5. Gramat. conſ. 12. ante num. 4. Crauet. de antiquitate temporum, in prima parte, ſectione incipiente. Vidimus, & abundè, verſ. 2. Limitatur, nu. 9. cum pluribus ſequentibus, & in conſ. 286. cum alijs adductis per Seraphin. in d. priuileg. 37. num. 9. Tertiò, vt is, qui admittitur ad talem probationẽ amiſſionis per iuſiurandum, non ſit improbæ famæ, vel conditionis, cuiuſmodi eſſet vſurarius, tunc enim eius iuramento ſtandum non eſſet, vt per Rodulphum in ſuo tractatu de vſuris, in ſecunda parte q. 152. & per Seraphin. in ſæpius repetito priuileg. 37. in fine.
5 Secundò autem principe caſu, quãdo ſcilicet aliquis inſtrumentum amiſiſſe dicit, vt illius editionem iterum obtineat, rurſus diſtinguendum eſt, quia Aut editio, quæ petitur, eſt edictalis, & neceſſaria, quia debeatur ex edicto prætoris mortui, cuiuſmodi ea eſt, quæ ab altero ex litigatoribus ſit alteri, in caſibus à iure expreſſis, vel ab argentarijs, & tabellionibus ex officio, & tunc, quia lex, talem editionẽ concedens, requirit probationem d. l. ſi quis ex argentarijs, in §. finali, intelligenda eſt, de legitima probatione, vt ſupra dictum eſt, & propterea huiuſmodi petens editionem, amiſſionẽ ſemel editi inſtrumenti, legitimè probare debebit, niſi tria illa concurrãt, de quibus mox dictum eſt. Aut edi-
6 tio, quæ petitur eſt decretalis, & arbitraria, quia ſcilicet, de ea concedenda, verbis edicti cautum non ſit, quẽadmodum illa erat, quæ in d. l. fin. ff. de bonis auct. iudic. poſſ. ab eo petebatur, qui neque ex officio tenebatur,

neque

neque ex eo, quia eſſet vnus ex litigatoribus; ſed iudicis arbitrio,& decreto, cauſa cognita concedebatur, & tunc quemadmodum,eiuſdem iudicis arbitrio concedi poteſt,& denegari, ita quoque ex ſola probatione amiſſionis per iuſiurandum concedi poteſt, perſonæ qualitatis ratione habita, dummodo non amplius quam bis concedatur, iuxta d.l. finalem, quam hoc modo intelligendam eſſe arbitror.

Eſt igitur in hoc articulo ponenda prima concluſio affirmatiua.

7 Edere recuſans, ſolo iureiurando probare poteſt inſtrumentum non habere l.prætor ait.§.ſed,& ſi ſeruus.ff. de edendo l. cum ita. §. ſpecies de legat. 2.

8 Limitatur, niſi iuris præſumptio ſit aduerſus eum, quia ſcilicet conſtat quandoq; inſtrumentum habuiſſe,l.ſi quis ex argentarijs.§.vlti. ff.de edendo, faciunt tradita per Menoch. de præſumpt.lib.6. præſumpt.61. num.9.

9 Sublimitatur primum, vt concluſioni deroget,quando petitur editio iure actionis, ſecus ſi per officium iudicis, l. vltima. C.de fid.Inſtrumen.vbi Bart.

10 Sublimitatur ſecundo, vt nec concluſioni deroget,ſi editio petatur iure actionis, ſi cum iureiurando concurrant tria,probatio caſus amiſſionis,inſtrumentum fuiſſe in loco,vbi caſus accidit,& iurantē ſe amiſiſſe, eſſe bonæ, & integræ famæ, ex his quæ ſupra diximus in corpore diſtinctionis.

11 Secunda verò concluſio eſt.probare volens ſolo iureiurando inſtrumēti amiſſionem, vt rurſus editionem obtineat, non auditur niſi tria illa probet, de quibus ſupra.

12 Limitatur, vt procedat in editione neceſſaria, ſecus in arbitraria,quæ ex ſola probatione amiſſionis per iuſiurandum concedi poteſt,perſonæ qualitatis ratione habita, dummodo non amplius quam bis concedatur, l.vltima.ff.de bon. auct.iud.poſſid.

ARGVMENTVM.

An & quando Reus edere Fiſco ex priuilegio, tam in Ciuilibus q̃ in Criminalibus cōpellatur.

SVMMARIVM.

1 *Edere reus Fiſco, vbi aliundè poteſt commodè conſequi inſtrumētorum exempla, non compellitur.*

2 *Priuilegiorum interpretatio fieri debet, vt minus lædant ius commune, quàm fieri poſſit.*

3 *Edere reus Fiſco,in cauſa capitali, nec in caſu,vbi præcluſa ſit alia probandi via, cogendus eſt.*

4 *Edere reus Fiſco,in cauſa non capitali, corporis afflictiua, in qua ſpecialiter ſerui contra dominos torqueri poſſunt, compellitur.*

5 *Reprobatur.*

6 *Edere Reus Fiſco in criminali cauſa,in qua veniat pœna corporalis imponenda, in qua tamen non poſſunt ſerui contra dominos torqueri, non compellitur.*

7 *Edere reus Fiſco in cauſa Criminali, in qua veniat imponenda pœna,pecuniaria cogitur ex magis communi ſententia,contrariū tamen tenet Auctor.*

8 *Edere Reus Fiſco,in cauſa Ciuili, ſi ſit alter Fiſcus,vel perſona priuilegiata, non compellitur.*

9 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus priuilegiatum.*

10 *Edere Reus non priuilegiatus, in cauſa Ciuili,ex qua fiat denunciatio,& delatio ipſi Fiſco, tenetur.*

11 *Secus autem in alijs cauſis pertinentibus ad negocia contractus,& conuentiones.*

12 *Edere Reus Fiſco contra regulam compellitur.*

13 *Limitatur vbi commodè aliunde poteſt habere inſtrumenta.*

14 *Limitatur,Secundo,in cauſis capitalib;*

15 *Limi-*

15 *Limitatur, tertio, in Criminalibus concernentibus pœnam corporalem, in caſibus, in quibus ſerui contra dominos non poſſunt torqueri.*

16 *Limitatur quarto in cauſis criminalibus nummarijs.*

17 *Limitatur quinto, etiam in ciuilibus, ſi Reus ſit alter Fiſcus, vel perſona priuilegiata.*

18 *Limitatur ſexto, etiam ſi non ſit, priuilegiata, vbi non ſit cauſa, ex quà veniat facienda denunciatio, & delatio Fiſco.*

DISTINCTIO XXX.

AVT dubitamus nũquid Reus
1 Edere contra regulam ſit cogendus Fiſco actori, quãdo aliunde poteſt, vt puta a tabellione ordinario, petere commodè, & conſequi inſtrumentorum exempla, Aut quando alia omnis præcluſa ſit probandi via, nec aliter verum inueniatur. Primo caſu, Reus non tenetur, tum quia probatur hoc in l. 2. §. Diuus ff. de iure Fiſci vbi priuilegium, tunc demum Fiſco conceditur, cum verum
2 aliter non inuenitur, tum etiam quia, eam ſemper facere in dubio debemus interpratationem, per quam priuilegia minus lædant ius commune, quàm fieri poſſit. cap. ſanè, extra de priuilegijs: Secundo autem caſu rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut loquimur
3 de cauſa criminali, Aut de Ciuili, Si de Criminali, Aut de capitali, Aut de non capitali, Vbi de capitali agimus, reus edere fiſco actori ſine dubio non eſt cogendus, vt probat apertè tex. in d. §. Diuus, & omnes admittũt, vbi verò in non capitali verſamur, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut eſt cauſa, ex qua contingat reo coerctio corporalis, Aut ex qua veniat pœna pecuniaria mulctandus, Primo caſu, adhuc diſtinguendũ eſt, quia, Aut
4 verſamur in cauſis criminalibus, in quibus ſpecialiter ſerui contra Domi nos torqueri poſſunt, vt in l. 1. C. de quæſtionibus, & tunc Fiſco, etiam in cauſis criminalibus, ex quibus corporalis pœna veniret infligenda eſſet, a reo edendum, vt ex Bart. in d. § Diui, quem ſequuntur alij, docet Peregrin. de priuileg. Fiſci lib. 7. tit. 3. num. 23.
5 Reprobant tamen in hoc probabili ratione Bartolum, & alios Alciat. in l. 2. C. eod. num. 23. Purpur. nu. 20. in
6 fin. & Bolog. num. 46. Aut verſamur in alijs cauſis, in quibus non poſſint ſerui contra dominos torqueri, & tũc communis eſt concluſio, priuilegio aliquo Fiſcum non gaudere, cum non ſit cauſa nummaria, vel ſimilis, in quibus tantummodo priuilegium habet Fiſcus, d. §. Diuus, vbi DD. communiter ſequuntur. Idem probant etiam ad l. 1. C. de edendo, & tradit Pere-
7 grin. in d. tit. 3. num. 23. Secundò aũt caſu, quando, ſcilicet verſamur in cauſa, ex qua damnato contingit pœna pecuniaria Fiſco inferenda, quo etiã caſu dicitur cauſa criminalis, licet ſit nummeraria, l. agraria, vbi glo. ff. de term. amoto. l. 3. & ibi notat Bar. cum ſimilibus, huic priuilegio locum eſſe arbitramur, vnà cum Lancellot. Dec. & Riminal. ad l. 2. C. de edendo, Vbi eamdem probat ſententiam Philipp. Dec. nu. 41. qui ſibi ipſi conſtans, idem ſentit ad c. 1. de probat. num. 60. quam ſententiam probat etiam Peregrin. de iure Fiſci lib. 7. tit. 3. num. 23. Et nos quoque poſt Iaſ. num. 8. probauimus ad l. 1. C. de edendo, num. 91. verſ. in contrarium, quia in d. §. Diuus non niſi cauſa capitalis excipiatur, quamquàm, non ignoramus magis communem ſententiam eſſe in contrarium, pro qua plures cumulauimus ad d. l. 1.
8 num. 91. Si vero cauſa ſit ciuilis rurſus diſtinguẽdum eſt, quia, Aut reus, eſt alter Fiſcus, vel perſona alia, ſimili priuilegio donata, Aut perſona non gaudens ſimili priuilegio; Primo caſu Fiſcus actor priuilegium non obti-
9 net, quia perſona priuilegiata aduerſus priuilegiatum, priuilegio non vtitur. Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. Ec-

Digitized by Google

ſan. Eccleſ. id quod alijs etiam rationibus comprobant DD. tam ad d.l.1. C.de edendo, vbi Ripa, nu.14. & Dec. num.62. quam ad d.capit. primum, de probat. tradit etiam Peregrin.de iure Fiſci in d.tit.3. num.24. Secundo au-
10 tem caſu rurſus diſtinguendum eſt; quia; Aut dubitamus in cauſis, ex quibus fit denunciatio, & delatio ipſi Fiſco, quas ſcribit I.C. in l.1.ff. de iure Fiſci, & tunc nulli dubiũ eſt, Fiſcum memorato priuilegio gaudere, vt probatur in l.2. §. Diuus.ff.de iure Fiſci, & in l.Senatus cenſuit eod.tit.de iure Fiſci. Tradit Io. Bologn. ad d.l.1. C.de edendo, num.49. & 50. ea potiſſimum ratione, quia, in cauſis huiuſmodi occultis, difficilior eſt probatio,
11 Aut verſamur in alijs cauſis pertinentibus ad negotia, contractus, & conuentiones, quæ fiunt communiter inter priuatos, & tunc concludendum eſt in hac materia Fiſcum, vti iure priuatorum l.iuſtum.C.de edendo.l.illatæ C.de fid. inſtrum.nec priuilegio aliquo gaudere, quo poſſit compellere reum, edere ſibi ad intentionem fundandam, vt per Alciat.ad d. l. iuſtum num 4.& per Bologn. ad d. l. 1. C. de edendo ſub. d. nu 49. & 50. Sequutus eſt Iacob. Menoch conſ. 405. in fine, ſub num.31.lib.5.vbi adducit Alciat. num.13. Purpur. num. 27. & Bologn. num.46.teſtantes de communi ad d.l. 1.C.de edendo.

12 Concluſio igitur, ſit reus cogitur Fiſco actori, ex priuilegio, edere, ad illius intentionem fundandam, l.2.§. Diuus.ff.de iure fiſci, vbi Bar.& DD.

13 Limitatur primò, vt locum non habeat, quando aliunde commodè poteſt Fiſcus habere Inſtrumentorum exempla, & probationes.d.§.Diuus.

14 Limitatur ſecundò, vt non procedat in cauſis capitalibus, nec quando aliunde probationes non poſſet habere d.§ Diuus vbi omnes.

15 Limitatur Tertiò, etiam in cauſis criminalibus, non capitalibus, in quibus non poſſunt ſerui contra dominos torqueri. Peregrin.de iure Fiſci, tit.3. num.23.

16 Limitatur Quarto, in cauſis Criminalibus nummarijs, ſecundum cõmunes traditiones, nos tamen contrarium defendimus ad d.l. 1.C. de edendo, num.91.

17 Limitatur Quintò, vt nec procedat in cauſis ciuilibus, ſi reus ſimili gaudeat priuilegio, vt per Ripam ad l.1.C. de edendo num 14. vbi etiam Dec. num.62.

18 Limitatur Sextò, vt nec procedat in cauſis ciuilibus, & vbi reus non ſit priuilegiatus, ſi verſemur in cauſa, ex qua non debeat fieri denunciatio, & dilatio ipſi Fiſco, ſed pertineat ad negocia, & contractus, l iuſtum. C. de edendo, l.illatæ.C.de fid. inſtrument. cum alijs ſupra adductis.

ARGVMENTVM.

An & quando vſurarius cogatur ex diſpoſitione, clem.1. in §. cæterum de vſur. edere actori contra regulam.

SVMMARIVM.

1 *VSurarius, ſi libros non habet, quorum editionem actor petit, edere, non tenetur, dum modo probet amiſſionem.*

2 *Vſurarius non emendatus, cogitur libros, quos habet edere actori.*

3 *Vſurarius etiam emendatus per ſimplicem ceſſationem vſuræ, cogitur contra regulam edere.*

4 *Vſurarius etiam emendatus, per reſtitutionem vſurarum, vel per cautionem de reſtituendo, cogitur edere contra regulam, ſi de vſuris agatur ex cauſa, quæ emendationem eſt antegreſſa.*

5 *Vſurarius etiam reſtitutione vſurarũ, vel cautione emendatus, cogitur edere rationes actoris poſt emendationem ſcriptas, ſi probetur eum etiam poſt emenda-*

emendationem vſuras exercuiſſe.

6 *Vſurarius, poſt emendationem reſtitutione, vel cautione factam, tunc demum non cogitur edere, ſi non probetur poſt emendationem Vſuras exercuiſſe, cum aliquod lapſum eſt temporis ſpatium, ex quo, probabili Iudicis arbitrio, vita mutatio præſumatur.*

7 *Secus autem ſi lapſum non ſit ſaltem triennium, qua tamen de re dubitat Auctor.*

8 *Vſura macula, reſtitutione, & pœnitentia, videtur ſtatim purgari, ita vt tollatur omnis ſuſpicio.*

9 *Vſurarius cogitur edere actori contra regulam.*

10 *Limitatur, ſi rationes petitas non habeat, & ſe amiſiſſe probet.*

11 *Limitatur Secundo in rationibus factis poſt reſtitutionis, vel cautionis emendationem ſubſecutam.*

12 *Sublimitatur, ſi lapſum non ſit tempus, ex quo præſumatur vita mutatio, vel ſi probetur, etiam poſt emendationem vſuras exercuiſſe.*

DISTINCTIO. XXXI.

AD l.1.C.de edendo, num.101.ex varijs iuris noſtri interpretibus colligebamus eiuſmodi di-
1 ſtinctionem. Aut vſurarius libros nõ habet, quorum petitur editio, penes ſè, Aut habet, Si non habet, edere non tenetur, dummodo probet illorum amiſsionem, gloſ. eſt in Clem.1. in.§.cæterũ, in verbo compellendum de vſur. Tradit Purpurat. ad d.l.1.C. de edendo num.22. Si vero habet penes ſe, rurſus diſtinguẽdum eſt, nam
2 Aut eſt Vſurarius non emendatus, Aut eſt emendatus, Si non emendatus, ſine dubio cogendus, eſt edere, ſecundum formam.d. Clem.Si emendatus, rurſus diſtinguendum, Aut
3 emendatus eſt per ſimplicem ceſſationem ab vſuris, Aut per reſtitutionem, vel cautionem de reſtituendo, de qua in cap. quamquam, de vſuris, lib. 6. quæ in hac materia reſtitutioni æquiparatur, ſecundum Iaſonem in l.prętor.§.is etiam, in primo notabili. ff.eod.quem refert, & ſequitur Purpurat.ad l.1.C de edendo nu.21.verſ. 2. limitatur. Primo caſu eodem modò, cogitur edere contra regulam, ex diſpoſitione d.Clement.1.dummodo de vſuris agatur. vt ad mentem Bart. concludit Barth. Socinus in d.l.1. C.
4 de edendo num.8. Secundo autem caſu, vbi ſcilicet eſt emendatus per reſtitutionem, vel per memoratã cautionem, iterum diſtinguendum eſt, quia,
5 Aut petitur editio rationum, quas eo tempore confecit, quo vſuras exercebat, & ſic ex cauſa, quæ emendationẽ eſt antegreſſa, & tunc quoque cogitur edere arg.d.l.prætor.§.is etiam.ff eodem. vbi Bart.& Angel.tradit, ad ſæpius repetitam l.1. C. de edendo, Socin. num. 7. vbi etiam Purpuratus ex Claudio Aquenſe, num.21. verſic. 2. Limitatur. Aut petitur editio rationum, quas confecit fœnerator poſt reſtitutionem, & ſic ex cauſa, quæ emendationum eſt ſubſecuta, & tunc quoque rurſus diſtinguendum eſt, quia,
6 Aut petens editionem probat d. fœneratorem emendatum, etiam poſt reſtitutionem, vſuras exercuiſſe, & tũc quoque fœnerator cogendus eſt edere, ex his quæ tradit in fortioribus terminis Barth.Socin.in d.l.1.num.8. verſ.quod tamen limita, poſt Aret.in cap.1.de probatio. & Purpurat. ad d. l.1. C. de edendo, num.21. verſiculo, Sublimitatur tamen, Aut non probat, & tunc iterum etiam eſt diſtinguen-
7 dum, quia, Aut lapſum eſt aliquod tẽporis ſpatium, ex quo poſſit probabiliter pręſumi, ex Iudicis arbitrio mutatio vitæ, & tunc non eſt cogendus, ceſſat enim omnis cauſa huius editionis pœnalis, & propterea ceſſat etiam neceſſitas editionis, vt colligitur ex traditis per Tiraquel.in tract.de cauſa ceſſante, in prima parte, nu.192.tradit, etiam Barth.Socin.ad.d.l.1. nu 8. & hoc modo procedit communis opinio, de qua in proximo præcedẽti articulo,

Digitized by Google

ſeculo, Aut illud temporis ſpacium lapſum non eſt, ex quo inducatur præſumptio mutationis vitæ, quæ tollat præſumptionem d. regulæ, ſemel malus, ad quam tollendam, cum humana natura facilè labatur ad delicta, triennalis temporis teſtimonium videtur deſiderari. §. & dum triennio, in fine, in Auth. de Monachis, & tunc quoq; fœnerator etiam emendatus, ex cauſa, quæ ſit reſtitutionem ſubſecuta, poteſt ex diſpoſitione, d. Clementinæ compelli, vt ex Aquenſe, & alijs docet Purpurat. in d. l. 1. C. de edendo, num. 21. in fine, & 22. quamquàm hoc apud me non caret dubitatione, quia pœnitentia, & reſtitutione, purgari videtur omnis macula, ita vt ſtatim tolli omnis ſuſpicio videatur, erit ergo cogitandum.

Concluſio igitur eſt, vt vſurarius cogatur contra regulam edere actori, ad illius intentionem fundandam, iuxta Clem. 1. in. §. cæterum de vſur.

Limitatur Primò, vbi libros, quorum editio petitur, non habeat, & amiſſionem probet, gloſ. eſt in d. §. cæterum, in verbo compellendos.

Limitatur Secundò, in vſurario emendato reſtitutione vſurarum, vel cautione de reſtituendo, vbi petuntur rationes poſt emendationem ſcriptæ, Purpura ad l. 1. C. de edendo, num. 21.

Sublimitatur, vt concluſioni deroget, quando non probaretur vſuras, poſt emendationem, exercuiſſe, vel eſſet lapſum tempus, ex quo præſumeretur vitæ mutatio, ſecus ſi probaretur exercuiſſe, etiam poſt emendationem, vel triennium, aut aliud tempus, arbitrio Iudicis non eſſet lapſum, Purpurat. ad l. 1. C. de edendo, num. 21. in fin. & 22.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo Magiſtratus, & Poteſtates noſtri temporis, a Statutis locorum, quibus præſunt, poſſint recedere.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtates non poſſunt tamquam legislatores Statuta facere, contraria illis, quibus regitur populus, cui præſunt.*

2 *Magiſtratus ius dicunt non faciunt.*

3 *Statuta, vt fieri poſſint, requirunt concurſum populi, vel conſilij generalis.*

4 *Poteſtates, ex cauſa, poſſunt proponere edicta legib^9 municipalibus cõtraria.*

5 *Poteſtates noſtri temporis, quo ad edicta, æquiparantur Prætoribus.*

6 *Poteſtates noſtri temporis habent ſe ad Statuta, tamquàm procuratores ad mandatum, qui fines illius, ex cauſa, poſſunt excedere.*

7 *Poteſtates non poſſunt recedere à ſtatutis in Iudicando, & in actibus executiuis propria auctoritate, & ſine noua cauſa.*

8 *Poteſtates tenentur Iudicare ſecundum ſtatuta locorum, tam ex officio Iudicis, quàm ex iureiurando præſtito.*

9 *Lex, quantumuis dura, ſeruanda eſt prout ſcripta eſt.*

10 *Iudex delegatus ad certam cauſã, nec poteſt, ex noua ſuperueniente cauſa, à Statutis recedere.*

11 *Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum idem poteſt, quod ordinarius.*

12 *Magiſtratus minores terrarum, & oppidorum, ſi Superior non poſſit adiri, & periculum ſit in mora, poſſunt recedere à Statutis, quæ præcisè iurant obſeruare.*

13 *Magiſtratus maiores, ſi limites ſuæ iuriſdictionis excedant nullo modo poſſunt à Statutis recedere.*

14 *Magiſtratus ſi Iuriſdictionis limites nõ excedant, & Principem conſulere non poſſint, poſſunt recedere a Statutis, ſed tenentur exprimere cauſam in ſententia.*

15 *Magiſtratus non poſſunt recedere, a ſta*

N tutis

tutis, ſi nullum ſit periculum in mora, cum debeant conſulere principem.

16 *Magiſtratus, cum periculum eſt in mora, poſſunt recedere exequendo iuriſdictionē, deinde ad Principem ſcribere.*

17 *Poteſtates noſtri temporis non poſſunt facere Statuta.*

18 *Poteſtates noſtri temporis poſſunt, ex cauſa, proponere edicta Statutis contraria.*

19 *Iudex delegatus, nec ex noua cauſa, poteſt in Iudicando recedere a ſtatutis.*

20 *Limitatur, vt procedat in delegato ad certam cauſam, nam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, idem poteſt quod ordinarius, a quo delegatus eſt.*

21 *Magiſtratus minores, nec ex noua cauſa, poſſunt recedere a Statutis.*

22 *Limitatur, quando periculum eſt in mora, & Princeps non poteſt adiri.*

23 *Magiſtratus maiores poſſunt iuſdicendo, ex noua cauſa, ſi eam exprimant in ſententia, a ſtatutis recedere.*

24 *Limitatur primo, quando eo modo faciendo, excederent propria iuriſdictionis limites.*

25 *Limitatur ſecundo, quando Principem poſſunt conſulere.*

26 *Sublimitatur, quando periculum immineret, tunc enim poſſunt exequendo recedere, deinde ad Principem ſcribere.*

DISTINCTIO XXXII.

1 AVT quærimus, an Magiſtratus, & Poteſtates noſtri temporis, vt appellant, poſſint facere ſtatuta contraria illis, quibus regitur populus, cui præſunt, & concludendum eſt negatiuè, quia magi-
2 ſtratus ius dicunt, non faciunt l.2. ff. de orig. iur. iuncto prin. Inſtit. de offi.
3 Iud. ad hoc enim, vt aliquid per modum legis municipalis ſtatuatur, requiritur concurſus populi, vel Conſilij generalis, vt ꝑ Barb. ad rub. C. qui admit. num.65. poſt Bart. & alios, in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure.

Aut quærimus, numquid, tamquam magiſtratus, ius reddendo, & iuſtitiam adminiſtrando, poſſint à Statuto recedere, & præſertim iurato, & tunc
4 rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut dubitamus, numquid poſſint recedere proponendo ædicta legibus municipalibus contraria, & cōcludendum
5 eſt poſſe, ex cauſa, quia, quoad edicta æquiparantur Prętoribus antiquis, vt
6 ſupra concluſum eſt, & quia ſe habēt ad ſtatutum, tamquam procuratores ad mandatum, qui fines illius ex cauſa poſſunt excedere, l. ſi hominem. ff. mandati. Aut dubitatio eſt, an poſſint hoc facere in iudicando, & in actibus executionis, & tunc iterum eſt diſtinguendum, quia, Aut volunt hoc
7 facere propria autoritate, & ſine noua cauſa, quia ſcilicet lex, vel durior, vel mitior videatur, quàm quòd obſeruari debeat, & hoc facere non poſ-
8 ſunt, quia tenentur iudicare ſecundū Statuta locorum, tam ex officio Iudicis, d. princ. Inſtit. de offi. iudicis, quā ex iureiurando præſtito, ſecundum formam Authentici iuſiurandum, ꝙ præſtatur ab ijs, qui adminiſtrat. ſuſcipiūt, in prin. & in cap.1. de iureiur.
9 lib.6. necnon, quia lex quantumuis dura ſeruanda eſt, prout ſcripta eſt, l. proſpexit. ff. qui, & à quibus, Aut volunt recedere, ex cauſa ſuperueniente, & tunc rurſus diſtinguendum eſt,
10 quia, Aut ſumus in iudice delegato, & tunc, Aut eſt delegatus ad certam cauſam, & non pōt, vt ex Angel. Aret. & ex Auguſt. Arimin. in tract. maleficiorum in. §. ſciēter, & doloſè verſ. tu aūt, docet Io. Bolog. ad rub. C q adm.
11 nu.40. verſ. Secundo limitatur, Aut loquimur de delegato ad vniuerſitatem cauſarum, & tunc idem poteſt, quod ordinarius, cuius vicem gerit. l.1. & 2. Supr. de offic. eius, qui vicem alter. gerit. faciunt, alia adducta per Bologn. ita declarantem prællegato in loco, Aut ſumus in iudice,
12 & Magiſtratu ordinario, & tunc, Aut loqui-

Digitized by Google

loquimur in magiſtratibus minoribus, cuiuſmodi ſunt terrarum, & oppidorum poteſtates, & tunc Aut ſuperior non poteſt adiri, & periculum eſt in mora, & poſſunt, Felin. in d.c.1.de conſtit. num. 50. Aut Princeps adiri poteſt, nec periculum eſt in mora, & non poſſunt, quia iurant præciſæ obſeruare ſtatuta, vt per Bald. in Auth. hodie. C. de iudi. quem refert Felin.

13 in prællegato loco. Aut loquimur de maioribus, & tunc, Aut magiſtratu recedendo à ſtatuto formam ſuæ iuriſdictionis excedunt, & non poſſunt

14 l. Diuus Pius. ff. de falſis, Aut iuriſdictionis limites non excedũt, & tunc, Aut Principem cõſulere non poſſunt, Aut poſſunt, Primò, caſu licet recedere, dummodo exprimant cauſam in ſententia, ſecundum præceptionẽ Innocentij in d.c. quanto de conſuetud. nu 5. quem ſequuntur Rom. & Felin.

15 in locis ſupra adductis, Secundo autẽ caſu, Aut nullum eſt periculum in mora, & tunc omnino eſt conſulendus Princeps. d.l diuus. ff. de falſis. l. ad be-

16 ſtias, ff. de pœnis, Aut imminet periculum, & tunc poterit magiſtratus exequendo recedere, deinde ad Principem ſcribere, tex. eſt adnotatione digniſsimus in l. ſi quis filio exhæredato, §. hi autem in fin. ff. de iniuſt. rupt. & irrit: fac. teſtamento.

17 Ex propoſita igitur diſtinctione colligitur primum hæc concluſio.

Magiſtratus noſtri temporis, non poſſunt, tamquàm legislatores, facere ſtatuta contraria illis, quibus regitur populus, cui præſunt: facit princ. Inſt de offi. Iud.

18 Secunda eſt concluſio. Magiſtratus noſtri temporis poſſunt ædicta proponere, ex cauſa, contraria ſtatutis locorum, quibus præſunt, argu. l. ſi hominem ff. mandati.

19 Tertia concluſio Iudex delegatus, nec poteſt in iudicando, cauſa ſupraueniente, recedere a ſtatutis argumento princ. Inſtit. de offic. iud.

20 Limitatur, vt procedat in delegato ad certam cauſam, iuxta tradita per Bolognettum ad rubr. C. qui admitti, num. 40. verſic. Secundo limitatur, ſecus in delegato ad vniuerſitatẽ cauſarum, qui ſemper idem poteſt, quod ordinarius, cuius vices gerit. l. 1 & 2. C. de offic. eius, qui vicem alterius gerit.

21 Quarta concluſio eſt. Iudex ordinarius minor, nec poteſt, ex noua ſupraueniente cauſa, recedere a ſtatutis terrarum, & oppidorum, quibus præeſt, d. Principio.

22 Limitatur. vt non procedat quando periculum eſt in mora, & Princeps non poteſt adiri, vt per Felin. ad cap. 1. de conſtitutio. num. 50.

23 Quinta, & vltima concluſio eſt, Magiſtratus maiores poſſunt, ex ſuperueniente cauſa, in iudicando, & in actibus exequutiuis, à ſtatutis locorum, quibus præſunt recedere, dummodo cauſam exprimant in ſententia, iuxta tradita per Innocentium ad c. quando de conſuetu. num. 5.

24 Limitatur Primum, vt non procedat quando, eo modo faciendo, excederent propriæ iuriſdictionis limites. l. Diuus Pius ff. de falſis.

25 Limitatur Secundo, vt procedat quando principem conſulere non poſſunt, ſecus ſi poſſunt, Felin. ad cap. 1. de conſt. num. 50.

26 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, quando nullum eſſet periculum in mora; tunc enim omnino conſulendus eſt Princeps. l. Diuus. ff. de falſ. l. ad beſtias. ff. de pœn. ſecus ſi periculum immineat, tunc enim poteſt Magiſtratus exequendo recedere, deinde ad Principem ſcribere, l. Si quis filio exhæredato §. hi autem in fine. ff. de iniuſt. rupt. & irrit fact. teſtamento.

ARGVMENTVM.

An, & quando prohibitus com

demnare intelligatur, etiam prohibitus abſoluere.

SVMMARIVM.

1 *Condemnare prohibitus, intelligitur etiam prohibitus abſoluere, ſi verba inhibitionis ad potentiam, non ad actum iudicandi referuntur.*

2 *Condemnare prohibitus non intelligitur prohibitus abſoluere, ſi verba prohibitionis ſunt reſtricta per taxatiuam, vel alio modo, ad actum condemnationis.*

3 *Condemnare prohibitus intelligitur prohibitus etiam abſoluere, ſi ratio expreſſa in prohibitione vigeat etiam in abſolutione, ſecus ſi in condemnatione tantummodo.*

4 *Prohibito vno vel altero actu vnius potentiæ, cæteri eiuſdem potentiæ actus non intelliguntur prohibiti.*

5 *Stare non prohibetur, quod non mutatur.*

6 *Condemnationis prohibitio, in dubio, cenſetur facta ob fauorem rei.*

7 *Fauor non debet retorqueri in odium, & num. 3.*

8 *Condemnare prohibitus non intelligitur prohibitus abſoluere.*

9 *Limitatur primò, ſi verba inhibitionis referuntur ad potentiam.*

10 *Limitatur ſecundo, etiam ſi verba referuntur, ad actum vbi ratio expreſſa viget etiam in abſolutione.*

DISTINCTIO XXXIII.

AN, & quando, qui poteſt abſoluere poſſit condemnare, vel qui poteſt condemnare poſſit abſoluere, docent DD. ad l. 3. ff de re iud. & præſertim Ripa, ex quo pleniſſimam tradidit doctrinam vir conſultiſſimus Iac. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud. q. 43. nos autem quatenus occaſione contrariorum, diſputāt DD. ad rubr. ff. de acqui. poſſeſs. an Iudex, qui ex ſua iuriſdictione iudicandi pleniſſimam habet facultatem, ſi ſit prohibitus condemnare in aliqua ſpeciali cauſa, cenſeatur prohibitus abſoluere, hoc pacto, poſt ſubtilem diſputationem, ſoliti ſumus diſtinguere. Aut
1 verba inhibitionis referuntur ad potentiam, Aut ad actum condemnandi; Si ad potentiam intelligitur etiam prohibitus abſoluere per d. l. 3 ff de re iud. & per, l. nemo qui condemnare
2 ff de reg. iur. Si ad actum rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut conſtat ex verbis reſtrictam eſſe prohibitionem ad condemnationis actum, quia ſcilicet prohibens vſus ſit dictione aliqua taxatiua, Aut non; Primo caſu non intelligitur prohibita abſolutio, vt per Menoch. d. q. 43. num. 30. Secundò au-
3 tem caſu, Aut eſt expræſſa ratio prohibitionis, Aut non; Si eſt expreſſa, Aut viget ſolummodo in condemnatione, vt puta, ſi ſit facta prohibitio ob ſuſpectam Iudicis ſeuitiam, vel ob aliam cauſam, quæ reſpiciat ſolummodo fauorem rei, & tunc prohibitus abſoluere non intelligitur prohibitus condemnare Clem. 1. de hæret. alioqui fauor retorqueretur in odium cōtra, l. quod fauore. C. de legibus. Aut ratio expræſſa viget in vtroq; vt puta ratio imperitiæ, & tunc quoq; habet locum regula, l. nemo qui condemnare, de regulis iur. Si verò nulla eſt expreſſa ratio, & verſamur omnino in dubio, crediderim non eſſe prohibitam abſolutionem, quia vbicunq; eſt prohibitus vnus ex pluribus actibus alicuius potentiæ, nihil eſt impedimento quominus potentia redigatur ad alios actus non prohibitos, argumento regulæ l. cum Prætor de Iud. & in terminis noſtris probat optimè tex. in l. vltima. §. adeò. C. vbi Senat.
5 vel Clariſs. ſtare enim nō prohibetur,
6 quod non immutatur, l. præcipimus in
7 fin. C. de Appell. Nec in dubio, poteſt cenſeri facta eiuſmodi prohibitio, niſi ob fauorem rei, qui retorqueretur

in

In odium, ſi reſultaret ex ea etiam abſolutionis prohibitio, contra l. quod fauore, C. de legibus, & hæc eſt in hoc capite comunis opinio, quam tenet gloſ. in d. Clement. 1. de hæret. in §. 1. verſ. contra eos, & ſequuntur ibi Card. Paul. de Leazar. Lapus. Abbas, & Imol. quos refert Iaſ. ad d. l. 3. de re iud. nu. 5. qui eidem opinioni ibi ſubſcribit nu. 9. & ibi ſequitur etiam Ripa nu. 4. & 11. vbi teſtatur de cõmuni, ſequuntur etiam Felin. in c. 3. de ſent. & re iud. & in c. cũ inferior de maior. & obedient. Dec. in l. nemo qui condemnare de reg. iur. in fin. vbi etiam Cagnol. num. 3. Io. Coraſ. ad l. ſolent in prin. ff. de off. procõſul. & legat ſequuntur etiã DD. Comuniter ad rubr. ff. de acquir. poſſeſ. & præſertim Io. Crot. nu 17. Alcia. nu. 9. & D. M. Oddus in ſuis compendiarijs interpretationibus, in d. rubr. lectio. 12. ita vt re vera, quicquid dicat ibi Soc. Iun. nu. 81. hæc ſit communis, & recepta opinio, vt de communi teſtatur ibi Horman. Det in prima interpretatione nu. 34. in ſecunda num. 30. & de magis communi Preſes Menochius d. q. 43. num. 29. licet ipſe in hoc capite videatur ire in contrariã ſententiam, ibi in fine ſub nu. 32. verſ. Tertius vero eſt caſus.

8 Prohibitus igitur condemnare, in dubio, non intelligitur prohibitus abſoluere Clemen. 1. de hæret. vbi DD. l. vlt. §. adeo. C. vbi ſenat. vel clariſſ.

9 Limitatur primo, vt non procedat qñ verba inhibitionis referuntur ad potentiã, nam tunc intelligitur etiam prohibitus abſoluere l. 3. ff. de re iud. l. nemo qui condemnare ff. de reg. iur.

10 Limitatur Secũdò, vt nec procedat quando verba referuntur ad actum, ſi ratio inhibitionis expreſſa, puta, imperitiæ, vigeat, tam in condemnatione, quàm in abſolutione, & verba non ſint expreſsè reſtricta ad actum condemnationis, nam tunc quoq; habet locum reg. d. l. nemo qui condemnare de reg. iur.

ARGVMENTVM.

An, & quando, quod deciſum eſt in vno iudicio, poſſit refricari in alio.

SVMMARIVM.

1 *Deciſum in vno iudicio principaliter, non poteſt in alio refricari.*

2 *Res iudicata inducit ius, & pro veritate habetur.*

3 *Deciſum obiter, ſi ab eo in neceſſariam antecedentiam, vel conſequentiã pendeat deciſio principalis, non poteſt in alio iudicio refricari.*

4 *L. 1. C. de ord. iudic. l. 2. C. de ordine cognit. & l. qui Romæ, in §. duo fratres. ff. de verb. ſign. declarantur.*

5 *Deciſum obiter in vno iudicio, licet ab eo non pendeat deciſio principalis, ſi tamen plena adhibita eſt cognitio, non poteſt in alio iudicio refricari.*

6 *L. quod in diem. ff. de compenſat. & l. ſin autem. §. vlt. ff. de negot. geſt. declarantur.*

7 *Deciſum emergens ſummatim, & non plenè in vno iudicio cognitum, poteſt in alio refricari.*

8 *Regula ponitur negatiua cum ſua limitatione.*

DISTINCTIO XXXIV.

In hac iuris controuerſia, quam tractant. DD. ad l. qui Romæ in §. duo fratres. ff. de verb. obliga. conſueui ego, omiſſa Bart. diſtinctione, quam tradit ibi ipſe nu. 7. hoc pacto diſtin-
1 guere. Aut dubitamus de eo quod deciſum eſt principaliter, Aut de eo, quod deciſum eſt obiter. Primò caſu
2 non refricatur in alio iudicio, quia res iudicata, inducit ius, & pro veritate habetur, l. ingenuum, ff de ſtat. hom. l. res iudicata. ff. de re iud. l. res iudicata

ff. de

3 ff.de reg.iur. Secundo, aſit caſu, Aut quod obiter deciſum eſt , venit deciſum in neceſſariam antecedentiam , vel conſequentiam , cum ab eo pendeat deciſio principalis , Aut non, ſi principalis cauſa pendet ab incidenti, vel expreſsè deciſio , vel in neceſſariam antecedentiam, vel conſequentiam, nec quod obiter deciſum eſt in vno iudicio poteſt refricari in alio, & in his terminis intelligenda eſt , l.
4 1. vbi gloſ.vltima. C. de ord.iudiciorum,& l.2.vbi pariter gloſ.C. de ord. cogn.poſſet, etiam ita intelligi tex. in d.l.qui Romæ.§.duo fratres ff d verb. oblig.vbi latiſſimè hanc materiam tra
5 ctauimus , Aut ab incidenti non pendet neceſſario veritas,& iuſtitia, ſententiæ latæ in vno iudicio ſuper cauſa principali, a qua nec neceſſariò ſequitur incidentis deciſio , & tunc rurſus diſtinguendum eſt , quia, Aut Iudex plenè cognouit, etiam ſuper incidenti,& emergenti, Aut non,ſi quod incidenter deciſum eſt plena tamen adhibita cauſæ cognitione,eſt deciſum,
6 non refricatur in alio iudicio,ita intelligo, l.quod in diem.§.1.ff.de compenſat.& l.ſin aute.§ vltimo.ff. de negot.
7 geſt. Si verò ſummatim , & non plenè eſt cognitum poteſt in alio iudicio refricari, faciunt d.§.1.& d.§.vltimus & eſt tex.optimus in l.a Diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iud. & in l. ſed ſi ante.ff. de exceptio: Fachinæus tamen lib. 10. controuerſ. iur.cap.80. ſequens Aret. Bald.& Crotum , indiſtinctè concludit, quod cognitum eſt in iudicio ſummario , etiam ſi plenæ in eo ſunt factæ probationes , iterum poſſe deduci in iudicio ordinario deinde cap.81. colligit ex traditis per Bart. ad d. §. duo fratres , quatuor concluſiones .

8 Eſt igitur concluſio negatiua , quod deciſum eſt in vno iudicio , non pôt refricari in alio , l. ingenuum. ff. de ſtat.homin.l. res iudicata.ff.de re iud. l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. 1. vbi gloſ.vltima, C.de ord.iudiciorum , l. quod in diem. §. 1. ff. de compenſat. Limitatur concluſio, vt procedat in eo, quod deciſum eſt principaliter, vel in neceſſariam antecedentiam,vel conſequentiã. vel in emergenti plenè cognito, Secus autem in emergenti ſummatim,& non plenè cognito, l. a Diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iud.l. Sed,& ſi ante de exceptio.

ARGVMENTVM.

An, & quando Iudex teneatur exprimere cauſam in ſententia.

SVMMARIVM.

1 *IVdex non tenetur exprimere cauſam in ſententia.*

2 *Sententia, in qua exprimitur cauſa, exponitur periculo reſciſſionis,& nullitatis, ſi reperitur erronea, vel falſa, & pro ea non præſumitur.*

3 *Iudex eſt fatuus,& imprudens,qui cauſam exprimit in ſententia.*

4 *Iudex recedens à iure communi,& pronunciãs aduerſus intentionem fundatam partis, debet cauſam ſpecialitatis reddere.*

5 *Iudex in Criminalibus ſolet exprimere cauſam dicendo, quia conſtat,vel non conſtat.*

6 *Idem ſi pronunciet ſuper reductione ad arbitrium boni viri.*

7 *Idem ſi pronuntiat ſuper reſtitutione in integrum, exprimitur enim cauſa læſionis.*

8 *Idem quando denegatur quarta dilatio,vel quarta productio teſtium, quæ concedenda eſt cum ſolemnitate Auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando Iudex.*

9 *Idem quando Iudex non condemnat victum in expenſis.*

10 *Iudex tenetur exprimere cauſam in ſententia, vbi potuit moueri diuerſis cauſis,*

Digitized by Google

ſis, quæ diuerſos habent iuris effectus, puta quia ex altera reſultet infamia, ex altera non.

11 *Militis miſſio poteſt eſſe honorifica, ſi tamquàm ſtipẽdijs emeritus dimittatur, cauſſaria, ſi dimittatur ob valetudinem, & ignominioſa, ſi propter crimen, & demerita.*

12 *Tutor remotus a tutela, tamquàm ſuſpectus, ob cauſam doli, efficitur infamis, vbi verò ob culpam, non vtiq.*

13 *Iudex abſoluens ab obſeruatione iudicij, propter lapſum Inſtantiæ, exprimere debet, an lapſa ſit inſtãtia ob defectum alicuius ex litigatoribus, vel ob defectum aduocatorum, ne ſit incertum, an aliquis ex litigatoribus debeat condemnari ad expenſas litis, vel aliquis ex aduocatis ad pœnam, de qua in l. properandum in §. illo de iudic.*

14 *Iudex debet exprimere cauſam in ſententia, quando poteſt reſultare exceptio in alio iudicio.*

15 *Idem ſi ob contumaciam lata fuit ſententia, non ob defectum boni iuris.*

16 *Iudex, quando ex diuerſis cauſis non poteſt ſequi diuerſus effectus, non tenetur cauſam exprimere.*

17 *Sententia, in caſibus, in quibus deberet exprimi cauſa, ſi non exprimatur, non eſt nulla. Sed non operatur illos effectus, quos operaretur, expreſſa cauſa.*

18 *Regula ponitur negatiua, cum duabus limitationibus.*

DISTINCTIO. XXXV.

1 REgula in hac controuerſia eſt negatiua, ex his quæ tradunt DD. & præſertim Iacobus de Arena ad l. qui teſtamento, num. 2. ff. de excuſat tutorum, Bald. Fulgoſ. & Iaſon ad l properandum. §. illo de Iudic. gloſ. etiam, & DD. ad l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui notantur infam. nec non DD. ad cap. ſicut nobis de re iud. & præſertim Abbas, num. 11. &
2 Felin. num. 10. Ratio autem eſt, quia alias ſententiæ omnes eſſent, expoſitæ periculo reſciſſionis, & nullitatis, ſi cauſa in illis expreſſa reperiretur erronea, vel falſa, & ſic nunquam pro ſententia præſumeretur, contra notata
3 ta in dicto cap. ſicut, & propterea fatuus, & imprudens dicitur Iudex, qui cauſam exprimit in ſententia, vt per Io. Andr. & Abb. in d. cap ſicut, tradit etiam Anchar. conſ. 209. Imol. & Iaſ. ad l. is ad quem. ff. de acquir. hæred. & ad d l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig Iaſ. num. 55. & Iacob. Mandel. ab Alba, num. 157. Sed quia plures enumerantur caſus a Speculat. in tit. de probatione ſententiæ in. §. qualiter, & a Baldo ad l. præſes C. quomodo, & quando Iudex, in quibus cauſa eſt exprimẽda, propterea omnia DD. dicta in hac materia redigo ad hanc
4 diſtinctionem. Aut Iudex recedit a iure communi, & pronunciat aduerſus intentionẽ fundatam partis, Aut non. Primò caſu cauſam ſpecialitatis reddere debet d. l. properandum. §. illo. C. de iudic & præſertim poſt Angel. & Caſtr. Alex. num. 2. & 39. Aret. num. 2. & Iacobin. de Sancto Georgio num. 4. & 5 Felin. in d. cap. ſicut num. 16. facit l. quod ergo, in §. pœna grauior, cum ibi notatis. ff. de ijs qui not.
5 infam. vt puta ſi iudex minuat, vel augeat pœnã iuris comunis, vt latè per DD. in iurib9 allegatis, quinimmo in criminalibus ſolet iudex exprimere cauſam dicens, quia conſtat, vel non conſtat nobis, vt per Alber. in d. §. illo, & per Bald. in d l. præſes, & de cõmuni obſeruantia teſtatur, Felin. in d.
6 cap. ſicut, num. 15. & idem Baldus ad l. ſi quis in teſtamento. C. de fideic. lib. dicit, in ſententia banni ſemper debet exprimi cauſa, quod tene menti. Item ſi pronuntietur ſuper reductione ad arbitrium boni viri, Aret. in d §. illo, num. 18. verſ. addas, tandem ſi pronuntietur ſuper reſtitutione in integrum, exprimitur enim cauſa læſionis, vt ex Baldo, & alijs tradit Aretin. in d. §. illo

Digitized by Google

8 illo d.num.18. verſ. & idem eas. Item
quando denegatur quarta dilatio, vel
quarta productio teſtium, quæ conce
denda eſt cum ſolemnitate Auth. qui
ſemel.C.quomodo,& quando Iudex,
vt per Innoc.in c ſignificauerunt ex.
de teſtib.num.2. tradunt etiam ad d.l
properandum,in § illo Angel.num.2
in fin. verſ. quo petit, & Iacobin. de
9 ſancto Georgio,num.4. Item quando
Iudex non condemnat victum in ex-
penſis. Felin in d.c ſicut, num.17.cum
adductis ibi per eum. Secundo autem
caſu,rurſus diſtinguendum eſt, quia,
10 Aut Iudex potuit moueri diuerſis
cauſis,quæ habent diuerſos iuris effe-
ctus, Aut cauſis,quæ eumdem habent
effectum, Si diuerſis cauſis, ex quibus
poteſt ſequi diuerſus effectus,pariter
tenetur Iudex cauſam exprimere Bal.
in d §.illo,num.3 vbi etiam Caſtren.
& Alex vterque num.2.Abbas,& Fe-
lin in d.c.ſicut vterq; num. 13. exem-
plum poteſt afferri,quando ex vna cau
ſa reſultat infamia, ex alia non, vt in
l.2.in.§.ignominiæ,vbi Bart ff.de his,
11 qui notantur infamia. miſſionis enim
militis ab exercitu poteſt eſſe cauſa
honorifica, ſi tamquã ſtipendijs eme-
ritus dimittatur, poteſt eſſe caſualis,
ſeu,vt loquitur Iuris conſultus,cauſ-
ſaria,ſi mittatur ob valetudinem,quæ
cauſæ non afferunt infamiam, poteſt
etiam eſſe ignominioſa, ſi propter cri-
men, & demerita fiat,quo caſu afficit
infamia dimiſſum ab exercitu,vt in d.
§.ignominiæ, id quod latè etiam de-
clarat Iac.Mandellus ab Alba, ad d.l.
qui Romæ in §.duo fratres.ff.de verb.
12 oblig. num.158. Idem quoq; dici põt
vbi tutor remouetur tamquam ſuſpe-
ctus, vbi enim ob cauſam doli remo-
uetur,efficitur infamis, vbi vero ob
culpam,non vtiq;,vt dicit tex.in § ſu-
ſpectus autem Inſtit. de ſuſpect. tut.
13 Item poteſt afferri exemplum,quãdo
fertur abſolutoria ab obſeruatione iu
dicij,propter lapſum Inſtantiæ, expri
mi enim debet, an lapſa ſit Inſtantia
ob defectum alicuius ex litigatoribus
vt ob defectum aduocatorum cauſæ,
ne ſit incertum,an aliquis ex litigato-
ribus debeat condemnari ad expenſas
litis,vel aliquis ex patronis cauſæ de-
beat condemnari ad pœnam, de qua
in d.§.illo vbi DD.comuniter, tradit
etiam Alba ad l qui Romæ.§.duo fra-
tres.ff de verb.oblig. num.158. Item
14 quando poſſet reſultare exceptio rei
iudicatæ in alio iudicio iuxta,l. & an
eadem.ff.de excep.rei iud.eſt glo. in l.
1. §. 1. ff. ſi menſor. fall. mod. dixe,in
verbo,nec temere,eſt tex. in cap.pen.
15 de except. Idem dicendum eſt,ſi ob
contumaciam lata fuit ſententia, non
autem ob defectum boni iuris,Iacob.
de Arena ad l.ſi legatario,num.2.ff.de
fideicom.libert.Bald. ad l. penultimã
num.4.C.de fideicomiſſ.lib.& in l.re-
petita, num. 18. C. de conſt. pecun.
Alex.in d.§.illo, num.4 vbi Iacobin.
de Sancto Georgio, num.7. & Felin.
in d.c.ſicut nobis,num.14.eſt tex.opti
mus, & ibi gloſ. fin.in l.ſi legatario.§.
16 vltimo.ff.de fideicom.libert. Vbi ve-
rò ex pluribus cauſis, quibus potuit
Iudex moueri, non ſequatur diuer-
ſus effectus, Habet locum regula, vt
non teneatur Iudex cauſam exprime-
re, de qua per DD.in d.§ illo & in d.
cap.ſicut,cum alijs ſupra adductis, &
licet non exprimatur cauſa in caſibus,
in quibus deberet exprimi, non ideo
ſententia redditur nulla, Sed non ope
ratur illos effectus, quos operaretur
expreſſa cauſa, vt per Bart.in l.2.in.§.
ignominiæ. ff. de his qui not. infam.
per Alex.in d.§. illo, num. 2. & 3. &
plenius per Abbat.in d cap.ſicut, nu.
11. & num.13. vbi,ét Felin.num.15.
18 & num.18.qui de communi teſtatur,
Concluſio ergo eſt. Iudex non tene-
tur in ſententia exprimere cauſam.

Limitatur primo niſi recedat,a iure com
muni, & pronuntiet aduerſus inten-
tionem fundatam partis, vt ſup.

Limitatur Secundò, niſi Iudex potuerit
moueri diuerſis cauſis, quæ diuerſos
habent

Digitized by Google

habent iuris effectus, iuxta exempla & auctoritates, quas ſupra latè protulimus.

ARGVMENTVM.

An & quando ſententia lata ex falſa cauſa ſit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ex falſa cauſa non allegata, à Iudice qui fuit precibus, vel pecunia corruptus eſt ipſo iure nulla.*

2 *Sententia, ex eo ſolo, quòd fuit lata ex falſa cauſa non allegata & non expreſſa in ſententia non eſt ipſo iure nulla.*

Sententia iniuſta non ſemper eſt nulla.

3 *Sententia lata ex falſa cauſa circa ſubſtantialia Iudicij, allegata à parte, eſt ipſo iure nulla.*

4 *Sententia lata contra eccleſiam, ex falſa cauſa circa partis iuſtitiam, allegata a parte ipſa, eſt ipſo iure nulla.*

5 *Idem contra minorem.*

6 *Sententia lata ex falſa cauſa circa iuſtitiā partis, à parte allegata, ſi abſq; dolo ipſius lata eſt contra maiorem, eſt aliqua, ſed ope exceptionis reſcinditur.*

7 *Sententia lata contra maiorem abſentem, dolo partis, cauſam falſam allegantis, nulla eſt ipſo iure.*

8 *Sententia lata contra maiorem præſentem, dolo partis, allegantis falſam cauſam circa iuſtitiam, eſt aliqua, ſed reſcinditur per reſtitutionem.*

9 *Sententia lata, ex cauſa a Iudice in ea expreſſa, de iure, & de facto erronea, ſi cum ea fuerit expreſſa, etiā vera cauſa, ſententia valet.*

10 *Diſpoſitio quæ nititur duabus rationibus, vna ratione ceſſante, nō vitiatur.*

11 *Sententia lata a Principe, cum expreſſione falſę cauſę, ſi non recognoſcit ſuperiorem, mero iure valet.*

Princeps non præſumitur ius ignorare.

12 *Sententia lata cum expreſſione falſę cauſę, addita dictione, maximè, pręſertim, vel potiſſimum, etiam ſi lata ſit ab inferiore a Principe valet.*

13 *Sententia lata à Iudice ſimpliciter, cū expreſſione falſę cauſę, ſecundum ius apertum, eſt ipſo iure nulla.*

Secus ſi falſa ſecundum ius cōtrouerſū.

14 *Sententia lata a Iudice, cum expreſſione falſę cauſę in facto, ſi ad acta expreſſè non referatur, ipſo iure valet.*

15 *Probationes non ſunt de ſubſtantia Iudicij quemadmodum ſolemnitates.*

16 *Iudex poteſt moueri etiam extra proceſſum.*

17 *Sententia lata a Iudice, cum expreſſione cauſę falſę tantum in facto, ſi eſt relatiua ad acta tantum in genere, ipſo iure valet.*

18 *Secus ſi ad acta in ſpecie referatur, tunc enim eſt ipſo iure nulla.*

19 *Sententia lata ex falſa cauſa in ea a Iudice nō expreſſa, non eſt ipſo iure nulla.*

20 *Limitatur, niſi Iudex corruptus venalem tulerit ſententiam.*

21 *Sententia lata ex falſa cauſa, allegata a parte, non eſt ipſo iure nulla.*

22 *Limitatur, niſi cauſa ſit falſa circa ſubſtantialia Iudicij.*

23 *Limitatur, niſi ſententia ſit lata contra minorem, vel eccleſiam.*

24 *Limitatur etiam in ſententia lata contra maiorem ex falſa cauſa dolo aduerſarij.*

25 *Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi ſit lata dolo aduerſarij, ex falſa cauſa contra abſentem, ſecus ſi contra præſentem.*

26 *Sententia lata ex falſa cauſa, a Iudice expreſſa in ſententia, non eſt ipſo iure nulla.*

27 *Limitatur ſi ſit falſa de facto, ſecus ſi de iure.*

28 *Sublimitatur, niſi ſit lata a Principe, non recognoſcente ſuperiorem.*

29 *Sublimitatur etiam ſi ſit lata contra ius controuerſum.*

30 *Limitatur etiam ſi cum cauſa falſa de facto tantum ſit lata, vbi etiam cauſa vera non ſit expreſſa, vel addita particula implicatiua aliarum cauſarum, maximè, præſertim, potiſſimum, vel alia ſimilis.*

31 *Sublimitatur, vt concluſioni deroget, quando ſentẽtia eſt relatiua ad acta in ſpecie, ſecus ſi non eſt relatiua, vel eſt tantum relatiua in genere.*

DISTINCTIO. XXXVI.

ALtius repetendo hanc materiã, & plenius quam faciat Bart. ad l. ſi is ad quem ff. de acquir. he-
1 red. nu. 2, diſtinguendo, & dilucidius ac magis diſtinctè quàm faciant DD. ad l qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. obligat & ad cap. ſicut, de ſententia, & re iudicata procedendo, ſic breuiter declaro Aut falſa cauſa non fuit allegata, Aut fuit allegata, Si nõ fuit allegata, Aut conſtat Iudicem precibus, & pecunia corruptum venalem ſententia tuliſſe, Aut non Primo caſu ſententia erit ipſo iure nulla l. venales C. quando prouocare nõ eſt neceſſe, vbi Iacob. Butrig. Bart. ad d. l. ſi is ad quem in finalibus verbis,
2 & ad l. ſeruo inuito in §. cum prætor ff. ad S. C. Trebell. tradit etiam celeberrimus ſacrorum canonum interpres D. Io: Baptiſta Coſta, in ſuo tractatu de facti ſcientia, & ignor. centuria 2. diſtinct. ſexta nu 11. Secundo autem caſu ſententia ex eo ſolo quod fuit lata ex falſa cauſa non ipſo iure eſt nulla, alioquin fere omnis ſententia iniuſta eſſet nulla, facit etiam l. 1. & 2. C. ſi ex falſ. inſtrumentis, tradit in ſpecie nouiſſimè Andreas Fachin. lib. 10. controuerſ. iur. cap. 83. verſ. Ego vt breuiter, ſentiunt etiam DD. communiter ad l. qui Romæ in §. duo fratres ff. de verb. obligationi. Si fuit allegata falſa cauſa, Aut fuit allegata a parte, Aut à Iudice, Si à par-
3 te, Aut allegata eſt falſa cauſa circa ſubſtantialia Iudiciorum, Aut circa Iuſtitiam partis, Si circa ſubſtantialia Iudiciorum, puta quia dixit litem cõteſtatam, cum non eſſet, vel quid ſimile, & tunc ſententia eſt ipſo iure nulla l. ſi quis obrepſerit ff. ad legem Corn. de falſis, tradit Bart. ad d l. ſi is ad quẽ nu. 2. verſ. ſi primo modo tradit Felinus ad cap. ſicut extra de ſententia & re iudicata nu. 24. & D. Meus Oddus conſ. 74. nu. 7. Si circa iuſtitiam partis, puta, quia allegetur pactum, quod factum non eſt, rurſus eſt
4 diſtinguendũ, nã, Aut ſententia lata eſt cõtra minorẽ, vel eccleſiã, Aut cõ
5 trà maiorẽ Si cõtra minorẽ, vel eccleſiã eſt ipſo iure nulla, vt p Bart. in d. l. ſi is ad quem tradit Bald. ad cap. cum venerabilis in fi. de exceptionibus, Felin. qui alios adducit ad d. cap ſicut nu. 20. verſ. contrarium, eſt textus apertus in l. 1. C. ſi tutor vel curator ex falſis allegationibus, & quamquã non ſatis conſtat apud DD. an d. l. 1. locum habeat extra ſuum caſum, & extra cauſam excuſationis tutorum, vt obſeruare eſt apud eundem Felin. præallegato in loco, & apud Io. Crotum ad l. qui Romæ § duo fratres ff. de verb. oblig. nu. 13. communis tamen opinio eſt vt procedat indiſtinctè, vt per Felin. & Crot. preallega-
6 tis in locis, & per D. Meum Oddum in ſuo conſ. 74. num. 4. vbi pleniſſimè tractat hanc materiam. Si contra maiorem, Aut ſententia eſt lata abſq; dolo partis, Aut dolo partis eſt lata, Primo caſu ſententia eſt aliqua, ſed ope exceptionis reſcinditur, & in his terminis intelligendus eſt tit. C. ſi ex falſ. inſtr. & l. diuus ff. de re iud. & intelligit etiam Bart. in ſæpius repetita l. ſi is ad quem ff. de acquir. hered. nu.
7 2. in fi. Si dolo partis eſt lata, Aut contra abſentem, Aut contra præſentẽ.

Si

Digitized by Google

Si contra abſentem, eſt ipſo iure nulla l. ſi prætor §. Marcellus ff. de Iudicijs Bart. ad d.l. ſi is ad quem Angel. in d.§. duo fratres & Felin. ad d. cap. ſicut numero 23. cum alijs ad-
8 ductis per D. Oddum in d conſil. 74. nu. 4. vbi de magis communi teſtatur. Si contra præſentem eſt aliqua ſed reſcinditur per reſtitutionem d.l. ſi prætor §. Marcellus, tradit Bart. ad d.l. ſi is ad quē, & Felin. ad d. cap. ſicut, ſub d. nu. 23. & D. Oddus d. conſ 74. nu
9. Si vero falſa cauſa allegata eſt, & expræſſa à Iudice in ſententia, Aut cauſa expreſſa eſt falſa, & erronea de iure & de facto, Aut de facto tantū, Si de iure & de facto, Aut cum falſa cauſa fuit expreſſa etiam vera, Aut non, Si etiam vera, ſententia valet c. per tuas vbi Abbas extra qui filii ſint legit. tradit Innocen. in c. in præſentia de renunc. circa fin. cum alijs adductis per Ripam in d. §. duo fratres
10 nu. 35. & ratio poteſt eſſe, quia diſpoſitio, quæ nititur duabus rationibus, Si vna ratio ceſſet, non vitiatur §. affinitatis & §. Socrum Inſtit. de
11 nupt. Si vero ſola falſa cauſa eſt expreſſa Aut ſententia eſt lata à Principe non recognoſcente ſuperiorem, Aut ab inferiore à Principe, Si à Principe, qui ius non præſumitur ignorare, mero iure valet, vt ex Angel. & alijs, tradit Ripa ad d. §. duo fratres nu. 37. Si vero ab inferiore à Princi-
12 pe Aut pronuncias, & cauſam exprimens vtitur dictione implicatiua aliarum cauſarū, maximè, præſertim, vel potiſſimum, & ſimilibus, Aut nō Primo caſu valet ſententia Alex. ad l. impoſſibilis de verb. oblig. Abbas in cap. ſicut, extra de re iud. nu. 14. & 15. & ibi Felin. nu. 21. Iaſ. in d. §. duo fra
13 tres nu. 55. Secundo autem caſu rurſus eſt diſtinguendum, quia, Aut cauſa eſt erronea vel falſa ſecundum ius apertum, Aut ſecundum ius controuerſum, in quo variæ ſunt opiniones. Si ſecundum ius apertum, ſententia eſt ipſo iure nulla l. 2 C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. qui teſtamento ff. de excuſat. tut. tradit Innoc. ad d. c. in præſentia de renunc. nu. 1. tradūt etiam DD. communiter ad d. l. qui Romæ §. duo fratres de verb. oblig. & præſertim Iaſ. nu. 10. & Ripa nu. 29. poſt Bart. qui ita debet intelligi ad d. l. ſi is ad quem ff. ad S.C. Trebell. nu. 3. Si ſecundum ius controuerſum ſententia valet l. cum prolatis de re iud. vbi gloſ. & Bart. nu. 2. idem Bart. in d. §. duo fratres nu. 9. vbi etiam Ripa nu. 32. & Socin. Iun. teſtans de magis communi nu. 74. necnon Io. Bolognn. nu. 94. Vbi vero lata eſt ſententia ex falſa cauſa in facto tantum, in
14 ea expreſſa, Iterum eſt diſtinguendū, quia Aut ſententia non eſt relatiua ad acta, Aut eſt relatiua, Si ad acta expreſſe non refertur, ipſo iure valet, ita intelligo Innocentium in d. c. in præſentia & Bart. in d. l. is ad quem ff. de acquir. hæred. nu. 3. & alios quos adducit Ripa in d. §. duo fratres nu. 29. & Io. Crotus nu. 19. in fi. ratio autem
15 eſt quia probationes non ſunt de ſubſtantia Iudicij quemadmodum ſolemnitates, de quibus in l. 1. & in auth. offeratur C. de lit. conteſt. vt poſt Bart. ad l. prolatam C. de ſentent. & interlocut. omni. iud nu. 5. tradit Io. Crot. cōſ. 224. & nu. 44. lib. 2. Afflict.
16 deciſ. 28. nu. 4. potuit enim moueri iudex etiā extra proceſſum, arg. cap. afferte gladiū de præſumpt. Si vero ē relatiua ad acta, Aut refertur in ge-
17 nere, Aut in ſpecie, Si in genere, vt puta quia ſit dictum viſis teſtibus & probationibus & c. valet ipſo iure, vt ex Bald. ad l. 2. C. de re iud. & ex Aret. ad l. ſi is ad quem ff. de acquir. hæred. Docet Crot. ad d. §. duo fratres
18 nu. 22. & alij quos adducit Oddus in ſæpius repetito conſ. 74. nu. 15. tradit etiam D. Coſta in d. ſua diſtinct. 6. vbi ſummatim diſtinguit. Si in ſpecie refertur ad acta oſtendentia notorie errorem ſententiæ, vt puta quia ſit di-

Digitized by Google

ctum per Titium, & Sempronium teſtes inductos probatum eſt reum ſoluiſſe, ideo eum abſoluo, eſt nulla, vt per Iaſ. ad d. l. ſi is ad quem nu. 21. & per Alex. de communi teſtantem cõſ. 123. nu. 7. lib. 1. & per Felin. ad d. cap. ſicut, de ſenten. & re iud. nu. 25. & per Oddum in d. conſ. 74. nu. 14. Sed, vt in hac quoq; materia, concluſiones cum ſuis limitationibus firmemus, Primam ſic ponimus.

19 Sententia lata ex falſa cauſa, in ſententia non expreſſa, non eſt ipſo iure nulla DD. communiter ad l. qui Romæ § duo fratres ff. de verb. oblig.

20 Limitatur, niſi conſtet ſententiam fuiſſe venalem, quia Iudex precibus, vel pecunia corruptus. Bart. ad l. ſi is ad quem in fi. ff. de acquirenda hereditat. per l. venalis C. quando prouo. non eſt neceſſ.

21 Sententia lata ex falſa cauſa, allegata a parte, non eſt ipſo iure nulla l. ſi prætor §. Marcellus ff. de Iud. l. diuus ff. de re iud.

22 Limitatur primo, vt procedat in cauſa falſa circa Iuſtitiam partis, ſecus ſi ex cauſa falſa circa ſubſtantialia Iudicij, puta quia diceretur lis cõteſtata, cum non eſſet, tunc enim ſententia eſt ipſo iure nulla l. ſi quis obrepſerit ff. ad l. Corn. de falſ. Bart. ad l. ſi is ad quem ff. de acquir. hæredit., quamquam hoc caſu ſententia re vera, redditur nulla potius defectu ordinis ſubſtantialis Iudicij, quàm allegatione falſæ cauſæ iuxta l. prolatam C. de ſentent. cum ſimilibus, vt ex Innocentio docet Felin. ad c. ſicut, de ſent. & re iud. nu. 24.

23 Limitatur ſecundo, etiam ſi cauſa ſit falſa ratione Iuſtitiæ partis, vbi ſẽtentia lata eſt contra Eccleſiam, vel minorem, nam tunc quoq; eſt ipſo iure nulla l. 1. C. ſi Tut. vel Cur. ex falſ. allegat. latè Felin. ad d. cap. ſicut nu. 20. verſ. contrarium, & eſt communis limitatio, licet in ea dubitetur, an locum habeat extra caſum d. l. 1. vt latè per Crotum ad d. l. qui Romæ §. duo fratres de verborum obligat. nu. 13.

24 Limitatur tertio, vt nec procedat in ſententia lata contra maiorem, ſi lata ſit dolo aduerſarij falſam cauſam allegantis, nam tunc quoq; eſt ipſo iure nulla, l. ſi prætor §. Marcellus ff. de iud.

25 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi ſententia ſit lata contra abſentem, ſecus ſi contra præſentem d. §. Marcellus, tradit Bart. ad d. l. ſi is ad quem de acquir. hæredit. nu. 2. nam tunc eſt aliqua, ſed per reſtitutionem reſcinditur, vt per Bart. in d. l. ſi is ad quem nu. 2. in fi.

26 Tertia eſt concluſio. Sententia lata ex falſa cauſa expreſſa, & allegata à Iudice in ſententia, non eſt ipſo iure nulla, vt per Iaſ. ad d. l. ſi is ad quẽ ff. de acquir. hæred. nume. 13. l. cum prolatis de re iudic. l. præſes ff. de re iud.

27 Limitatur primo, vt procedat, quãdo cauſa eſt falſa de facto tantum, ſecus ſi de iure, & de facto, l. qui teſtamento ff. de excuſat. tut. Bart. ad d. l. ſi is ad quem.

28 Sublimitatur hęc limitatio, vt concluſioni deroget, quando ſententia lata eſt ab inferiore à Principe, ſecus ſi à Principe, non recognoſcente ſuperiorem. Ripa ad l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. nu. 37. tunc enim ipſo iure valet.

29 Sublimitatur ſecundo, vt concluſioni deroget, ſi lata ſit contra ius apertum, ſecus ſi contra ius controuerſum l. cum prolatis de re iud. vbi glo. & Bart. nu. 62. cum alijs ſupra adductis in corpore diſtinctionis.

30 Limitatur ſecundo, vt nec vendicet ſibi locum, quando cauſa eſt falſa de facto tantum, niſi cum cauſa falſa expreſſa ſit etiam vera, vel niſi ſit poſita dictio, maximè, præſertim, vel potiſſimum, aut ſimilis, alterius cauſæ implicatiua c. per tuas vbi Abbas, extra qui filij ſint legit. tradit Innocent.

Digitized by Google

gent. ad temp. in præſentia de renunçia. circa fin.

31 Sublimitatur hæc limitatio, vt cõcluſioni deroget, vbi ſententia eſt relatiua ad acta in ſpecie, ſecus ſi non eſt relatiua, vel refertur tantum in genere, Ex his quæ mox protulimus in calce huius diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

An, & quando Abſolutoria lata in petitorio obſtet agenti poſſeſſorio, continente cauſam proprietatis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria lata in petitorio, intentato ad eundem finem, ad quem tendat poſſeſſorium, obſtat agenti poſtea poſſeſſorio continente cauſam proprietatis.*

2 *Sententia abſolutoria lata in petitorio, intentato ad diuerſum finem ab eo, ad quem tendat poſſeſſorium, ſi reus fuerit abſolutus quod probauerit actori, ius non competere, obſtat agenti poſtea poſſeſſorio continente cauſam proprietatis.*

3 *Sentẽtia lata in primo Iudicio, in quo plenè, & principaliter aliquid fuit tractatum, facit preiudicium etiam in ſecundo, in quo idem incidenter veniat tractandum.*

4 *Sententia abſolutoria lata ſuper petitorio, quod reſpiciat diuerſum finem a poſſeſſorio, ſi reus fuerit abſolutus, quia actor non probauerit, & cauſa proprietatis qua poſſeſſorio continetur ſit eodem modo probanda, quo in petitorio, obſtat etiam in poſſeſſorio.*

5 *Interdictum de itinere, actuq; priuato datur illi, qui probat vſum itineris illius anni, & loco tituli longæuam ſeruitutis poſſeſſionem, id eſt decem annorum inter præſentes.*

6 *Agens actione confeſſoria pro itinere actuq; priuato debet probare itineris conſtitutionem per pact. vel vlt. voluntatem, vel per præſcriptionem, quę non niſi tempore immemorabili precedit.*

7 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio intentato ad diuerſum finem, ab eo ad quem tendat poſſeſſorium, ſi reus fuerit abſolutus, quòd actor non probauerit, & cauſa proprietatis, quæ poſſeſſorio continentur non eſt eodem modo probanda, quo in petitorio puta, quòd leuioribus ſit contenta probationibus, non obſtat agenti poſſeſſorio, continente cauſam proprietatis.*

8 *Abſolutoria lata in petitorio obſtat agenti poſſeſſorio, continente cauſam proprietatis, ſiue fuerit intentatum ad eundem finem, ſiue ad diuerſum.*

9 *Limitatur quando reus fuit abſolutus, non quia probauit ius actori non competere, ſed quia actor in probationibus defecit.*

10 *Sublimitatur vbi poſſeſſorium ſit contentum leuioribus probationibus.*

DISTINCTIO XXXVII.

AVt petitorium fuit intentatũ ad eundem finem, ad quem tendit poſſeſſorium continens cauſã
1 proprietatis, Aut ad diuerſum, Si ad eundem, puta quia actio confeſſoria fuerit intentata pro refectione itineris aduerſus eum, qui reficere non patiebatur iuxta l. loci corpus §. pen. ff. ſi ſeruit. vendic. Deinde actor, qui in primo Iudicio ſuccubuit, experitur interdicto de itinere actuq; priuato ex ſecundo capite, quod competit ad eundem finem l. 3. §. ait prętor ff. de itinere actuq; priuat. & tunc exceptio rei iudicatæ obſtat l. ſi quis cum totum §. de fructibus, circa finem ff. de excep. rei iud. vbi inquit I.C. [& generaliter (vt Iulianus definit) exceptio

ceptio rei iudicatę obſtat, quoties in
ter eaſdem perſonas eadem quæſtio
reuocatur, vel alio genere Iudicij,]&
ita in ſpecie tradit Rub. Alex. ad l. na-
turaliter in §. nihil commune ff. de
acquir. poſſ. nu. 129. per ea quæ tradit
Bart. ad l. 2. in §. 1. nu. 3. ff. de vi bono
rum rapt. Docet etiam D. Menochius
in tractatu retinendę remed. 5. quęſt.
2 vlt. nu. 126. Si verò ad diuerſum finē
rurſus diſtinguendum eſt, propterea
quod, Aut reus fuit abſolutus, quia
3 probauit actori, ius non competere,
& pariter obſtat exceptio, nam quan
do in primo Iudicio plenè, & princi
paliter aliquid fuit tractatum, quod
deinde venit incidenter tractandum
in ſecundo, lata ſententia, in primo,
facit pręiudicium etiam in ſecundo,
l. fundum vbi DD. communiter ff. de
except. Caſtr. ad l. qui Romæ §. duo
fratres ff. de verb. oblig. vbi Ripa nu.
24. & Alcia. nu. 12. tradit Rubeus ad
d. §. nihil commune num. 130. & D.
Menoch. in d. remed. 5. q. vlt. nu. 132.
4 Aut reus fuit abſolutus, quia actor
non probauit, & tunc quoq; rurſus di
ſtinguendum eſt, quia, Aut cauſa pro
prietatis quæ poſſeſſorio continetur
eſt eodem modo probanda, quo pro-
banda erat in Iudicio principali, &
ſic in petitorio, Aut poteſt probari
alio modo, qui in petitorio non fuiſ-
ſet ſufficiens. Primo caſu ſententia
lata in petitorio, quia actor non pro-
bauit, obſtat etiam in poſſeſſorio, ſe-
cundum ſententiam Bart. ad d. §. ni-
hil commune nu. 3. generaliter loquē
tis, quem DD. ſequuntur communi-
ter, & in primis ibi Rubeus. Alex.
5 nu. 131. & 132. Secundo autem caſu,
q̄ñ ſcilicet poſſeſſoriū eſt contentum
leuioribus probationibus, cuius rei
exemplum afferri poteſt in d. ſecun-
do capite de itinere, actuq; priuato,
ſeu de itinere reficiendo, in quo ſatis
eſt probare vſum itineris illius anni,
& loco, tituli longeuam ſeruitutis
poſſeſſionem, ideſt decem annorum
inter præſentes l. apparet §. ſi quis ſer
uitutem ff. de itinere actuq; priuato,
quicquid dicat gloſ. ibi & Cepolla in
tract. de ſeruit. c. 1. nu. 38. verſ. item
verò, quem reprobat D. Menoch. in
tractatu retinen. Rem. 5. q. 23. nu. 107.
cum ſeq. quod in petitorio ſatis non
6 fuiſſet, cum ſit neceſſarium, adhoc, vt
quis obtineat per actionem confeſſo
riam, probare itineris conſtitutionē
per pactionem, vel vltimam volunta
tem, iuxta tex. in §. vlt. Inſtit. de ſeru.
ruſt. & vrb. pred. vel per præſcriptio-
nem, quę non niſi tempore immemo-
7 rabili procedit, & tunc exceptio non
obſtat, quia ei, cui non competit pro
itinere reficiendo, actio confeſſoria
defectu tituli, poteſt competere in-
terdictum de itinere actuq; priuato,
vt rectè docet D. Menoch. d. remed.
5. q. vlt. nu. 134. id quod confirmaui-
mus etiam nos ad d. §. nihil com-
mune.

8 Concluſio igitur in hac controuer
ſia eſt affirmatiua. Abſolutoria lata
in petitorio, obſtat Agenti poſſeſſo-
rio continente cauſam proprietatis,
ſiue fuerit intentatum ad eundem fi-
nem, ſiue ad diuerſum l. ſi quis cum
totum §. de fructibus circa fin. de ex-
cept. rei iud. l. fundum vbi DD. com-
muniter ff. de except.

9 Limitatur vt procedat quando re-
us probauit Agenti ius non compete
re, ſecus quando actor deficit in pro-
bationibus vt p D. Menoch. in tract.
Retinendæ remed. 5. quæſt. vlt. nu-
mero 134.

10 Sublimitatur hæc limitatio, vt cō-
cluſioni deroget, quando verſamur
in poſſeſſorio, quod contentum eſt
leuioribus probationibus, ſecus ſi
cauſa poſſeſſionis eodem modo ſit p-
banda, vt per Bart. quem DD. com-
muniter ſequuntur ad l. naturaliter
§. nihil commune de acquir. poſſ. nu.
3. vbi nos quoq; diximus.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An, & quando Abſolutoria lata in petitorio obſtet Agenti poſſeſſorio retinendæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus fuit ſimpliciter abſolutus, non obſtat Agenti poſſeſſorio retinendæ. & cur.*

2 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus fuit abſolutus, & dominus declaratus, ſi actor experiatur pro moleſtia illata poſt abſolutoriam, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, & cur.*

3 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus fuit abſolutus, & dominus declaratus, ſi actor experiatur pro moleſtia illata ante ſententiam, & reus actualiter non producat ſententiam abſolutoriam cum declaratione dominij, non obſtat agenti poſſeſſorio, & cur.*

4 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus fuit abſolutus, & dominus declaratus, actore agente pro moleſtia illata ante ſententiam, & reo actualiter docente de abſolutoria, cum declaratione dominij, ſi vna & eadem ſententia vtrunq; fuerit determinatum, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.*

5 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus fuit abſolutus, & dominus declaratus, actore poſtea agente pro moleſtia illata ante ſententiam ratione poſſeſſionis retinendæ ex alia cauſa, quàm Dominij, & reo actualiter docente de abſolutoria cum declaratione dominij, Si eadem ſententia vtrunq; fuerit determinatum, nõ obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.*

6 *Sententia abſolutoria lata in petitorio, in quo reus fuit abſolutus, & dominus declaratus, actore poſtea agente pro moleſtia illata ante ſententiã, ratione poſſeſſionis retinendæ ex illamet cauſa, qua intentauerat petitorium, & reo confeſtim docente de abſolutoria cum declaratione dominij; ſi eadem ſententia vtrunq; fuerit diremptum, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.*

7 *Abſolutoria lata in petitorio, ſine declaratione dominij, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.*

8 *Abſolutoria lata in petitorio, in quo reus declaratus eſt etiam dominus, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.*

9 *Limitatur, vbi actor experitur pro moleſtia illata poſt abſolutoriam.*

10 *Limitatur etiam vbi agitur pro moleſtia illata ante abſolutoriam, quando ſententia actualiter non producitur.*

11 *Limitatur tertio, vt nec procedat vbi ſtatim de ſententia docetur, ſi vtrũque iudicium vnica ſententia non terminatur, & agitur ratione poſſeſſionis ex alia cauſa, quàm dominij.*

DISTINCTIO XXXVIII.

AVt reus conuentus in petitorio fuit ſimpliciter abſolutus, Aut, quia, præter comunem curſum cauſarum, ſe dominum probauit, fuit etiam dominus declaratus,
1 Si ſimpliciter abſolutus, abſolutoria non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, quia iudicia ſunt diuerſa, ex diuerſis cauſis, & tendentia ad diuerſum finem, l. & an eadem & l. cum quæritur ff. de except. rei iud. facit l. naturaliter in §. nihil commune ff. de
2 acquir. poſſeſſ. Si fuit etiam dominus declaratus, Aut actor experitur pro moleſtia illata poſt ſententiam abſolutoriam, & non obſtat, quia potuit actor poſt dictam ſententiam dominium acquiſiuiſſe, vt dicitur in poſſeſſorio

ſeſſorio recuperandæ, tradit Ripa ad d.§.nihil commune nu.97. & D.Menoch.in tract. retinendæ remed. 3. q. 80. nu. 690. Aut agit pro moleſtia illata ante ſententiam, & tunc, Aut nõ producit actualiter ſententiam, & non obſtat, quia, non conſtat de dominio notorio, vt per Bart.in d.§.nihil commune nu.3.verſ.3.caſu, & per Io.Bologn ibidem in ſecunda parte nu.62.ver.Secũdo ampliatur, Aut ſtatim actualiter docet de ſententia abſolutoria, cum declaratione dominij, & tunc, Aut vnica ſententia vtrumq; fuit determinatum, quia, petitorium abſorbet poſſeſſorium c. cum dilectus & c. cum Eccleſia ſutrina, extra de cauſa poſseſs.& proprietat. & obſtat, vt per Io.Bologn.in d. §.nihil commune in ſecunda parte nu.62. verſ. ſecundo limitatur. Aut non fuit vnica ſententia vtrumq; determinatum, & tunc rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut qui experitur poſseſsorio retinendæ agit ratione poſseſsionis ex alia cauſa, quàm dominij, puta tamquam creditor, vel vſuſructuarius, Aut agit ratione poſſeſſionis ex illamet cauſa ex qua intentauit petitorium. Primo caſu nõ obſtat arg. l. 1. §. huius autem interdicti ff.vti poſſid. faciunt tradita per Caſtrenſem ad l. ſi de eo in §. vlt. de acquir.poſſ.nu.4.& tradita per Iaſ.ad d.l.naturaliter in princ.nu.15.ff.eod. tit. de acquir. poſſ. Secundo autem caſu obſtat, & in his terminis procedit ſine difficultate communis opinio, quam tenet Dyn. ad c. ad agendum de reg.iur.lib 6.in fin.& DD.in dicto §.nihil commune, & in primis Alex.nu.17.Ripa, teſtans de communi, nu.97. Fabius Acorumb. num. 37. Horman.Dec.nu 41.Rub.nu.169.Io. Coraſ.in 2.parte nu.63.& alij quamplurimi, quos adducit D.Menoch. in tract.retinendæ rem.3. q.8, nu. 685, & in his quoq; terminis nu.690. cum ſeq. verſ.tertius eſt caſus.

3

4

5

6

7 Primum igitur ex hac diſtinctione fluit hęc concluſio; Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus fuit ſimpliciter abſolutus, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.

8 Secunda ſententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus fuit abſolutus, & dominus declaratus, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ cap. cũ dilectus & c.cum eccleſia ſutrina, extra de cauſa poſſ. & proprietatis.

9 Limitatur primo, vt non procedat vbi actor experitur pro moleſtia illata poſt abſolutoriam, vt per Ripam ad l.naturaliter in §. nihil commune ff. de acquir.poſſ. nu. 97.

10 Limitatur ſecundo, vt nec procedat vbi agatur pro moleſtia illata ante abſolutoriam, quando actualiter ſententia non producitur, & ſic de domino notorio non conſtat. Bart. ad d. §. nihil commune num. 3. verſ. tertio caſu.

11 Limitatur tertio, vt nec procedat quando agitur pro moleſtia illata ante abſolutoriam, & ſtatim actualiter de dicta ſententia docetur, ſi vtrũq; iudicium vnica ſententia non terminatur, & agitur ratione poſſeſſionis ex alia cauſa, quàm dominij l.1.§.huius autem interdicti ff. vti poſſidetis.

ARGVMENTVM.

An & quando abſolutoria lata in petitorio obſtet agẽti poſſeſſorio recuperanda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria lata in petitorio non obſtat agenti poſſeſſorio recuperanda, non opinione dominij, ſed ratione alterius iuris, tanquam creditor, vel fructuarius.*

2 *Exceptio dominij, quantumuis notorij, non obſtat agenti poſſeſſorio recuperanda*

Digitized by Google

vanda ratione alterius iuris, quàm dominij.

3 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus dumtaxat fuit abſolutus, non obſtat agenti poſſeſſorio recuperanda ratione dominij, & cur.*

4 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus dumtaxat fuit abſolutus, non facit rem notoriam in cauſa dominij.*

5 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus eſt abſolutus, & dominus declaratus, non obſtat agenti poſſeſſorio recuperanda, ſi non ſtatim producit ſententiam, ſed petit dilationem ad probandum, & cur.*

6 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*

7 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus eſt abſolutus, & dominus declaratus, non obſtat agenti poſſeſſorio ratione ſpolij poſt ſententiam commiſſi, etiam ſi actualiter doceat de abſolutoria, & cur.*

8 *Spoliator non poteſt ſibi ſua manu iuſdicere.*

9 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus eſt abſolutus, & dominus declaratus, non obſtat agenti poſſeſſorio, ratione ſpolij violenti ante ſententiam commiſſi, etiam ſi ſtatim abſolutoriam proferat.*

10 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus fuit abſolutus, cum declaratione dominij, obſtat agenti poſſeſſorio ratione ſpolij non violenti, ante ſententiam commiſſi, quamuis confeſtim abſolutoriam producat.*

11 *Regula ponitur negatiua cum ſua limitatione.*

DISTINCTIO XXXIX.

1 AVt agente poſſeſſorio recuperandæ conſilium eſt, recuperare poſſeſſionem, quam habebat, non ratione dominij, ſed ratione alterius iuris, Aut ratione dominij, Si ratione alterius iuris, quod fieri poteſt, l. 1. §. deijcitur & l. 3. §. vnde vi, ff. de vi & vi arm. tradit D. Menoch. in tract. Recupe. Remed. 1. q. 5. nu. 69. & q. 6. num. 75. late, Ant. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de reſt. ſpol. concluſ. 5. verſ. Nõ obſtat, & colligitur ex Caſtrẽſe ad l. ſi de eo. §. vlt. nu 4. ff. de acquir. poſſ. tradit Accoramb. ad l. naturaliter in, §. nihil cõmune nu. 59. eod. tit. de acquir. poſſ. nihil enim prohibet, vt reus abſolutus ſit dominus, & agens interdicto recuperandæ debeat eſſe in poſſeſſione tamquã creditor iure pignoris, vel tamquam fructuarius, aut conductor ad longũ tempus, vel Emphiteuta, idem dicendum eſt in bone fidei poſſeſſore, qui poſſidebat ratione ſuorum melioramentorum, & ſi qui ſunt alij, de quibus latè Gabriel. in ſuis cõmunibus concluſionibus, in tit. de reſt. ſpoliat. d. concluſ. 5. per tex. in l. 3. §. vnde vi, & in §. ſeq. & in §. vlt. de vi, & vi arm. & ratio colligitur ex. l. ſi quis cum totũ in. §. ſi ancilla. ff. de except. rei iud. iuncta. l. & per iuſiurandum.
2 §. illud. ff. de acceptil. exceptio enim dominij, quantumuis notorij, non poteſt obſtare agenti poſſeſſorio recuperandæ, non opinione dominij, Sed ratione alterius iuris. Si vero
3 ratione dominij, Aut loquimur de abſolutoria, per quam reus non fuit declaratus dominus, ſed quia actor non probauit ſe dominum, fuit abſolutus, eiuſmodi in dubio præſumitur abſolutoria in petitorio l. procurator ad exhibendum. ff. rem ratam haber l. Iulianus. ff. de condit. indeb. tradit Rube. ad d. §. nihil commune, num. 132. & 140. Horman. Det. num. 49. & Soc. Iun. num. 163. Aut de ab-
4 ſolutoria, per quam reus fuit abſolutus, & dominus declaratus, Si de prima abſolutoria loquimur, non obſtat agenti poſſeſſorio recuperãdæ, Tum quod cauſæ ſunt diuerſæ l. cum quæritur, cum duabus ſeqq. ff. de except. rei. iud. iuncto. d. §. nihil commune, Tum quod dicta ſententia non facit

rem notoriam in cauſa dominij.l.ſed & ſi poſſeſſori in princ. ff. de iureiur. ita tradunt in d. §. nihil cōmune Caſtren.& Aret.num.7. Alex. num. 12. Coraſ. ibidem, in ſecunda parte nu. 68. Ripa num. 44. Soc. Iun. num.79. & conſentiunt omnes, vt teſtatur Io. Bolog. ibi in ſecunda parte, num.75. tradit etiam Menoch. in tract.Recu-
5 per.Remed.1.q.20.num.237. Si verò loquimur de ſecunda abſolutoria, quæ dominij continet declarationẽ, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut reus non producit ſtatim dictam ſententiam, ſed petit dilationem ad probandum, Aut ſtatim, & actualiter de ea docet. Si petit dilationem, non obſtat, quia cauſa ſpolij, non admittit aliam diſcuſsionem, cum ſpolia-
6 tus ante omnia debeat reſtitui l. ſi qs ad ſe fundum C. ad l. Iuliam de vi publica, cum alijs adductis per Anton. de Matheis in d. §. nihil commune num.26. tradit Caſtrenſ. ad l. ſi de vi ff. de Iudic. nu. 30. Abbas in c. literis de reſt. ſpol. Bolog. in d. §. nihil comune in ſecunda parte nu. 78. Hinc, nec ſententia iuris obſtat cum expectet poſt ſe probationẽ, vt, ex Oldead.cōſ.227.nu.4. verſ. Secundo obijcit, docet etiam D. Menoch. d. Remed.1.q.20 nu. 238. verſ. declaratur quinto, ſpoliat⁹ enim debet ante omnia reſtitui d.l. ſi quis ad ſe fundum, Si verò docet in continenti, Aut agẽs poſſeſſorio experitur ratione ſpolij, quod accidit poſt ſententiam latam,
7 Aut ante dictam ſententiam abſolutoriam. Si ratione ſpolij poſt ſententiam, non obſtat, vt per Imolam & Alex. ad d. §. nihil commune nu.12. Ripa num.44. Coraſ. ibidem in ſecunda parte num. 67. & cæteri recentiores communiter, ratio autem eſt, vt rectè conſiderat D. Menoch. in d. q. 20.num.236. quia non licet ſpoliatori[illegible] ſua manu ius dicere l. extat, ff. de eo quod met: cauſa, & quia potuit actor, poſt dictam ſententiam dominium acquiſiuiſſe, vt dicit Ripa ad mentem gloſ. in d. §. nihil commune nu.44. Si ratione ſpolij commiſsi ante ſententiam, ſecundum communes traditiones, rurſus diſtinguendum
9 eſt, quia, Aut ſpolium fuit violentum, Aut non, Si violentum, exceptio dominij diſcuſſi, & probati per poſteriorem ſententiam abſolutoriã nō obſtat, quia ab eo cecidit l. ſi quis in tantam & l. meminerint, C. vnde vi, ita docuit Angel. quem, ſequuntur in d. §. nihil comune Alcia.num. 33. Horman. Dec.nu.34. Soc. Iun.nu. 84. cum ſeq. & nu. 125. vbi de com-
10 muni teſtatur, Si verò ſpolium non fuit violentum, magis comunis ſententia eſt contra Bart. vt obſtet, ita in d. §. nihil comune Alex. num. 12. Iaſ.nu.43. Ripa num.35. & ibi de cōmuni, tam legiſtarum, quàm canoniſtarũ teſtatur Fabius Accoramb. nu. 42. plures etiam adducit pro opinione contra Bart. Menoch. in ſæpius repetita q.20.num.233. & Ant.Gabr.in d.tit. de reſt. ſpol. conclu. 1 nume.87. probat eandem ſententiam; pro qua ſub nu.89. teſtatur de magis cōmuni.

Ex hac diſtinctione colligitur vnica concluſio cum limitatione vnica.

11 Concluſio eſt hæc.

Abſolutoria lata in petitorio nō obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, ſiue ſit ſimplex, ſiue cum declaratione dominij, & ſiue ſtatim producatur ſententia, ſiue petatur dilatio, vt colligitur ex corpore diſtinctionis.

Limitatur hæc concluſio, vt non procedat quando agitur poſſeſſorio recuperandæ, ratione ſpolij non violenti, commiſſi ante ſententiam latam, & ſententia continens declarationem dominij ſtatim actualiter oſtẽditur. DD. communiter ad l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſ. & in primis Alex.num.12. & Iaſ.nu. 43. & Ripa nu.35. & ibi de magis cōmuni teſtatur Fabi. Accoramb.n.42.

ARGVMENTVM.

An, & quando abſolutoria lata in petitorio obſtet agenti poſſeſſorio adipiſcendæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus fuit ſimpliciter abſolutus, non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, & cur.*

2 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus eſt abſolutus, & dominus declaratus, obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, quod contineat cauſam proprietatis.*

3 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus eſt abſolutus, & dominus declaratus, ſi ſtatim non doceatur de abſolutoria, non obſtat agenti mero poſſeſſorio adipiſcendæ.*

4 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus eſt abſolutus, cum declaratione dominij, ſi ſtatim abſolutoria proferatur, non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, intentato in pœnam rei conuenti.*

5 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus eſt abſolutus cum declaratione dominij, ſi ſtatim de abſolutoria doceatur, non obſtat agenti mero poſſeſſorio adipiſcendæ remedio, l. vlt. C. de edict. D. Adri. toll.*

6 *Sententia abſolutoria, lata in petitorio, in quo reus eſt abſolutus, & dominus declaratus, ſi ſtatim de abſolutoria doceatur, non obſtat agenti mero poſſeſſorio adipiſcendæ, ſi exceptio dominij ius agentis poſſeſſorio adipiſcendæ non eneruet.*

7 *Sententia abſolutoria, lata ſuper petitorio, in quo reus eſt abſolutus, & dominus declaratus, ſi ſtatim de abſolutoria doceatur, obſtat agenti mero poſſeſſorio adipiſcendæ, ſi talis ſit exceptio dominij, vt ius agentis poſſeſſorio adipiſcendæ tollat.*

8 *Abſolutoria ſimplex, lata in petitorio non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ.*

9 *Abſolutoria lata in petitorio, cum declaratione dominij, non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ.*

10 *Limitatur primo in poſſeſſorio continente cauſam proprietatis, vel in beneficialibus.*

11 *Limitatur ſecundo etiam in mero poſſeſſorio, ſi offeratur ſtatim probatio abſolutoria, in caſu vbi dominij exceptio poteſt ius agentis poſſeſſorio eneruare.*

12 *Sublimitatur vbi poſſeſſorium adipiſcendæ intentatur in pœnam rei conuenti.*

DISTINCTIO. XL.

AVt verſamur in ſimplici abſolutoria, Aut in abſolutoria cum declaratione dñij, quia reus,
1 cõtra communem curſum cauſarum, ſe dominum probauit, Si de ſimplici abſolutoria, non obſtat, vt concludit Bart. ad l. naturaliter in. §. nihil comune. ff. de acquir. hær. num. 3. per tex. in l. & an eadem. §. vlt. ff. de except. rei iud. & per d. l. naturaliter in. § nihil commune, vbi ſequuntur DD. communiter, & in primis Ripa, num. 101. Rub. Alex. num. 180 & D. Menoch. in tract. adipiſc. Rem. 1. q. 30. num. 111. cum ſeq. & ratio eſt, vt poſt Ripam docet Menoch. in d. q. 30. num. 112. quia, licet reus fuerit abſolutus, non tamen ſequitur eum eſſe Dominum, vt ſcribit etiam Corn. conſ. 129. num.
2 6. lib. 4. Si de abſolutoria continente declaratione dominij, Aut proponitur poſſeſſorium adipiſcendæ, quod continent cauſam proprietatis, vel in beneficialibus, Aut merum poſſeſſorium. Primo caſu obſtat, Abbas in c. in literis de reſtitutione ſpoliatorũ circa fin. Ripa hic num. 101. Sequitur

3 D.Menoch.d.q.30.num.110. Si merũ poſſeſſorium, Aut non ſtatim, & incontinenti offertur probatio abſolutoriç cum declaratione dominij, Aut ſtatim offertur, Si non ſtatim, non obſtat, vt ex notatis in l.ſi de vi.ff.de iudic. docet Bart.ad d.§.nihil commune, num.30.in fin.Ripa ibidem, num. 101. & D. Menoch. in tract. adipiſc. Remed.1.q.30.num.109. Si ſtatim, & incontinenti, rurſus diſtinguendum
4 eſt, quia, Aut verſamur in poſſeſſorio adipiſcendæ intentato in pœnam rei conuenti, iuxta ea quæ tradit gloſ. vltima, in l. vlt. ff. de rei vend. nec non in l.inuitus. ff. de reg. Iuris. Aut verſamur in alio poſſeſſorio adipiſcendæ, non in pœnam rei propoſito. Si in illo, quod proponitur in pœnam, non obſtat, vt per Iaſ. ad d. §.nihil comune, num.42. & ſequuntur ibi Aret.num.5. Rubeus nu. 185. Alciat.num.33. Ripa num.102. & D.
5 Menoch.d.q.30.num.113. Si in alio, non in pœnam, Aut in Remedio l. vlt.C.de edict.diui Adri.toll. Aut in alio, Si in Remedio, d.l.vlt.non obſtat Bald.ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſ.nũm.5.vbi Zuccard.nu.374. tradit etiam Iaſ.ad ſæpius repetitum. §. nihil commune, num.43.& Bero.cõſ. 56. num.10. lib.2. Si in alio, Aut eſt eiuſmodi, vt exceptio dominij ius agentis poſſeſſorio adipiſcendæ non eneruet, quia poſſeſſio debeatur ex cauſa ſeparata à dominio, Aut tale eſt, vt ius agentis eneruare valeat. Primo caſu non obſtat, hinc agenti interdicto quorum legatorum non obſtat, vt per Soc.Iuniorem ad d.§. nihil commune, num.155. idem dicendum de interdicto Saluiano. Secun-
7 do autem caſu obſtat l. vlt C. quorũ bonorũ, l.3. §. cauſa.ff.de carb. edict. tradit Bart.ad d.§. nihil comune, nu. 3.in fin.& ſequuntur DD.comuniter, vt teſtatur Ripa, nu.101. tenet etiam Capic.deciſ.121.num.28. Burſat.cõſ. 129. num.31. & 36.lib.2.

8 Prima ergo concluſio, quæ colligitur ex hac diſtinctione eſt eiuſmodi. Abſolutoria ſimplex, lata in petitorio, non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ Bart. ad l.naturaliter in §.nihil commune.ff de acqu r.poſſeſs.nu. 3. per illum tex.& per l. & an eadem in.§.vlt.ff.de excep. rei iud.

9 Secunda eſt, abſolutoria lata in petitorio cum declaratione dominij, non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, Bart.ad d.§.nihil comune, nume.3. in fin.

10 Limitatur primum, vt non procedat in poſſeſſorio continente cauſam proprietatis, vel in beneficialibus Abbas in c.in literis de reſtit.ſpoliat.Ripa ad d.§.nihil comune, num. 101.

11 Limitatur ſecundo, vt nec procedat in mero poſſeſſorio adipiſcendæ vbi ſtatim offeratur probatio abſolutoriæ, & verſamur in caſu vbi exceptio dominij ius agentis poſſeſſorio eneruare poteſt l.vlt. C.quorum bonorum.l.3.§.cauſa.ff. de carb. edict.

12 Sublimitatur hæc limitatio vt cõcluſioni non deroget, vbi poſſeſſoriũ adipiſcendç intentatur in pœnam rei conuenti iuxta tradita per gloſ. vltimam ad l. vlt. ff. de rei vend. & ad l inuitus.ff de reg. iur.

ARGVMENTVM.

An, & quando abſolutoria lata in poſſeſſorio obſtet Agenti petitorio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria lata in mero poſſeſſorio, non obſtat agenti petitorio.*

2 *Sententia abſolutoria lata in poſſeſſorio, quod habet annexam cauſam proprietatis, ſi plenè de dominio non fuit cognitum, non obſtat agenti petitorio, & eur.*

3 Alia

3 *Acta in iudicio poſſeſſorio non faciunt fidem in petitorio.*
4 *Sentētia abſolutoria, lata in poſſeſſorio, quod habeat annexam cauſam proprietatis, ſi de dominio plenè fuerat cognitum, obſtat agenti petitorio.*
5 *Regula ponitur negatiua cum ſua limitatione.*

DISTINCTIO XLI.

1 AVt verſamur in mero poſſeſſorio, Aut in eo quod continet cauſã proprietatis, Si in mero poſſeſſorio non obſtat, l. & an eadem. §. vlt. ff. de except. rei iud. iuncta, l. naturaliter. §. nihil comune ff. de acquir. poſſ. vbi Bart. num. 4. & ſequuntur DD. comuniter, vt de cõmuni teſtatur Ripa ibi, nu. 103. Si in poſſeſſorio, quod habet annexam cauſam proprietatis, rurſus diſtinguen-
2 dum eſt, quia. Aut in poſſeſſorio nõ fuit plenè cognitum de dominio, quia neceſſe non erat, iuxta tradita per Bart. ad l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato, & per Rip. ad d. §. nihil commune, num. 103. & non obſtat, tum quia dominium non
3 eſt plenè probatum, tum quia acta in iudicio poſſeſſorio nõ faciunt fidem in petitorio Felin. ad c veniens 2. de
4 teſtibus, num. 20. Aut fuerat plenè cognitum, quia ſcilicet fuerat eiuſmodi interdictum, in quo erat neceſsè probare dñium plenè, vt in interdicto de aqua ex Caſtello, vel loco publico ducenda, l. 1. §. vlt. ff. de aqua quot. & æſtiua, & tūc obſtat ex traditis per Ripã ad d. §. nihil cõe, nu. 104.
5 Abſolutoria igitur lata in poſſeſſorio non obſtat regulariter agenti petitorio, l. & an eadem. §. vlt. ff. de except. rei iud.

Limitatur, vt non procedat in abſolutoria lata in poſſeſſorio continente cauſam proprietatis, in quo plenè de dominio, & proprietate fuit cognitũ, vt per Ripam in præallegato loco.

ARGVMENTVM.

An, & quando is, qui facit tranſitum de petitorio ad poſſeſſoriũ, ſit condemnandus in expenſis?

SVMMARIVM.

1 *Agens poſſeſſorio, vt ſuſpendat petitorium, quod ante propoſuerat, non eſt condemnandus in expenſis, & cur.*
2 *Lege permittente, qui aliquid facit, pœnam in eo non meretur.*
3 *Agens poſseſsorio recuperanda ſi ſpoliatus, petitorio, quod prius propoſuerat, renunciat, vt agat poſſeſsorio recuperanda, non condemnatur in expenſis, & cur.*
4 *Agens poſseſsorio, ſi petitorio quod prius propoſuit renunciauerit, & iuſtam litigandi cauſam habuerit, non eſt condemnandus in expenſis.*
5 *Agens poſſeſsorio, ſi petitorio, quod prius intentauerat renuntiauerit, & iuſtam litigandi cauſam non habuerit, in expenſis eſt condemnandus, & cur.*
6 *Iudicium petitorium, qui ſemel propoſuit, ſi tranſeat ad poſſeſsorium condemnatur in expenſis.*
7 *Limitatur primum in tranſeunte ad poſseſsorium, vt ſuſpendat petitoriũ, non vt renunciet illi.*
8 *Limitatur ſecundo, etiam in eo, qui renunciat petitorio, ſi agit poſseſsorio recuperanda ratione ſpolij.*
9 *Limitatur tertio, etiam in renuncianti non ſpoliato, ſi iuſtam cauſam habuit litigandi.*

DISTINCTIO XLII.

1 AVt is, qui ſemel propoſuit petitorium, deinde experitur poſſeſſorio, in caſibus, in quibus

bus admittitur concurſus, eo animo facit, vt ſuſpendat petitorium, non vt illi renunciet, iuxta formam cap. paſtoralis de cauſa poſſ. & propriet. Aut proponendo poſſeſſorium renunciat petitorio tacitè, vel expreſſè, Primo caſu nõ debet condemnari in expenſis, quicquid dicat in contrarium Rube. Alexan. ad l. naturaliter
2 in §. nihil cõmune ff. de acquir. poſſ. num.215. quia, cum hoc faciat lege permittente, pœnam non meretur l. Graccus, C. ad l. Iul. de adult. vt concludit Bart. ad d. l. naturaliter in §. nihil cõmune, ff. acquir. poſſ. num.6. ex Speculatore in tit. de expenſ. in §. ſi ante, verſ. quod ſi ſuſpenſo petitorio, & ex Cyn. ad l. incerti. C. de interdict. q.2. nec non ex Io. Andrea in c. cum ſuper de cauſa poſſ. & proprietatis, in pen. gl. & ſequuntur omnes in d. §. nihil commune, vt ibi in ſecunda parte teſtatur Io. Bologn. nu.
3 144. Secundo autem caſu, Aut renuncians petitorio eſt ſpoliatus, & renũciat, vt agat poſſeſſorio recuperãdæ, Aut non eſt ſpoliatus, Si ſpoliatus, odio ſpolij non condemnatur in expenſis, vt ex Butrio, Abbate, & Felino, tradunt ad d. §. nihil, commune Ripa nu.118. & Io. Bologn. in ſecunda parte num.146. in fin. Si verò non
4 eſt ſpoliatus, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut actor habuit iuſtã cauſam litigandi vſq; ad renunciationem ex cauſis, quas ſcribit Bolognet. in ſæpius repetito, §. nihil commune in ſecunda parte nu.146. ita vt quando cœpit cognoſcere ſe bonam cauſam non fouere renunciauerit, Aut legitimam cauſam non habuit, Si habuit non eſt in expenſis condemnandus, vt per Aret. in d. §. nihil commune nu.9. faciũt tradita per DD. ad l. properandum, § ſi autem, C. de Iud. l. in fideicommiſſi, ff. de vſur. l. ſi quis inficiatus, & ibi Bald. ff. depoſiti, tra-
5 dit Bart. ad l. poſtquã lite, C. de pact. Si non habuit, in expenſis eſt condemnandus, quia temere litigauit l. eum quem temere de Iud. iuncta gl. in l. ſi maritus, §. ſi negauerit, ff. ad l. Iul. de adult. ita ex Speculatore, Cy. & alijs concludit Bart. in d §. nihil cõmune num.6. & ibidem Alex. nu.40. Aret. nu.9. in fin. Iaſ. nu. 67. & cæteri omnes communiter vt teſtatur Bologn. ibi in ſecunda parte nu.144. Concluſio ergo eſt.

6 Iudicium petitorium, qui ſemel propoſuit, ſi tranſeat ad poſſeſſorium, condemnatur in expenſis, l. eum quẽ temerè de Iud. iuncta gloſ. in l. ſi maritus, §. ſi nauigauerit, ff. ad l. Iul. de adult. Bar. in d. §. nihil comune nu.6.

7 Limitatur primũ, vt non procedat in caſibus, vbi admittitur concurſus, ſi eo animo faciat hoc actor, vt petitorium ſuſpendat, non vt illi renunciet. Bart. ad d. §. nihil cõmune nu.3.

8 Limitatur ſecundo, vt nec procedat quando, faciens trãſitum ad poſſeſſorium petitorio renunciauit, ſi agat poſſeſſorio recuperandæ ratione ſpolij, neq; enim eo caſu odio ſpolij in expenſis condemnatur, vt ex Abbat. & Felino docet Ripa ad d. §. nihil commune nu.118.

9 Limitatur tertio, vt nec procedat in eo, qui renunciat petitorio, & non fuit ſpoliatus, ſi iuſtam habuit cauſã litigandi, ex cauſis de quibus Bolog. ad d. §. nihil commune in ſecũda parte nu. 146. vt per Aret. ibidem nu.9.

ARGVMENTVM.

An petitorio agens, cenſeatur poſſeſſorio retinendæ renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Agens petitorio, ignorans ſe poſſidere, non cenſetur poſſeſſorio renunciare.*

2 *Agens*

2 *Agens petitorio, & titubans an poſſideat, non intelligitur poſſeſſorio renunciaſſe.*
3 *Titubans æquiparatur ignoranti.*
4 *Agens petitorio, & ſciens ſe per alium poſſidere, non amittit poſſeſſorium.*
5 *Agens petitorio, & ſciens per ſe poſſidere, etiam ſi erret in iure, non tamen cenſetur poſſeſſorio renunciare.*
6 *Intellect. Ant. Gouean. ad §. nihil commune Authori probatur.*
7 *Agens petitorio, & ſciens ſe per alium non poſſidere, ſi in iure non erret, cenſetur poſſeſſioni renunciaſſe.*
8 *Agens petitorio cenſetur renunciare poſſeſſorio retinendæ.*
9 *Limitatur primo in eo, qui ignorat ſe poſſidere.*
10 *Limitatur ſecundo in titubante.*
11 *Limitatur Tertio in eo, qui ſcit ſe per alium poſſidere.*
12 *Limitatur quarto, in eo, qui per ſe poſſidet, & ſcit ſe poſſidere, ſed per errorem iuris cœpit agere petitorio.*

DISTINCTIO XLIII.

1 Avt agens petitorio ignorat ſe
poſſidere, Aut non, Si ignorat
indiſtinctè, non cenſetur
poſſeſſioni renunciaſſe l. naturaliter,
§ nihil commune, ff. de acquir. poſſ.
vbi gloſ. Bart. & cœteri DD. com-
2 muniter. Si verò non ignorat, Aut
titubat, Aut ſcit, Si titubat, arbitror
ego pariter non cenſeri renunciaſſe;
3 quia titubans æquiparatur ignoranti
l. vlt. §. ſin autem C. de furt. licet con
trarium videatur tenere ad d. § nihil
commune in tract. de cauſa poſſeſſio:
& propriet. cauſa prima nu. 87. An-
4 ton. de Matth. Si vero ſcit ſe poſſide-
re, Aut poſſidet per ſe, Aut per aliũ,
Si per alium non amittit arg. l pere-
gre, §. quibus, ff. de acquir poſſ. l. 1. §.
5 non alijs autem, ff. de vi, & vi arm. Si
per ſe, Aut errans in iure agit petito
rio, Aut non, Si errans in iure peti-
torio cæpit agere, non amittit, vt pro-
batur in dicto, §. nihil commune, ſe-
6 cundum intellectum Antonij Gouea
ni lib. 1. variar. lect. c. 3. quem veriſ-
ſimum eſſe arbitror, Si vero non er-
7 rans petitorio egit, ſecundum commu-
nem ſententiam, cenſetur poſſeſſioni
renunciaſſe, vt per gloſ. & Bart. in d.
§. nihil commune num. 8. facit l. 1. §.
in operis, & l. 5. §. meminiſſe. ff. de
noui oper. nunciat. Ego tamen puto
veriorem contrariam ſententiam per
generalitatem, d. §. nihil commune,
nec non per l. officium, & per l. is qui
ſe obtulit, ff. de rei vendic. cum alijs,
quæ adduximus ad d. §. nihil commu
ne, vbi defendimus opinionem con-
tra communem. Nec placet opinio
Anton. de Matthæis ibi in tract. de
cauſa poſſeſſ. & propriet. cauſa prima
nu. 85. aſſerentis, agentem petitorio
amittere poſſeſſorium, non autẽ poſ-
ſeſſionem, quia hæc declaratio repu-
gnat d. §. nihil commune & rationi,
quia, cum non ceſſet cauſa poſſeſſio-
nis, non debet ceſſare illius effectus,
Accedat etiam, quòd ſequeretur poſ-
ſeſſorem carentem remedio poſſeſ-
ſorio retinendæ poſſe impunè turba-
ri in ſua poſſeſſione, quod eſt abſur-
dum.
8 Agens petitorio cenſetur poſſeſſo-
rio retinendæ renunciare, gloſ. eſt in
l. naturaliter §. nihil commune ff. de
acquir. poſſ. vbi Bart. nu. 8.
9 Limitatur primum, in eo, qui igno
rat ſe poſſidere d. §. nihil commune,
vbi gloſ. & DD.
10 Limitatur ſecundo, etiam in eo,
qui titubat, nam titubans æquipara-
tur ignoranti, l vlt. §. ſin autem, C. de
furt.
11 Limitatur tertio, vt nec procedat
in eo, qui ſcit ſe per alium poſſidere,
arg. l. peregre, §. quibus, de acquiren.
poſſ.
12 Limitatur quarto, etiam in eo, qui
poſſidet per ſe, et ſcit ſe poſſidere, ſi
per iuris errorem cæpit petitorio a-
gere, d. §. nihil commune, ſecundum
intel-

intellectum Antoni Gouean. lib. 1. variarum lect. cap 3.

ARGVMENTVM.

An, & quando exceptio dominij non diſcuſſi obſtet agenti poſſeſſorio retinendæ.

SVMMARIVM.

1 *EXceptio dominij obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, vbi nõ replicetur.*

2 *Exceptio dominij, etiam ſi replicetur obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, cõtinente cauſam proprietatis, & in beneficialibus.*

3 *Exceptio dominij renunciati à parte, niſi aperte de renunciatione conſtet, nõ obſtat agenti poſſeſſorio retinẽdæ.*

4 *Exceptio dominij renuntiati à parte metu, de quo apertè conſtat, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.*

5 *Exceptio dominij, cui renunciauit actor ſine metu, ante turbationem admittitur.*

6 *Exceptio dominij, cui renuntiatum eſt poſt turbationem, nulla ſubſiſtente metus ſuſpicione, poteſt, cum effectu obijci agenti poſſeſſorio retinendæ.*

7 *Exceptio dominij renunciati poſt turbationem, agenti poſſeſſorio retinendæ & alleganti metum, de quo poteſt dubitari non obſtat.*

8 *Exceptio dominij ſimplex, etiam ſi dominium ſit notorium, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, ex cauſa ſeparata à dominio.*

9 *Exceptio dominij notorij ſimplex, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, vbi non agit expreſſè ex cauſa ſeparata à dominio.*

10 *Exceptio dominij non notorij, vbi non offertur probatio in continenti, & dirigitur ad excluſionem agentis poſſeſſorio retinendæ, non obſtat.*

11 *Poſſeſſorem moleſtandi occaſio, & audacia non eſt danda alicui.*

12 *Exceptio dominij non notorij, ad finem colorandi poſſeſſionem, obſtat agenti poſſeſſorie retinendæ, etiam ſi illius probatio incontinenti non offeratur.*

13 *Exceptio de dominio incontinenti probando, in caſibus, in quibus obſtaret remedio recuperandæ, obſtat etiam remedio retinendæ.*

14 *Extra eiuſmodi autem caſus, ſi interdictũ retinendæ habet vim iuris realis, admittitur exceptio dominij incontinenti probandi.*

15 *Si verò vim iuris realis non habet, & partium probationes de ipſa poſſeſſione ſunt pares, obſtat.*

16 *Si verò præualent actoris probationes agentis remedio retinendæ, non admittitur exceptio dominij incontinenti probandi.*

17 *Exceptio dominij non diſcuſſi, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.*

18 *Limitatur primo in poſſeſſorijs continentibus cauſam proprietatis.*

19 *Limitatur ſecundo in exceptione dominij renunciati à parte, de cuius renunciatione conſtet, quæ obſtat etiam in meris poſſeſſorijs.*

20 *Sublimitatur vbi conſtet, vel dubitetur renunciationẽ factam eſſe metu.*

21 *Sublimitatur etiam quando facta eſt renunciatio ante turbationem, vel poſtea ſine metus ſuſpitione.*

22 *Limitatur tertio in exceptione ſimplici dominij notorij.*

23 *Sublimitatur ſi interdictum retinendæ expreſſè ſit intentatum ex cauſa ſeparata à dominio.*

24 *Limitatur quarto, etiam in exceptione dominij non notorij, ſi offeratur probatio incontinenti.*

25 *Sublimitatur, vt concluſio inde reget, vbi obſtaret etiam remedio recuperãdæ, & vbi interdictum retinendæ habet vim iuris realis, & extra eiuſmodi caſus, vbi partium probationes ſunt pares, ſecus ſi probationes agentis poſſeſſorio recuperandæ præualeant.*

26 Limita-

16 *Limitatur, Quinto etiam in ſimplici exceptione dominij, non incontinenti probandi, vbi exceptio non dirigitur ad finem excludendi agentem poſſeſſorio, ſed ad finem colorandi poſſeſſionem excipientis.*

DISTINCTIO XLIV.

1 AVt ad dominij exceptionem non replicatur, Aut replicatur, Si non replicatur obſtat, vt ex Dyno conſ. 127. num. 9. lib. 5. docet Menoc. in tractatu Retinendę Remed. 3. q. 79. num. 671. & 682. tradit etiam Rub. Alexan. ad l. naturaliter in § nihil cõe. ff. de acquir. poſſ. num. 175. necnon Vergin. de Boccatijs in ſuo tractatu de interdicto vti poſſidetis, c. 5. num. 1. Contard. ad l. vnicam. C. ſi de momentanea poſſeſſ.
2 Si replicatur, Aut verſamur in poſſeſſorijs continentibus cauſam proprietatis, vel in beneficialibus, Aut in meris poſſeſſorijs. Primo caſu obſtat, ex is quæ tradunt ad d. §. nihil comune Io. Bologn. in ſecunda parte num 121. in fin. & Menoch. in tract. Recuperandæ Remed. 3. q. 79. nume. 683. facit, l ſi quis cum totum. §. de fructibus in fi. ff. de excep. rei iud. Se-
3 cundo caſu, Aut excipitur in ſpecie de dominio renunciato à parte, Aut de dominio ſimpliciter. Si de renunciato à parte, Aut dubia eſt renunciatio, Aut de ea conſtat, Si verſamur in dubio, quia non conſtat, vel inſtrumento, vel alia ſcriptura clara de renunciatione dominij, exceptio non obſtat, vt comprobat pluribus Menoch. in tractatu Retinendæ Remed.
4 3. q. 82. num. 702. Si vero de dominio renunciato conſtat, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut conſtat metu renunciatum eſſe dominio, Aut non, Si metu, dominij exceptio, prætextu renunciationis obijci nõ poteſt arg. c. 2. de reſtit. ſpoliat. tradit idem Menoch. d. Remed. 3. q. 82. num. 700. Si
5 verò de metu non conſtat, Aut conſtat agentem interdicto retinendæ renunciaſſe dominio rei ante turbationem, Aut poſtea, Primo caſu exceptio dominij obſtat, ex is, quæ ſcripſit D. Menoch. in ſæpius repetito Remed. 3. Retinendæ. q. 82. num. 698.
6 Secundo autem caſu, quando ſcilicet conſtat agenti interdicto retinendæ renunciaſſe dominio poſt turbationem, Aut ita renunciauit, vt nulla ſubſit metus ſuſpicio, puta, quia renunciauit iuri ſui dominij coram iudice competente, vel coram alio, ita vt omnis metus ſuſpicio ceſſet, Aut poteſt de metu dubitari, Si ceſſat metus ſuſpicio, exceptio dominij poteſt cum effectu obijci, ſiquidem & in interdicto vti poſſidetis hoc permiſſũ eſt c. 3. de reſt. ſpoliat. tradit idem D. Menoch. in d. q 82. nu. 699. Si uerò po-
7 teſt de metu dubitari, & ab agenti interdicto retinendæ allegatur, crediderim cum eodem Menoch. in eadẽ q. 82. num 701. dominij exceptionem admittendam non eſſe, quia metu potius, quàm ſponte renunciatum præ-
8 ſumitur, iuxta c. 2 de reſt. ſpoliat. Si verò excipitur de dominio ſimpliciter, vel ex alia cauſa, Aut excipitur de dominio notorio de iure comuni, Aut de dominio non notorio, Si de notorio, Aut poſſeſſorium retinendę, proponitur nominatim, & expreſſè ratione poſſeſſionis ex cauſa ſeparata a dominio, vt puta ratione vſusfructus, vel pignoris, Aut ſimpliciter, & non expreſſè ex cauſa ſeparata a dominio, ſi expreſſè ex cauſa ſeparata, non obſtat arg. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ.
9 Si ſimpliciter, & non expreſſè ex cauſa ſeparata à dominio, obſtat per cap. ad decimas de reſt. ſpoli. in 6. Si ex-
10 ceptio eſt dominij non notorij, Aut non offertur probatio incontinenti, Aut offertur, Si non offertur, Aut exceptio dominij eſt ad finẽ excludendi per illud agentem poſſeſſorio retinendæ,

nendæ, Aut ad finem colorandi poſſeſſionem illius excipientis, Si ad fi-
11 nem excludendi, non obſtat, alioqui daretur audacia, & occaſio moleſtandi poſſeſſorem, quod non eſt admittendum l. non eſt ſingulis, ff. de reg. iur. Si uerò ad finem colorandi, licet
12 reo opponere exceptionẽ dominij, quæ, data paritate probationum ſuper poſſeſſorio, facit ſuccũbere actorem, cap. licet cauſam, de probat. docet ex Bart. in d. §. nihil commune, & in l. ſi duo, ff. uti poſsidetis Ripa in d. §. nihil commune nu. 99. cum ſequentibus, ubi alios adducit, tradit etiam Io. Bolegn. ad d. §. nihil commune, in 2. parte nu. 119. Si uerò ex-
13 cipitur de dominio incõtinenti probando, Aut uerſamur in caſibus, in quibus obſtaret remedio recuperandæ, Aut in alijs. Si in primis caſibus, de quibus D. Menoch. in tract. Recuper. Remed. 1. q. 21. num. 245. & 247. admittitur, ex is quæ tradit Rub. in d. §. nihil cõmunẽ nu. 175. & idem D.
14 Menoch. in d. q. 79. nu. 681. Si in alijs caſibus, Aut interdictum retinendæ habet uim iuris realis, ut puta, cum hæres, qui habet remediũ adipiſcendæ, poſsidet, & petit ſe in ea poſſeſsione confirmari, & tunc admittitur dominij incontinenti probandi exceptio, ut ex Rubeo in d. §. nihil commune nu. 184. in fine, docet Menoch.
15 in d. q. 79. nu. 684. Aut eiuſmodi uim non habet, & tunc, Aut probationes partium ſunt pares de ipſa poſſeſsione, Aut actor præualet, Si pares, obſtat dominij exceptio, quia eo caſu, non modo allegatio dominij, ſed etiã cuiuſcunq; tit. obſtat, ut per Bart. ad l. ſi de eo § ult. C. eod. facit tex. in cap. licet cauſã de prob Theſaur. plures allegans deciſ. 206. in fi. num. 15. Veral. deciſ. 336. parte ſecunda Guid. Pap. Singul. 948. nu. 2. & 960. n. 1. poſt Barto. admittunt omnes, ut teſtatur Idem Soc. Iun. licet ipſe contradicat
16 in d. §. nihil commune nu. 146. ſi probationes agentis poſſeſſorio retinendæ preualent, nõ admittitur exceptio dominij, cum ſatis ſit agentem hoc poſſeſſorio poſſidere non ui, clam, aut præcario tempore litis conteſtatæ ab aduerſario, §. retinendæ Inſtit. de interdict. & alijs rationibus de quibus latè per D. Menoch. d. q. 79. nu. 677. cum ſeq.

17 Conſtituenda eſt igitur in hac materia Regula negatiua hoc modo.

Exceptio dominij non diſcuſſi, non obſtat agenti poſſeſsorio retinendę l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ.

18 Limitatur Primum, ut procedat in meris poſseſsorijs, ſecus in poſſeſſorio continente cauſam proprietatis. Menoch. in tract. retinendæ Remed. 3. q. 79. nu. 671. & 682. cum ſeq.

19 Limitatur Secundo, ut nec procedat in meris poſſeſſorijs, ubi excipitur de dominio renuntiato à parte, & de renunciatione conſtat, Hormã. Det. ad d. §. nihil commune nu. 50.

20 Sublimitatur Primum hæc limitatio, ſi, uel conſtet, uel dubitari poſsit renunciationem factam eſse metu, ut per Menoch. d. Remed. 3. q. 82. num. 100. & 101.

21 Sublimitatur Secundo, ut nec concluſioni deroget, quando ſine metus ſuſpicione facta eſt renunciatio, tam ante, quàm poſt turbationem. Idem D. Menoch. d. q. 82. nu. 698. & 699.

22 Limitatur 3. ut nec procedat in exceptionẽ ſimplicis dominij, ſi dominium allegatum, ſit notorium, c. ad decimas, de reſtit. ſpoliat.

23 Sublimitatur hęc limitatio, ut concluſioni non deroget, ubi intentatur Remedium retinendæ ex cauſa ſeparata à dominio expreſsè, arg. d. §. nihil commune.

24 Limitatur Quarto, ut nec procedat in ſimplici exceptione dominij non notorij incontinenti probandi, tunc enim obſtaret ex traditis per Ripam ad d. §. nihil commune num. 99.

Subli-

25 Sublimitatur vt concluſioni dero get in caſibus, in quibus exceptio dominij incontinenti probandi obſtaret etiam remedio recuperandæ, vel in caſibus, vbi interdictum retinendæ habet vim iuris realis, vt late per Menoch. d. Remed. 3.q.79.num.681. & 684. Aut extra huiuſmodi caſus, vbi partium probationes de ipſa poſſeſſione ſunt pares, vt per Bart.& DD. communiter ad dictum, §. nihil commune, ſecus ſi probationes agentis poſſeſſorio retinédæ præualeant, tūc enim non obſtaret, ex his, quæ tradit Menoch. in d. q. 79. nu. 677. cum ſeq.

26 Limitatur Quinto etiam in ſimplici exceptione dominij non incontinenti probandi, vbi exceptio non dirigitur ad excludendum agētem poſſeſſorio retinédæ, ſed ad finem colorandi poſſeſſionem excipientis, tunc enim licet reo opponere dominij exceptionem, quæ data paritate probationum ſuper poſſeſſorio, facit ſuccūbere actoré, cap.licet cauſam, de prob at. Ripa ad d. §.nihil commune nume.99.

ARGVMENTVM.

Iudici inferenti iniuriam, & grauamen, an & quando liceat reſiſtere.

SVMMARIVM.

1 *IVdici inferenti iniuriam extra iudicium poteſt reſiſti.*
2 *Iudicis factum, ad illius officium non pertinens, non eſt ratum.*
3 *Iudex, extra officiū ſuum, eſt tamquā priuatus.*
4 *Iudici, iniuſtè grauamen inferenti iudicialiter, in caſibus, vbi dubium eſt, an ſit reparabile per appellationem poteſt reſiſti.*
5 *Via tutior ſemper eſt eligenda.*
6 *Iudici, inferenti iniuſtum grauamen, quod certum eſt de preſenti irreparabile eſſe per appellationem, poteſt reſiſti.*
7 *Si vero eſt irreparabile de futuro, abſq; appellatione, non poteſt reſiſti.*
8 *Iudici inferenti grauamen notoriè iniuſtum, etiam ſi ſit reparabile, per appellationem, de facto poteſt reſiſti.*
9 *Iudici inferenti grauamen non notoriè iniuſtum, per appellationem reparabile, vbi non eſt appellatum, non poteſt reſiſti.*
10 *Secus autem vbi eſt appellatum, & certum eſt appellationem tenere.*
11 *Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem.*
12 *Iudici inferenti grauamen regulariter non poteſt reſiſti.*
13 *Limitatur primo in grauamine extraiudiciali.*
14 *Limitatur ſecundo, etiam in iudiciali irreparabili per appellationem.*
15 *Sublimitatur in irreparabili de futuro.*
16 *Limitatur tertio etiam in grauamine irreparabili per appellationem, ſi ſit notoriè iniuſtum.*
17 *Limitatur quarto, etiam in reparabili non notoriè iniuſto, ſi ab eo fuit appellatum.*
18 *Sublimitatur, vbi dubium ſit, an appellatio teneat.*

DISTINCTIO XLV.

HAnc iuris controuerſiam plenè examinat Accur. ad l. non videntur in §. quod iuſſu ff.de reg.iur. & Dyn.ad cap.quod quis, eodem tit.lib.6. quos refert, & ſimpliciter ſequitur, ad eos ſe refferendo, Bart.ad l. vt vim, ff. de iuſt.& iur.nu. 3.tangit etiam Cyn.ad l. ab executione, C. quorum appella. non recipiuntur, tractāt latiſſime DD.ad c. ſi quando, extra de off. & poteſt Iud. deleg. & in primis Abb. & Felin. vterque ſub nu. 2. ſoluitur igitur, ad mentem

nendæ, Aut ad finem colorandi poſ-
ſeſſionem illius excipientis, Si ad fi-
11 nem excludendi, non obſtat, alioqui
daretur audacia, & occaſio moleſtan
di poſſeſſorem, quod non eſt admit-
tendum l. non eſt ſingulis, ff. de reg.
iur. Si uerò ad finem colorandi, licet
12 reo opponere exceptionẽ dominij,
quæ, data paritate probationum ſu-
per poſſeſſorio, facit ſuccũbere acto-
rem, cap. licet cauſam, de probat. do-
cet ex Bart. in d. §. nihil commune,
& in l. ſi duo, ff. uti poſsidetis Ripa
in d. §. nihil commune nu. 99. cum ſe-
quentibus, ubi alios adducit, tradit
etiam Io. Bologn. ad d. §. nihil com-
mune, in 2. parte nu. 119. Si uerò ex-
13 cipitur de dominio incõtinenti pro-
bando, Aut uerſamur in caſibus, in
quibus obſtaret remedio recuperan
dæ, Aut in alijs. Si in primis caſibus,
de quibus D. Menoch. in tract. Recu-
per. Remed. 1. q. 21. num. 245. & 247.
admittitur, ex is quæ tradit Rub. in
d. §. nihil cõmunè nu. 175. & idem D.
14 Menoch. in d. q. 79. nu. 681. Si in alijs
caſibus, Aut interdictum retinendæ
habet uim iuris realis, ut puta, cum
hæres, qui habet remediũ adipiſcen-
dæ, poſsidet, & petit ſe in ea poſſeſsio
ne confirmari, & tunc admittitur do
minij incontinenti probandi exce-
ptio, ut ex Rubeo in d. §. nihil com-
mune nu. 184. in fine, docet Menoch.
15 in d. q. 79. nu. 684. Aut eiuſmodi uim
non habet, & tunc, Aut probationes
partium ſunt pares de ipſa poſſeſsio-
ne, Aut actor præualet, Si pares, ob-
ſtat dominij exceptio, quia eo caſu,
non modo allegatio dominij, ſed e-
tiã cuiuſcunq; tit. obſtat, ut per Bart.
ad l. ſi de eo § ult. C. eod. facit tex. in
cap. licet cauſã de prob. Theſaur. plu-
res allegans deciſ. 206. in fi. num. 15.
Veral. deciſ. 336. parte ſecunda Guid.
Pap. Singul. 948. nu. 2. & 960. n. 1. poſt
Barto. admittunt omnes, ut teſtatur
Idem Soc. Iun. licet ipſe contradicat
16 in d. §. nihil commune nu. 146. ſi pro
bationes agentis poſſeſſorio retinen-
dæ preualent, nõ admittitur exceptio
dominij, cum ſatis ſit agentem hoc
poſſeſſorio poſſidere non ui, clam, aut
præcario tempore litis conteſtatæ ab
aduerſario, §. retinendæ Inſtit. de in-
terdict. & alijs rationibus de quibus
latè per D. Menoch. d. q. 79. nu. 677.
cum ſeq.

17 Conſtituenda eſt igitur in hac ma
teria Regula negatiua hoc modo.

Exceptio dominij non diſcuſſi, non ob
ſtat agenti poſſeſſorio retinendę l. na
turaliter, §. nihil commune, ff. de ac-
quir. poſſ.

18 Limitatur Primum, ut procedat in
meris poſseſsorijs, ſecus in poſseſso-
rio continente cauſam proprietatis.
Menoch. in tract. retinendæ Remed.
3. q. 79. nu. 671. & 682. cum ſeq.

19 Limitatur Secundo, ut nec proce-
dat in meris poſseſsorijs, ubi excipi-
tur de dominio renuntiato à parte,
& de renunciatione conſtat, Hormã.
Det. ad d. §. nihil commune nu. 50.

20 Sublimitatur Primum hæc limita-
tio, ſi, uel conſtet, uel dubitari poſsit
renunciationem factam eſse metu, ut
per Menoch. d. Remed. 3. q. 82. num.
100. & 101.

21 Sublimitatur Secundo, ut nec con
cluſioni deroget, quando ſine metus
ſuſpicione facta eſt renunciatio, tam
ante, quàm poſt turbationem. Idem
D. Menoch. d. q. 82. nu. 698. & 699.

22 Limitatur 3. ut nec procedat in ex
ceptionẽ ſimplicis dominij, ſi domi-
nium allegatum, ſit notorium, c. ad
decimas, de reſtit. ſpoliat.

23 Sublimitatur hęc limitatio, ut con-
cluſioni non deroget, ubi intentatur
Remedium retinendæ ex cauſa ſepa-
rata à dominio expreſsè, arg. d. §. ni-
hil commune.

24 Limitatur Quarto, ut nec procedat
in ſimplici exceptione dominij non
notorij incontinenti probandi, tunc
enim obſtaret ex traditis per Ripam
ad d. §. nihil commune num. 99.

Subli-

Digitized by Google

25 Sublimitatur vt concluſioni dero get in caſibus, in quibus exceptio do minij incontinenti probandi obſtaret etiam remedio recuperandæ, vel in caſibus, vbi interdictum retinendę habet vim iuris realis, vt late per Me noch. d. Remed. 3. q. 79. num. 681. & 684. Aut extra huiuſmodi caſus, vbi partium probationes de ipſa poſſeſſione ſunt pares, vt per Bart. & DD. communiter ad dictum, §. nihil commune, ſecus ſi probationes agentis poſſeſſorio retinédæ præualeant, tũc enim non obſtaret, ex his, quæ tradit Menoch. in d. q. 79. nu. 677. cum ſeq.

26 Limitatur Quinto etiam in ſimplici exceptione dominij non incontinenti probandi, vbi exceptio non dirigitur ad excludendum agétem poſſeſſorio retinédæ, ſed ad finem colorandi poſſeſſionem excipientis, tunc enim licet reo opponere dominij exceptionem, quæ data paritate probationum ſuper poſſeſſorio, facit ſuccũbere actoré, cap. licet cauſam, de probat. Ripa ad d. §. nihil commune nume. 99.

ARGVMENTVM.

Iudici inferenti iniuriam, & grauamen, an & quando liceat reſiſtere.

SVMMARIVM.

1 *IVdici inferenti iniuriam extra iuditium poteſt reſiſti.*
2 *Iudicis factum, ad illius officium non pertinens, non eſt ratum.*
3 *Iudex, extra officiũ ſuum, eſt tamquã priuatus.*
4 *Iudici, iniuſtè grauamen inferenti iudicialiter, in caſibus, vbi dubium eſt, an ſit reparabile per appellationem poteſt reſiſti.*
5 *Via tutior ſemper eſt eligenda.*
6 *Iudici, inferenti iniuſtum grauamen, quod certum eſt de preſenti irreparabile eſſe per appellationem, poteſt reſiſti.*
7 *Si vero eſt irreparabile de futuro, abſq; appellatione, non poteſt reſiſti.*
8 *Iudici inferenti grauamen notoriè iniuſtum, etiam ſi ſit reparabile, per appellationem, de facto poteſt reſiſti.*
9 *Iudici inferenti grauamen non notoriè iniuſtum, per appellationem reparabile, vbi non eſt appellatum, non poteſt reſiſti.*
10 *Secus autem vbi eſt appellatum, & certum eſt appellationem tenere.*
11 *Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem.*
12 *Iudici inferenti grauamen regulariter non poteſt reſiſti.*
13 *Limitatur primo in grauamine extraiudiciali.*
14 *Limitatur ſecundo etiam in iudiciali irreparabili per appellationem.*
15 *Sublimitatur in irreparabili de futuro.*
16 *Limitatur tertio etiam in grauamine irreparabili per appellationem, ſi ſit notoriè iniuſtum.*
17 *Limitatur quarto, etiam in reparabili non notoriè iniuſto, ſi ab eo fuit appellatum.*
18 *Sublimitatur, vbi dubium ſit, an appellatio teneat.*

DISTINCTIO XLV.

HAnc iuris controuerſiam plenè examinat Accur. ad l. non videntur in §. quod iuſſu ff. de re gu. iur. & Dyn. ad cap. quod quis, eodem tit. lib. 6. quos refert, & ſimpliciter ſequitur, ad eos ſe refferendo, Bart. ad l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. nu. 3. tangit etiam Cyn. ad l. ab executione, C. quorum appella. non recipiuntur, tractãt latiſſime DD. ad c. ſi quando, extra de off. & poteſt Iud. deleg. & in primis Abb. & Felin. vterque ſub nu. 2. ſoluitur igitur, ad mentem

Digitized by Google

doctorum prolatis in locis, propoſitum problema, hoc modo, Aut Iu-
1 dex, & Magiſtratus infert iniuriam
extra iudicium, Aut in iudicio. Si
extra iudicium, ſine dubio poteſt reſiſti, vt per gloſ in d. l. non videntur
in §. qui iuſſu de reg. iuris, vbi etiá
2 Dec. num. 4. Factum enim à Iudice,
quod ad illius officium non pertinet,
ratum non eſt l. factum à Iudice ff. de
3 reg. iur. nec eſt in ijs, quæ ad officium
nõ pertinent, Iudex vel Magiſtratus,
ſed priuatus Cardin. ad Clem. primã
in §. vlt. in fi de Celebrat. Miſſarum
Felin. ad c. ſi quando extra de off. &
poteſt iud. deleg. nu. 2. verſ. Secundo
4 fallit. Si in iudicio, Aut dubium eſt,
an grauamen ſit reparabile, vel irreparabile per appellationem, Aut certum, Si verſamur in dubio, de præ-
5 ſenti poteſt reſiſti, nam tutior ſemper via eſt eligenda, c. iuuenes, extra
de ſponſalibus, Si vero verſamur in
6 claris rurſus eſt diſtinguendum, quia
Aut certum eſt grauamen eſſe irreparabile per appellationem, Aut eſt certum eſſe per appellationem reparabile. Primo Caſu, Aut eſt irreparabile de præſenti, Aut de futuro, Si de præſenti, puta, quia Iudex mandat iniuſtè aliquem ſuſpendi, vel torqueri, poteſt reſiſti, Ita docet Abbas ad c. ſi quando de off. deleg. num. 2. per notata in canone nõ inferenda 23. q. 3. ibi eripe eum, qui ducitur ad mor-
7 tem, Si verò de futuro, abſq; appellatione immediate non poteſt reſiſti, vt per Bald. ad d. l. vt vim, ff. de Iuſt. & iure in 7. q. nu. 20. Felin. in d. cap. ſi quando nu. 2. verſ. quarto fallit ibi.
8 ego dicerem. Secundo autem caſu, quãdo ſcilicet certum eſt reparabile eſſe grauamen per appellationẽ, Aut grauamen notoriè eſt iniuſtum, Aut non notoriè, Si notoriè, quiá ſit apertè contra legem, poteſt reſiſti, vt per Dyn. ad d. c. quod quis de reg. iur. in 6. circa fin. verſic. Primo caſu per l. omnes C. de decurionibus lib. 10. & per l. euidẽter, C. de excu. lib. 10. cum alijs ibi per eũ adductis, tradit Abbas ad d. cap. ſi quando num. 2. verſ. ſic poteſt intelligi per glo pen. in c. ex litteris eod. tit. de off. & poteſt. iud. deleg. tradit etiã Felyn ad d. c. ſi quando nu. 2. verſ. quarto fallit.
9 Si non notoriè, Aut non eſt appellatum. & non poteſt reſiſti, l. iniuriarum, §. 1 ff de iniurijs & ita intelligendus eſt Cyn. in l. ab executione, C. quorũ appellationes non recipiuntur, Aut eſt appellatum, & tunc, Aut certum eſt illam appellationem tenere, Aut dubium eſt, an teneat. Primo caſu poteſt reſiſti, vt per Bald. in d. l. vt vim in 7. q. nu. 20. in fin. apertius dicit Abbas in ſæpius repetito, c. Si quãdo num. 2. verſ. Sed notabis, & ratio eſt quia per appellationem ſuſpenditur iuriſdictio, ita ſentit etiam Felin. ad d. c. ſi quando nu. 2. in ſecunda fallentia in verſic: ita declara, Secundo autem caſu non poteſt reſiſti, vt expreſſe docet ex Innocentio, declarando Cyn. Abbas in præallegato loco, & ſequitur etiam ibi Felin.

Eſt igitur regula negatiua. Iudici grauamen iniuſtum inferenti, non poteſt de facto reſiſti Bald ad l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. nu. 20. in 7. q. Cyn. ad l. euidenter, C de excuſ. mun. lib 10.

Limitatur Primo, vt procedat in grauamine illato iudicialiter, ſecus ſi extraiudicialiter; quo caſu eſt tamquã priuatus, gloſ. eſt in l. non vidẽtur in §. quo iuſſu, ff. de reg. iur. vbi etiam Deci. nu. 4. cum alijs ſupra adductis in corpore diſtinctionis.

Limitatur Secundo, vt nec procedat in grauamine judicialiter illato, Si dubium ſit, vel certum grauamen eſſe irreparabile per appellationẽ. vt per Abbat. ad c. ſi quando de off. deleg.

Sublimitatur, vt concluſioni deroget, vbi ſit grauamen irreparabile de præſenti, ſecus ſi de futuro, nam tunc ſine appellatione immediatè non poteſt reſiſti, vt per Felin. in d. c. ſi quã-

do

de num.2. verſi. quarto fallit ibi ego dicerem.

Limitatur Tertio, vt nec procedat quādo certum eſt damnum eſſe reparabile per appellationem, ſi grauamen eſt notoriè iniuſtū, Dyn. ad c. quod quis de reg iur. lib.6. circa fin. Abbas ad d. cap. ſi quando nu.2. verſ. ſic poteſt intelligi, ſequitur etiam Felin. ibi nu.2. verſ. quarto fallit.

Limitatur Quarto, & vltimo, vt nec procedat quando grauamen reparabile non eſt notoriè iniuſtum, ſi ab eo fuit appellatum, vt per Abbatem in ſæpius repetito, c. ſi quando nu.2. verſ. Sed notabis, cum per appellationem ſuſpendatur iuriſdictio.

Sublimitatur, vt concluſioni deroget quando certum eſt appellationem tenere, ſecus ſi dubium ſit an teneat, vt per Abbatem, & Felin. prællegatis in locis.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo per ſententiam dominium transferatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia interlocutoria dominium non transfert.*

2 *Sententia diſpoſitiua transfert dominium.*

3 *Sententia diffinitiua ſuper actione perſonali, ſi ad hoc tendit, vt transferat dominium, vt adiudicatoria transfert.*

4 *Secus ſi ad dominium transferendum non tendat.*

5 *Sententia debet reſtringi ad mentem Iudicantis.*

6 *Sententia abſolutoria, lata ſuper actione reali, ſine dominij declaratione, dominium non transfert.*

7 *Si verò lata ſit cum dominij declaratione, inducit ſaltem dominij præſumptionem.*

8 *Sententia pro veritate habetur.*

9 *Sententia diffinitiua, condemnatoria, cum declaratione dominij, ad fauorem actoris ſuper actione reali, ſi re vera erat dominus, dominium non transfert.*

10 *Si verò dominus non erat, transfert, ſecuta traditione.*

11 *Sententia transfert dominium in victorem.*

12 *Limitatur primum in ſententia interlocutoria.*

13 *Limitatur ſecundo in diffinitiua ſuper actione perſonali, non tendente ad dominium transferendum.*

14 *Limitatur tertio etiam in diffinitiua ſuper reali ad fauorem rei, vbi eſt ſine declaratione dominij.*

15 *Limitatur Quarto, vt nec procedat in abſolutoria ſuper reali cum declaratione dominij, quo ad verum dominum, cum tantum inducat dominij declarationem.*

16 *Limitatur Quinto, vt nec procedat in condemnatoria ſuper reali cum declaratione dominij, ſi actor erat re vera dominus.*

DISTINCTIO XLVI.

De hac iuris controuerſia agunt latè DD. ad l. Pomponius in §. ſi iuſſu. ff. de acquir poſs. ad l. ex hoc iure. ff de Iuſt. & iur. & in primis ibi Bart. nu.6. tangunt Gloſ. & DD. ad l. ſunt, & aliæ. ff. de public. in rem act. & ad § vltimum Inſtit. de offici. Iud. latiſſimè Bald. ad l. 1. C. communia vtriuſq; Iudic. à num.4 vſq; ad fi. Tractant etiam DD. ad c. cum venerabilis de excep. vbi Felin. nu.30. cum ſeq. & ſumma eorum quæ tradunt in hac materia DD prællegatis in locis eiuſmodi diſtinctione cōtinetur.

1 Aut dubitamus de ſententia interlocutoria, Aut de diffinitiua. Si de interlocutoria, quando plenè non eſt cognitum.

Digitized by Google

cognitum dominium non transfert vt concludit Bald ad.d.l.1.C.cõmunia vtriuſq; Iud.ſub.num 7.in fin.per l.à Diuo Pio,vbi gloſ.in.§.ſi ſuper in verb. præiudicare.ff. de re iud. tradit etiam Felin. ad d. c. cum venerabilis
2 de except. nu.3. verſ. nota quarto. Si de definitiua, Aut eſt ſententia diſpoſitiua, Aut alterius generis, Si diſpoſitiua,cuiuſmodi ea eſt,quę fertur ſuper quærela inofficioſi teſtamenti, ex qua eradicatur ius perdentis, ſecuta aditione, vincens efficitur dominus hæreditatis, vt per Bald.ad d. l.1.C. communia vtriuſq; Iud. nu. 5. Si non eſt diſpoſitiua,ſed alterius ge-
3 neris, Aut fertur ſuper actione perſonali, Aut ſuper reali,Si ſuper perſonali, Aut tendit adhoc, vt dominium transferatur,Aut non,Si tendit adhoc dominium per ſententiã transfertur,l. ſunt & aliæ,alias incipit. & alię vbi notatur ſecundum vnum intellectum,ff. de publ.in rem act. vt in ſeruo adiudicato pro noxa, & in domibus adiudicatis ex cauſa damni infecti, & in re adiudicata in ſolutum pro debito, nõ inuento extraneo emptore, & ſic in qualibet re corporali adiudicata pro debito, vel damno d. l.ſunt & alię,l.& generaliter,ff.de noxal.act. & l.ædium,ff. de pecul.tradit Bart.ad d.l.ex hoc iure nu.6.& Bald. ad d.l.1.nu.7. tradit ét Feli.ad d.cap.
4 cum venerabilis de excep. nume. 31. Sed ſi ad hoc non tendit, vt dominiũ transferatur, vt in commodato, depoſito, locato,non transfert, vt per eundem Bart.in preallegata l.ex hoc iure nu. 6. ſentit ét Felin. in præalle-
5 gato loco. Sententia enim debet reſtringi ad mentem Iudicis,l. & puto, §.1.ff.famil.erciſ. Docet Bald.ad d.l. 1. C. communia vtriuſq; Iudicij nu.
6 3. in fi. Si verò fertur ſuper actione reali, Aut pro reo, Aut pro actore, Si pro reo, Aut eſt abſolutoria ſimpliciter, Aut abſolutoria cum declaratione dominij, quia pronuncietur rẽ eſſe illius, à quo petitur, Si eſt abſolutoria ſimplex,dominium non tranſfertur, l. ſed & ſi poſſeſſori in prin.ff. de iureiur. & ita intelligitur gloſ. in
7 l.exceptio,ff.de excep.rei iud. Si cum declaratione dominij pariter dominium nõ transfertur, quicquid dicat Bald. ad d.l.1.nu.6. in fine, cum reus hoc caſu petat ſe declarari dominũ, non autem dominum in ſe trãsferri, inducitur tamen, per dictam ſenten-
8 tiam, præſumptio dominij, & ad illud præſumptiuè probandum, poſſet induci ſententia,quæ pro veritate habetur d.l.ſed et ſi poſſeſſori in prin.ff. de iureiur. Docet Bart.ad d.l.ex hoc iure de iuſtit. & iur.num.6. quem ſe-
9 quitur Felin. ad d.c. cum venerabilis de excep. num. 31.verſ. nota quinto, Si pro actore, qui ſit pronunciatus dominus, Aut re vera erat dominus, Aut non, Primo caſu impoſſibile eſt dominium transferri,natura enim actionis non patitur transferri,ſed potius declarari.l. & ex diuerſo, §.1.ff. de re iud. cum cæteris adductis per Bart. ad d. l. ex hoc iure nu 6. nec ſemel dominus poteſt effici amplius dominus,§. ſic itaq; Inſtit.de act. Secun-
10 do autem caſu transfertur dominiũ, ſecuta traditione,tex.eſt,adnotatione dignus in l.3. in §. item quæri poteſt,in ſecundo reſponſo,ff. de rebus eorum, tradit Bar.ad ſæpius repetitã l. ex hoc iure nu.6. & ad l. Iulianus, ff.de cond. indeb.nu.23 conſentit etiam Bald. ad d.l.1.C. cõmunia vtriuſq; iudic.nu.6.Ponenda eſt igitur in hac materia concluſio affirmatiua.

11 Sententia in victorem dominium transfert, l.3.§. item quæri in fine,ff. de rebus eorum.

12 Limitatur Primum,vt vendicet ſibi locum in ſententia diffinitiua, ſecus, autem in ſententia interlocutoria, Bald. ad l.1.C. cõmunia vtriuſq; Iud.nu.7.in fine Felin.ad c.cum venerabilis de except. num.31. verſ. nota quarto.

Limita-

Digitized by Google

13 Limitatur Secundo, vt nec locum habeat in ſententia definitiua ſuper actione perſonali, quæ non tendat ad dominium transferendũ, vt per Bart. ad l. ex hoc iure de Iuſt. & iur. nu. 6.

14 Limitatur Tertio, vt non procedat in ſententia definitiua, lata ſuper actione reali, ad fauorem rei, quando eſt lata ſimpliciter, non cum declaratione dominij, l. ſed & ſi poſſeſſori, in prin. de iureiur.

15 Limitatur Quarto, vt nec procedat in ſentẽtia definitiua ſuper actione reali abſolutoria, cum declaratione dominij, quo ad verum & reale dominium, tantummodo enim inducit præſumptionem dominij declarati, vt per Bart. & Felin. in locis prolatis.

16 Limitatur Quinto, vt nec locum habeat in ſententia definitiua ſuper actione reali cõdemnatoria, lata pro actore cum declaratione dominij, ſi re vera erat dominus, tunc enim natura actionis non patitur dominium transferri, ſed declarari l. & ex diuerſo, §. 1. ff. de rei vendic.

ARGVMENTVM.

An, & quando facti ignorantia excuſet.

SVMMARIVM.

1 *Error facti regulariter iuſtus dicitur.*
2 *Error facti etiam prudentiſſimos fallit.*
3 *Ignorantia facti plerunq; excuſat.*
4 *Error facti alieni, ſi ſit publicum, vel graue, & notabile, non excuſat.*
5 *Ignorare ſcripturas affixas in valuis Eccleſia, probabiliter non poſſumus.*
6 *Factum alienum Iudicialiter indagatum, & ſæpe per nos diſcuſſum ignorare probabiliter non poſſumus, & illius ignorantia non excuſat.*
7 *Ignorantia facti alieni allegata ad excludendum delictum, ſi abſit animus delinquendi, excuſat.*
8 *Vxorem non legitimè repudiatam in vxorem ducens, credens legitimè repudiatam eſſe, non committit adulterium.*
9 *Furtum non committit contrectans rẽ inuito domino, ſi putat facere eo conſentiente.*
10 *Ignorantia facti alieni, allegata ad excludendum delictum ab eo, à quo nõ abfuit animus delinquendi, non excuſat.*
11 *Iniuriam facere dicitur etiam is, qui neſcit cui faciat.*
12 *Ignorantia facti alieni, non notabilis, non publici, ob aliam cauſam, quàm ad excludendum delictum ab eo, à quo non abfuit delinquendi animus, excuſat.*
13 *Errans in facto proprio, non habens probabilem cauſam ignorantiæ non excuſatur.*
14 *Ignorantia facti proprij probabilis cauſa eſt, ſi factum ſit antiquum, vel intricatum.*
15 *Ignorantia facti proprij probabilis cauſa eſt arbitraria.*
16 *Errans in facto proprio, licet habeat probabilem ignorãtiæ cauſam, ſi agit de lucro captando, non excuſatur.*
17 *Item nec ſi agat de damno vitando cũ alterius iniuria.*
18 *Secus ſi ſine iniuria alterius.*
19 *Ignorantia facti alieni excuſat.*
20 *Limitatur ſi ſit publicum vel graue, & notabile.*
21 *Limitatur ſecundo in facto iudicialiter indagato, & ſæpe diſcuſſo per allegantem ignorantiam.*
22 *Limitatur Tertio, ſi agatur de delicto excludendo ab eo, qui animum delinquendi habuit.*
23 *Ignorantia facti proprij non excuſſat.*
24 *Limitatur in eo, qui habet probabilem cauſam ignorantia, quia factum ſit intricatum vel antiquum.*
25 *Limitatur ſecundo in eo, qui agit de damno*

mno vitando, ſi probabilem habeat ignorantia cauſam, & agat ſine iniuria alterius.

DISTINCTIO. XLVII.

1 Error facti regulariter iuſtus di
citur. §. ſi quis agens, vbi Iaſ.
2 num. 5. Inſtit. de act. Propterea
quòd prudentiſſimos quoq; fallit,
vt ait I.C. in l. 2. ff. de iur. & facti
ignor. gloſ. eſt in d. §. ſi quis agens in
3 verb. conſtantiſſimus, & ideo plerumq;
excuſat illius ignorãtia. c. ignorantia
de reg. iur. lib. 6 cæterum, quia
hæc quoq; regula varias patitur adnotatione
dignas declarationes, & exceptiones,
de quibus latè per Dyn.
ad d. c. ignorantia in fine, & per DD.
ad c. ab excommunicato extra de reſcript.
vbi latè Imola, num. 16. tractat
etiam hanc materiam latè Iacob. de
Arena ad l. cũ quis. C. de iur. & fact.
ignor. num. 8. cum pluribus ſeqq. &
Iaſ. ad d. §. ſi quis agens Inſtit. de act.
nu. 5. cum ſeqq. Tetigimus etiã nos,
ſummatim diſtinguendo, ad l. quamdiu.
C. qui admitti. num. 40. cum pluribus
ſeqq. Propterea, altius repetendo
materiam, diſtinctione adhibita,
4 plenius hic materiam hanc declarabimus,
Aut igitur eſt error in facto
alieno, Aut in facto proprio. Si in
alieno, Aut factum eſt publicum, &
notorium in loco, in quo allegans illius
ignorantiam moram trahebat,
vel notabile, & graue, Aut non eſt
publicum, nec ita notabile & graue,
Si eſt publicum illius ignorantia non
excuſat. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere.
ff. de Inſtit. act. tradit Imola ad
cap. ab excommunicato extra de reſcript.
num. 16. verſ. ſi verò, cum alijs
adductis per Iaſ. ad d. §. ſi quis agens,
5 num. 8. vbi dicit, inferendo, propterea
non poſſe quempiam probabiliter
ignorare ſchedulam poſitam in
valuis Eccleſiæ, per tex. adnotatione
dignum in §. penult. in auth. quomodo
oppor. epiſc. & idem dicendũ eſt,
ſi factum ſit graue, & notabile, c. cum
illorum de ſentent. excom. cum alijs
adductis per Iaſ. in d. §. ſi quis agens,
num. 9. Si verò factum non eſt publicum,
vel graue, & notabile, rurſus di-
6 ſtinguendum eſt, quia, Aut eſt factũ
Iudicialiter indagatũ, & ſæpe diſcuſſum,
& tractatum per illum, qui, vult
ignorantiam allegare, Aut non, Primo
caſu non excuſat d. c. ab excommunicato
vbi Imola nu. 16. verſ. item
fallit. Tradit ex Baldo & alijs Iaſ. ad
7 ſæpius repetitum, §. ſi quis agens nu.
7. Secundo autem caſu, ad mentem
Iacobi de Arena ad l. cum quis, C. de
iur. & fact. ignor. rurſus diſtinguendum
eſt, quia, Aut allegatur ignorantia
facti alieni ad excludendum delictum,
Aut ob aliam cauſam, Si ad excludendum
delictum, Aut in ignorante,
& errante non fuit animus delinquendi,
Aut fuit, Si non fuit excu-
8 ſat. Hinc olim, qui vxorem alterius
non legitimè repudiatam ducebat vxorem,
credens eam legitimè repudiatam
eſſe, adulterium non commit-
9 tebat. Hinc etiam contrectãs rem inuito
domino, cum crederet ſe hoc facere
eo conſentiente, furtum non cõmittit,
l. inter omnes, §. rectè de fur-
10 tis, Si verò animus delinquendi non
abſit, ignorantia facti alieni non excuſat,
& non excludit delictum, vt
per eundem Iacob. de Arena ad d. l.
cum quis num. 9. per tex. in l. illud in
11 fin. ff. de iniur. & fam. lib. vbi iniuriã
facere dicitur, etiam is, qui neſcit cui
faciat, facit tex in l. falſus in §. ſi ia-
12 ctum, ff. de furt. Si allegetur ignorantia
facti alieni ob aliam cauſam, excuſat.
l. vlt. ff. pro ſuo cap. cum quis de
reg. iur. libr. 6. & ita poteſt intelligi
cap. ignorantia eod. tit. vbi Dynus.
13 Si verò error eſt in facto proprio, adhuc
eſt diſtinguendum, quia, Aut errans
non habet probabilem cauſam
ignorantiæ, Aut habet, Si non habet,
non excuſatur, l. nunquam, ff. de
vſucap.

Digitized by Google

vſucap. Imola ad ſæpius repetitum, c. ab excommunicato extra de reſcript.
14 nu. 16. verſ. Si de ignorantia facti proprij. Si verò probabilem habet cauſam ignorantiæ, puta, quia factum ſit intricatum, vel factum non recens, ſed de longinquo, & non valde notabile, quod facile obliuioni traditur iuxta, l. emptor, §. lucius, ff. de pact. & l. peregre. ff. de acquir. poſſeſſ. & iuxta tradita per Imolam & Iaſonem
15 in preallegatis locis nec nõ per Chachera. conſ. 18. nu. 55. vel quia perſona ſit valde occupata, & in quamplurimis negotijs, quod totum in arbitrio iudicantis poſitum eſt, vt, per Loriotum in tit. de mora cap. 5. per l. non poteſt videri de reg. iur. l. peregre. ff. de acquir. poſſeſſ. Bart. ad l. 2. in §. obſeruari, C. de iura calumn. Iterum diſtinguere debemus, Nam, Aut
16 errans agit de Lucro captando, Aut de damno vitando, Si de lucro captando, error non excuſat, & non prodeſt, vt per Dyn. ad d. cap. ignorantia in fin. ſub nu. 22. de reg. iur. lib. 6. tradit Bart. ad l. qui fundus in §. ſeruus meus per illũ tex. ff. pro empt. & poſt Angel. Aret. ſequitur, & comendat Iaſ. ad d. §. ſi quis agens Inſtit. de act.
17 nu. 9. Si de damno vitando, Aut cum alterius iniuria, Aut ſine iniuria alterius. Primo caſu non excuſat error in facto proprio l. quamq; ff. ad S.C. Velleian. tradit Dyn. & Imola
18 dictis in locis ſupra allegatis. Secundo autem caſu excuſat, l. ſed & ſi me putem in princ. & in §. cum inter, ff. de cond. indebit. l. ſi tibi liberum, ff. de act. empt. l. ſi res obligata, ff. de leg. 1. tradit Dyn. ad d. c. ab excommunicato nu. 16. verſ. idem ſi agatur.

19 Regula eſt igitur duplex altera affirmatiua, altera negatiua, affirmatiua eſt hæc.

Ignorantia facti alieni excuſat, c. ignorantia de reg. iur. lib. 6 cap. cum quis eodem tit.

20 Limitatur Primum quando factum alienum eſt publicum, vel valde notabile, & graue, vt per Iaſ. ex Imola, & alijs ad §. ſi quis agens Inſtit. de act. nu. 8. & 9.

21 Limitatur Secundo, quando eſſet iudicialiter diſcuſſum, & ſæpe tractatum per allegantem ignorantiam, nã nec tunc excuſaret, vt per Imolam in d. cap. ab excommunicato nu. 16. & per Iaſ. in d. §. ſi quis agens nu. 7.

22 Limitatur Tertio, ſi ageretur de delicto excludendo ab eo, qui delinquẽdi animum habuit, vt per Iacob. de Arena ad d. l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. nu. 9.

23 Secunda regula eſt negatiua, Ignorantia facti proprij non excuſat. l. numq̃ ff. de vſucap.

24 Limitatur Primum, vt non procedat in eo, qui habet probabilem cauſam ignorantiæ, quia factum ſit intricatum, & non recens, vel quid ſimile excuſet, vt per Iaſ. ad. d. §. ſi quis agens nu. 9. & per Imolam in d. c. ab excommunicato num. 16.

25 Limitatur Secundo etiam in eo qui habet probabilem cauſam ignorãtiæ facti proprij, ſi agit de damno vitando ſine iniuria alterius l. quamquam, ff. ad S.C. Velleian.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo iuris error, & ignorantia noceat, vel excuſet, & proſit.

SVMMARIVM.

Error per ignorantiam iuris naturalis, vel quaſi, non excuſat.

2 *Error iuris, naſcens ex ignorantia affectata, ſimulata, & doloſa, non excuſat.*

3 *Error iuris obſcuri, & parum vſitati excuſat.*

4 *Error iuris, circa ordinem, & formã*

iudiciorum, non excuſat.

5 *Error iuris in iudicio, circa ius priuatum, ante litem conteſtatam, legitima erroris cauſa probata, excuſat, non poſt litem conteſtatam.*

6 *Error iuris, extra iudicium, ſi actus formam concernit, non excuſat.*

7 *Error iuris extra iudicium, non concernens formam actus, etiam ſi agatur de damno vitando, in caſibus in quibus præſumitur ſcientia iuris, præſumptione iuris, & de iure, non excuſat, & allegari non poteſt.*

8 *Tutor contrahens matrimonium interdictum, cum pupilla, non poteſt ruſticitatem, & imperitiam allegare.*

9 *Matrimonium contrahens clam cum perſona prohibita de iure ciuili, maiori pœna, tamquàm ſciens punitur.*

10 *Teſtamentum, vel Codicillos ſcribens, ſi legatum ſibi adſcribat, incidit in pœnam legis Corneliæ, nec venia ei datur, quia ſe ignoraſſe edicti ſeueritatem prætendat.*

11 *Niſi ſit miles.*

Error iuris, vbi agitur de damno vitando, in eo, in quo requiritur dolus verus, excuſat.

12 *Ius, dicitur publicè notum ſaltem præſumptiuè, vbi duo lapſi ſint menſes à tempore publicationis illius.*

13 *Error iuris, vbi agitur de damno vitando, in eo, in quo ſufficit dolus præſumptus, vel qualibet culpa, à pœna non excuſat, ſi verè ſit publicum, & notorium, vel præſumptiuè, prodeſt tamen ad eam minuendam.*

14 *Error iuris, quod nec verè, nec præſumptiuè ſit publicè notum, excuſat.*

15 *Error iuris, vbi agitur de lucro captando cum alterius iniuria, non excuſat.*

16 *Error iuris, vbi agitur de lucro captando ſine alterius iniuria, eos, qui peritiores non potuerunt conſulere excuſat.*

17 *Conſulere poſſe, vel non poſſe peritiores, quando quis dicatur, remiſſiuè.*

18 *Error iuris, ſi agatur de lucro captando, eos non excuſat, qui potuerunt conſulere peritiores, & non fecerunt.*

19 *Error iuris non excuſat eos, qui tenent ex perſona qualitate ſcire leges, etiā ſi, conſulendo peritiores, ſint decepti.*

20 *Perſonæ, quæ ex officio tenentur per ſe ſcire leges, quæ ſint, remiſſiuè.*

21 *Errans in iure, ex conſilio vnius periti, qui ſolus reperiebatur in loco, excuſatur, ſecus in loco vbi reperiuntur plures.*

22 *Errans in iure, ex conſilio peritorum, quoſ tamquam aduocatos, conſuluit, non excuſatur.*

23 *Errans in iure ex conſilio Doctorum imperitorum, non excuſatur.*

24 *Errans in iure, ex conſilio plurium peritorum, niſi peritiores Ciuitatis elegerit, excuſatur à dolo, non à temeritate, & à culpa.*

25 *Iuris error non excuſat.*

26 *Limitatur primo, vt non procedat in errore non affectato iuris ciuilis obſcuri, & parum vſitati.*

27 *Limitatur ſecundo, vt nec procedat in errore iuris ciuilis aperti in milite.*

28 *Limitatur tertio, vt non procedat in errante in iudicio circa ius priuatum partis, ante litem conteſtatam, ſi probetur legitima erroris cauſa.*

29 *Limitatur quarto etiam in errore extra iudicium, in eo, in quo requiritur dolus verus.*

30 *Limitatur Quinto etiam in errore extra iudicium, quando agitur de damno vitando, vel de delicto excludendo, in caſibus in quibus dolus verus non requiritur, vbi ſcientia iuris non præſumatur iuris, & de iure præſumptione.*

31 *Limitatur Sexto, etiam vbi dolus præſumptus ſufficit, vel qualibet culpa, ſi ius circa quod eſt erratum publicè non erat notum, ſaltem præſumptiuè.*

32 *Limitatur Septimo, etiam ſi erat notum, quantum ad minuendam pœnā.*

33 *Limitatur octauo ēt vbi agitur de lucro captando, ſine alterius iniuria in eo, qui conſulere peritiores non potuit.*

Digitized by Google

34 *Limitatur Nono, etiam in eo, qui conſuluit peritiores, ſed conſilio inepto deceptus eſt.*

35 *Sublimitatur, ſi deceptus ſit perſona, quæ per ſe teneatur ſcire iura, ex qualitate muneris, puta, quia doctor.*

36 *Sublimitatur etiam in eo, qui non tenetur ſcire, ſi vnum tantum peritum conſuluit, vbi ſunt plures.*

37 *Sublimitatur tertio, etiam ſi plures conſuluit, non pro veritate, ſed vt illos haberet aduocatos.*

38 *Sublimitatur quarto, etiam ſi plures conſuluit, vt veritatem intelligeret. Sed conſuluit imperitos, nec à temeritate excuſatur, ſi mediocres conſuluit.*

DISTINCTIO XLVIII.

DIfficilimum hoc, & perplexum problema ſoluimus nos alias, latè diſtinguendo ad l. iuris ignorantiam, C. qui admitti nu. 12. cum
1 ſeq. Nunc autem plenius reaſumendo, ſic materiam hanc declaramus, Aut error eſt in iure naturali, vel quaſi, Aut in iure ciuili, Si in iure naturali vel quaſi, non excuſat, l. ſi adulteriũ, §. ſtuprũ, ff. ad l. Iuliam de adult. l. 2. C de in ius vocãd. tradit Dyn. in c. ignorãtia de reg. iur. lib. 6. nu. 20. Si in iure ciuili rurſus diſtinguendũ eſt,
2 quia, Aut eſt error naſcens ex ignorantia affectata, vel ſimulata, & doloſa, & non excuſat, cum pro ſcientia habeatur, l. qui contra C. de nupt.
3 l. ſi liberti, C. de bonis libert. Aut non fluit ex ignorantia affectata, vel ſimulata, & tunc, Aut error eſt circa ius obſcurum, & parum vſitatum, Aut circa ius apertum, & vſitatũ, Primo caſu iuris ignorantia excuſat, vt per Felin. in c. 1. de ſentent. & re iudic. nu. 15. vbi Ioann. Andr. Butr. & alios adducit, & in cap. quoniam de ſimonia num. 12. verſ. & adde, ſentit etiam Corn. ad l. iuris ignorantia, C.
4 qui admitti nu. 4. Secundo autem caſu, Aut error ſit in iudicio, Aut extra, Si in iudicio, Aut circa actũ concernentem formam, & rigorem iudiciorum, inductum ob publicam vtilitatem, Aut circa ius priuatum partis, Primo caſu iuris error neminem excuſat, & ſemper nocet, tradit Bal. ad l. iuris ignorant. C. qui admitti in fin. & ſequuntur cõmuniter DD. tradit etiam Felin. in cap. quoniam, de Si
5 mon. nu. 11. Secundo caſu, Aut erratur in iure priuato ante litem conteſtatam, Aut poſt, Si ante, iuris ignorantia excuſat, probata cauſa erroris legitima, vt Docet Dyn. in pręallegato loco, per tex. in l. de ętate, §. qui iuſto, & §. Celſus, ff. de interrogat. act. Si verò poſt, nequaquam, l. non fatetur, ff. de confeſſ. & d. cap. ignorantia vbi Dyn. nu. 20. Si verò extra iudi
6 cium, Aut iuris error concernit formam actus, Aut formam actus non concernit, Primò caſu non excuſat, vt per Bald. ad l. iuris ignorãtia. C. q. admitti, & per Felin. in d. cap. quo
7 niam nu. 11. Secundo autem caſu, Aut agitur de damno vitando, & delicto excludendo, Aut de lucro captando, Si de damno vitando, & excludendo delicto, Aut verſamur in caſibus, in quibus præſumitur ſcientia iuris, præſumptione iuris & de iure, Aut in caſibus, in quibus, præſumitur iuris tantum præſumptione, quod eſt regulare, Primo caſu non excuſat, & non poteſt allegari iuris ignorantia, vt ſentit Iacobus de Arena, licet non hoc modo declaret ad l. cum quis, C. de iur. & fact. ignoran. nu. 3. & 4. per l. 1. C. de interdict. matrimo. inter pu
8 pillam & tutorem, vbi tutor, contrahens matrimonium iure prohibitum cum pupilla, non poteſt ſe, ruſticitate, & imperitia, excuſare, quia, vt ſentit gloſ. ſpecialiter eo in caſu præſumitur ſcientia iuris prohibentis, præſumptione ſcilicet iuris & de iure (vt
9 ego intelligo) eadem quoq; præſumptio facit, vt contrahens clam matri-

monium cum perſona prohibita de iure ciuili, maiori pœna, tamquam ſciens, puniatur, l. vlt. ff. de ritu nupt. & ita intelligo etiã, l. Diuus in prin. ff de falſis, ab eodem Iacobo de Arena, eodem in loco allegatam, vbi alte
10 rius ſcribens teſtamentum, vel codicillos, ſi legatum ſibi adſcribat, perinde tenetur, ac ſi commiſiſſet in legem Corneliam, nec ijs venia datur, qui ſe ignoraſſe, edicti ſeueritatem prætendunt, vt dicit I. C. quia ſcilicet iuris ſcientia, iuris & de iure præſumptione præſumitur, quæ probationem in contrarium non admittit,
11 hæc tamen iuris & de iure præſumptio, locum in milite non habet, & propterea, in caſu propoſito, pœna falſi non tenetur, ſed legatum ſibi adſcriptum, pro non ſcripto habetur, quaſi erraſſe in iure præſumatur, l. qđ adhibitus, C. de ijs, qui ſibi adſcribunt in teſtamento, Secundo autem caſu, Aut verſamur in eo, in quo requiritur dolus verus, Aut in eo, in quo ſufficit dolus præſumptus, vel quælibet culpa. Si in eo in quo requiritur dolus verus, Iuris ignorantia excuſat, vt per Iacobum de Arena ad l. cum quis, C. de iur. & fact. ignoran. nu. 2. per tex. in l. ſi quis id quod, §. in ſeruos verſ. doli mali, ff de iuriſdict. omnium iudic. & per l. ſi quis in graui, §. ſi quis ignorãs, ff. ad S.C. Sillan. & ratio eſt, quia vbi datur iuris ignorãtia, ceſſat dolus, l. ſed & ſi hac lege, §. ſcire, ff. de pet. hæredit. tradit idem Iacob. de Arena ad d. l. cũ quis
12 num. 3. Si verò in eo erratur, in quo dolus præſumptus ſufficit, vel quælibet culpa, etiam leuiſſima, rurſus diſtinguẽdum eſt, quia, Aut ius, in quo erratum eſt, erat publice notum verè, Aut præſumptiue, vt puta quia à die publicationis duo ſaltem menſes
13 erant lapſi, Aut nõ erat publice notum, & Si erat publice notum, Aut quærimus, numquid ignorantia excuſet à pœna, & concludendum eſt negatiuè, l. leges ſacratiſſimæ, C. de legibus, l. conſtitutiones de iur. & fact. ignor. l. vlt. §. licet, ff. de publiciana & l. Diuus Claudius, ad l. Corneliã de falſis, Aut quærimus numquid proſit ſaltem ad minuẽdam pœnam, & concludendum eſt affirmatiuè, vt ex Bart. Anchar. & alijs docet Felin. in d.c. quoniam, de Simon. n. 12. verſ.
14 tertia concluſio, Si vero publicè nõ erat notũ verè, vel præſumptiuè ius, circa quod eſt erratum, illius ignorantia excuſat, l. vlt. ff. de decret. ab ord. faciend. tradit Dyn in d.c. ignorantia de reg. iur lib 6. nu. 19. faciunt, tradita per Claudium Pratum lib. 3. Gnoſeon generali: iur. cap. 3. circa
15 mediũ, Vbi verò agitur de lucro captando, ex ſententia Dyni in d. cap. ignorantia num. 20 eſt rurſus diſtinguendum, quia, Aut agitur de lucro captando cum alterius iniuria, & detrimento, vt per vſucapionẽ, & tunc, iuris ignorantia non excuſat, ſiue potuerit ignorãs conſulere peritiores, ſiue non l. iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignor. l. ſi fur. & l. numquam, ff. de vſucap. tradit Iacob. de Arena ad d. l. cũ quis, C. de iur. & fact. ignor.
16 num. 7. Aut de lucro captando ſine alterius iniuria, & detrimento, & rurſus diſtinguendum, quia, Aut peritiores conſulere non potuit is, qui errauit, & excuſatur, l ſi bonorum, C. qui. admitt. tradit Iacob. de Arena præallegato in loco, & Iacob. Butrig. ad l. iuris ignorantia. C. qui admitti in fi. & ſequuntur, Bald. Salic.
17 Fulgoſ. Caſtrenſ. & alij, & quando quis dicatur poſſe, vel non poſſe peritos conſulere docent DD. ad d. l. iuris ignorantia, & præſertim
18 Alex. num. 2. Aut conſulere potuit, & tunc, Aut non conſuluit, Aut conſuluit, ſed conſilio inepto deceptus eſt. Primo caſu nocet iuris ignorantia d. l. iuris ignorantia. C. qui admitti vbi docent etiam DD. Butrig. Bal. Salic. Fulgoſ. Caſtrenſ. Alex. & omnes,

Digitized by Google

nes, tradit etiam Felin. ad ſæpius repeti in cap. quoniam, de Simon. nu. 10. Si verò conſuluit, ſed malo, & in-
19 epto conſilio deceptus eſt errans in iure, adhuc eſt diſtinguendum, quia Aut eſt perſona, quę per ſe tenetur iura ſcire, ex qualitate muneris, & officij, cuiuſmodi eſt doctor, vel aſſeſſor, Aut eiuſmodi non eſt, qui ex perſonæ qualitate, per ſe ſcire leges teneatur, Primo caſu non excuſatur, vt per Bart. in d. l. in bonorum. ff. eodem, ſequuntur Bal. Salic. & alij omnes ad l. iuris ignoran. C. Qui admitti, & præſertim Iacobin. de Sancto Georgio nu. 8. & Iaſ. num. 9. tradunt etiam Bar. Angel. & Imola in l. ſi conuenerit, ff. de re iud. quæ autem ſint
20 perſonæ, quæ per ſe tenentur ſcire leges, docet Bart. in l. generali lege C.
21 de tabular. libr. 10. Secundo autem caſu, Aut vnum dumtaxat conſuluit, Aut plures, Si vnum tãtum adhuc eſt diſtinguendum, quia, Aut erat in loco, vbi non niſi vnus reperiebatur peritus, & excuſatur, §. quod autem in Authen. de non alien. aut permut. rebus eccleſ. l. 1. in fine, ff. de verb. oblig. tradunt Rom. & Alex. ad l. iuris ignorantia, C. Qui admitti nu. 3. Iacobin. de Sancto Georgio num. 7. & Iaſ. nu. 9. in ſecunda limitatione, Aut erat in loco, vbi plures erant periti, & non excuſatur vt per Bald. ad l. iuris ignoran. C. Qui admitti, quem ſequitur Fulgoſ. quia d. l. in bonorum vtitur numero plurali, dicens [aut conſulendo prudentiores] facit tex. in c. ſtatutum de præſcript. lib. 6. tradit Cuman. in l. ſi duo, ff. de acquiren. hæred. ſequũtur DD. ad l. iuris ignoran. C. Qui admitti, & præſertim Corn. nu. 4. Iacob. de Sãcto Georgio nu. 7. Iaſ. nu. 9. in ſecũda limitatione, & Petr. de Vergnia in additionibus ad Iacobum Butrig. ad l. iuris igno-
22 ran. C. Qui admitti, Si vero plures conſuluit, Aut conſuluit, vt eos haberet in cauſa aduocatos, & eo caſu, quia ſunt ſuſpecti, ratione intereſſe quod habent, errans in iure conſilio eorum, non excuſatur, vt tradit Angel. in l. terminato. C. de fruct. & litium expenſ. ſequitur Alex. ad l. iuris ignorantia. C. qui admitti, num. 3. & Iaſ. num. 9. in fine, Aut non eo intuitu conſuluit, vt eos aduocatos haberet: ſed ſolummodo, vt rei veritatē intelligeret, & tunc, Aut DD. con-
23 ſuluit imperitos, Aut peritos, Si imperitos, non excuſatur. arg. l. quod ſi noluit. §. ſi mancipium iuncta gloſ. in verſ. medicum. ff de ædilit. edict. tradit Fulgoſ. ad l. iuris ignoran. C. qui admitti, & ſequuntur alij, & præſertim Iacobin. de Sancto Georgio, nu. 7. & Iaſ. num. 9. in tertia limitatione, necnon Petr. de Vergina in additio-
24 nibus ad Butrig. Quod ſi peritos cõſuluit, Aut conſuluit plures ex peritioribus ciuitatis, & excuſatur, ſine dubio, d. l. in bonorum, & omnes admittunt; Si verò non conſuluit plures ex peritioribus ciuitatis, licet ad mediocriter eruditos iuerit, excuſatur à dolo, non autem à temeritate, vel culpa, vt docuit ſingulariter Angel. in l. plagij. C. ad l. Flauiam de plagiar. referunt, & ſequuntur Alex. ad l. iuris Ignorantia. C. Qui admitti, nume. 3. in fine Iacobin de Sancto Georgio, num. 8. Iaſ. num. 9. in tertia limitatione, & Petr. de Vergina, qui addens ad Iacob. Butrig ferè omnia à Iaſone ad d. l. iuris ignorantia. C. Qui admitti, mutuatus eſt.

25 Regula igitur eſt negatiua, Iuris error non prodeſt, & non excuſat.

26 Limitatur primum, vt procedat in errore iuris naturalis vel quaſi, & in errore affectato iuris ciuilis aperti, Secus autem in errore, & ignorantia iuris obſcuri, & parum vſitati, Felin. ad c. 1. extra de ſent. & re iud. num. 15. vbi alios adducit.

27 Limitatur Secundo, vt nec procedat in errore iuris ciuilis aperti, & vſitati in milite. l. quod adhibitus c.

de ijs

Digitized by Google

de ijs qui ſibi adſcrib.

28 Limitatur Tertio, vt non procedat in errante in iudicio, circa ius priuatum partis, ante litem conteſtatam, vbi probetur cauſa erroris legitima, l. de ætate. §. qui iuſto, & §. Celſus. ff. de interrog. act. tradit Dyn. ad c. ignorantia de reg. iur. lib 6. num 20.

29 Limitatur Quarto, vt nec procedat in errante extra iudicium, in eo, in quo, requiritur dolus verus, vt per Iacobum de Arena ad l. cum quis C. de iur. & fact. ignor. num. 2. per tex. in l. ſi quis id quod in. §. in ſeruos verſ. doli mali. ff. de iuriſdict. omniũ iud. & per l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans. ff ad S.C. Syll.

30 Limitatur Quinto, vt non procedat in eo, qui agit de damno vitando, & đ delicto excludẽdo, in caſibus, in quibus non præſumitur ſcientia iuris præſumptione iuris & de iure, & requiritur dolus verus, nam tunc quoquè iuris ignorantia excuſat, vt per Iacob. de Arena in d. l. cum quis nu. 2. & 3. per iura ſupra allegata in corpore diſtinctionis.

31 Limitatur Sexto, etiam vbi dolus præſumptus ſufficit, vel quælibet culpa, ſi illud ius, circa quod eſt erratũ, publicè non erat notum verè, vel prę ſumptiuè, l vlt. ff. de decret. ab ord. face. Dyn. ad d. c. ignorantia num 20.

32 Limitatur Septimo etiã ſi erat notum, quo ad minuendam pœnam. Felin. ad c quoniam, de Simon. num. 12. verſ. tertia concluſio.

33 Limitatur Octauo, etiam vbi agitur de lucro captando ſine alterius iniuria, ſi conſulere peritiores, non potuit l. in bonorum, ff. de bonorum poſſ. tradit Iacob. de Arena, ad l. cum quis. C. de iur. & fact. ignoran. num. 7.

34 Limitatur Nono, vt nec procedat in eo qui potuit cõſulere peritiores, & conſuluit, ſed conſilio inepto deceptus eſt, §. quod autem in auth. de non alien. aut perm. reb. eccleſ. l. 1. in fine, ff. de verborum obligation. cum alijs ſupra adductis.

35 Sublimitatur Primum hęc limitatio, ſi deceptus inepto conſilio ſit perſona, quæ per ſe teneatur iura ſcire ex qualitate muneris, & officij, cuiuſmodi eſt doctor, & Aſſeſſor Bart. ad l. in bonorum, ff. de bonorũ poſſ.

36 Sublimitatur Secundo, etiam ſi errans non ſit perſona quæ teneatur ſcire, ſi non niſi vnum conſuluit in loco, vbi plures reperirentur periti, vt per Bald. & Fulgoſ. ad l. iuris ignorantia vbi nos quoq; diximus nu. 29. C. qui admitti.

37 Sublimitatur Tertio, etiam ſi plures conſuluit, non pro veritate, ſed vt illos haberet aduocatos, nam tũc quoquè errans, conſilio eorum, non excuſatur, Angel. ad l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ.

38 Sublimitatur Quarto, etiam ſi conſuluit plures, ſolummodo vt rei veritatem intelligeret, ſi imperitos conſuluit, nec enim tunc excuſatur arg. l. quod ſi noluit, § ſi mancipium, iuncta gloſ. in verſ. medicum, ff. de ædil. edictio. tradit Iaſ. ad d. l. iuris ignorantia, C. qui admitti nũ. 9. in 3. limitatione, immo nec excuſantur à temeritate licet excuſetur à dolo, ſi iuit ad mediocriter eruditos, vt per Iaſ. in præallegato loco.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo, ante omnia, in vltimis voluntatibus inſpiciatur conſuetudo loquendi patris familias, ita vt proprietati verborum, & conſuetudini loquendi ipſius populi præferatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo loquendi teſtatoris non inſpicitur, vbi prioritas gradus, & præſumpta teſtatoris voluntas, ex ordinata charitate, repugnat.*

2 *Conſuetudo loquendi patrisfam. non attenditur, vbi ex diſpoſitione teſtatoris, vel ſtatuti, verba ſunt intelligenda, propriè, ad litteram, & ſine aliquo extrinſeco intellectu.*

3 *Conſuetudo loquendi patrisfamilias, etiam erronea, attenditur ante omnia, ne actus corruat.*

4 *Opinio teſtatoris magis quàm veritas ſpectatur, vt actus ſuſtineatur.*

5 *Opinio inſpicienda eſt, quæ facit rem valere.*

6 *Conſuetudo loquendi patrisfamilias, erronea, quæ referat rem vnius generis, vel vniuerſitatis naturalis, aut artificialis, ad aliud genus, vel vniuerſitatem, non attenditur.*

7 *Lex labeo de ſuppellectili legata declaratur.*

8 *Conſuetudo loquendi patrisfamilias, referens rem vnius generis, vel vniuerſitatis, pendentis à deſtinatione eiuſdem patrisfamilias, ad aliud genus, vel vniuerſitatem, quamuis erronea, inſpicitur.*

9 *Legato fundo venit, quicquid eo nomine teſtator comprehendebat.*

10 *Legato fundo cedunt paſcua, ad vſum fundi deſtinata, licet ſint ſeparata, & diſtincta, ſi tamen eodem nomine comprehendebantur à teſtatore.*

11 *Locatis bonis certis, venit quicquid illorum bonorum appellatione locator comprehendebat.*

12 *Venditio fundi, cuius locatores ſolebant, pro illius neceſſitate, vti nemore, includit eiuſdem nemoris vſum, licet data confinia illud excludant.*

13 *Conſuetudo loquendi rationabilis teſtatoris, blandiendi cauſa, non præfertur proprietati.*

14 *Conſuetudo loquendi patrisfamilias rationabilis, & ſeria, ſi eſt ampliatiua diſpoſitionis, attenditur.*

15 *Legatum relictum libertis, debetur etiã liberto liberti, quem teſtator conſueuit libertum appellare.*

16 *Filiorum appellatione, venit etiam nepos, quem teſtator conſueuit filium appellare.*

17 *Conſuetudo loquendi rationabilis, reſtringens per electionem diſpoſitionem, non præfertur proprietati, vel iuris interpretationi, vel comuni vſui loquendi.*

18 *Filia potius intelligitur inſtituta, quã neptis, licet repugnet conſuetudo loquendi teſtatoris, vbi filia cum nepte concurrit.*

19 *Conſuetudo loquendi patris familias, vbi fuit varia tempus celebratæ diſpoſitionis inſpicitur.*

20 *Tempus, an conditi teſtamenti, vel mortis, debeat ſpectari in colligenda teſtatoris voluntate, remiſſiuè.*

21 *Conſuetudo loquendi teſtatoris, in illius diſpoſitione interpretanda, præfertur proprietati.*

22 *Limitatur primo, vbi repugnat gradus prærogatiua, & coniecturata, teſtatoris voluntas, ex ordinata charitate.*

23 *Limitatur ſecundo, vbi ſtatuto, vel teſtatoris præcepto caueatur, vt verba debeant intelligi propriè, ad litteram, & prout iacent.*

24 *Limitatur Tertio, quando conſuetudo patris familias eſt erronea, & res vnius generis ad aliud transfert.*

25 *Sublimitatur primum, quando, alioqui diſpoſitio non intellecta ſecundum erroneam conſuetudinem, corrueret.*

26 *Sublimitatur Secundo, quando res vnius generis, & vniuerſitatis, non naturalis, vel artificialis: Sed pendentis, à deſtinatione patris familiàs ad aliam ſimilem refertur.*

27 *Limitatur Quarto, vt nec procedat in Conſuetudine rationali, ſi ſeria non ſit, ſed blandiendi cauſa.*

28 *Limitatur Quinto, vt procedat ſi rationabi-*

tionabilis conſuetudo amplia: diſpoſitionem, ſecus ſi ex ea reſultat interpretatio reſtrictiua, & electiua.

DISTINCTIO XLVIII.

1 AVt conſuetudini loquendi patris familias refragatur prioritas gradus, & præſumpta teſtatoris voluntas ex ordinata charitate, Aut non: Si repugnat, coniectura mentis præualet conſuetudini loquendi patris familias Iaſ. ad l. ſi pater .. nus nu. 2. C. de hæred. inſtit. & ibi Alber. nu 2. Simon de Prætis de Interpret. vltim. volunt. lib. 1. Interpret 2. dubitatione 2. fol. 9. nu 3. Cardin. Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib 12. tit. 15. num. 27. Hinc decidunt quæſtionem de vetula, quæ ex conſuetudine, neptem, filiam appellabat, filiam autem non filiam, ſed proprio nomine nuncupabat, & fecit teſtamentum in quo filiam ſuam ſimpliciter inſtituit, non intelligitur enim neptem, quæ filia erat, ſecundum cõmunem vſum loquendi illius, inſtituiſſe, ſed propriam & veram filiã, & ſic eam quæ eſt filia ſecundum verbi proprietatem, cum non ſit præſumendum dictam teſtatricem voluiſſe neptem filiæ præferre, arg. l. cum acutiſſimi, C. de fideicõ. propterea quod huic præſumptioni repugnat prærogatiua gradus, & præſumpta teſtatricis voluntas, ex ordinata charitate, vt per Iaſ. poſt Cyn. & Alber. in præallegato loco, Si non repugnat, rurſus

2 diſtinguendum eſt, quia, Aut ex ſtatuto, vel præcepto teſtatoris verba diſpoſitionis ſunt intelligẽda proprie ad litteram, & ſine aliquo extriſeco intellectu, Aut verſamur omnino in dubio, Si extat illud ſtatuti præceptum, tunc non inſpicitur conſuetudo loquendi patrisfamilias, cũ non ſit propria ſignificatio, ſed impropria, vel figuratiua, vt per Bart. ad l. cũ de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct. & ad l. Labeo, ff. de ſuppell. leg nu. 4. ita declarat in terminis noſtris Simon de Prætis in d. fol. 9. nu. 3. in fine faciunt tradita per DD. ad

3 Rub. ff. de nou. oper. nunciatione. Quãdo autem verſamur in dubio, Aut conſuetudo loquendi patrisfamilias eſt abuſus, & corruptela, ſecundum quam, per erroneam appellationem vnius generis, vel vniuerſitatis efficitur, quod non eſt. vt puta quia appellatione ſuppellectilis quis ſit ſolitus comprænhendere eſcarium, argentum, aut penulas, & togas cõtra propriam ſuppellectilis ſignificationem, vt in d. l. Labeo, vel quia conſueuerit aliquis Oues, & Capras ad armẽtum referre, vel boues, & æquos ad gregem, pariter contra naturam armenti, quod eſt maiorum animalium, vt boum, l. plenum, §. ſed & ſi boum, ff. de vſu & habit. cõtra naturam gregis. quæ minorum animalium eſt, vt puta Caprarum, & Ouium, l. 1 §. vlt. vbi gloſ. in verbo gregem, de rei vẽd. Aut eſt conſuetudo aliquo modo rationabilis, Si erronea, Aut diſpoſitio omnino corruit, niſi eiuſmodi patris familias erronea conſuetudo attendatur; Aut non, Si corruit atten-

4 ditur, ne corruat: opinio enim teſtatoris, eo caſu magis, quàm veritas ſpectatur l. quo loco. §. 1. vbi gloſ. in verb. alterum. ff. de hæred. inſtit. Bar. Bald. Angel. Imola. Caſtrenſ. & alij omnes communiter, vt dicit Aret. ad l. Seruum filij. § ſi quis rem in fin. ff. de leg. 1. cum alijs congeſtis per Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 10. num. 1. & 2. & per Simonẽ de Prætis de interpret. vlt. volũt. lib 2. interp. 4. dub. 1. fol. 3. nume. 8. vbi num. 10. ex Bald. dicit inſpicien-

5 dam eſſe opinionem, quæ facit rem

6 valere. Si verò non corruit, Aut pater familias erronea ſua conſuetudine loquendi, refert rem vnius generis, & vniuerſitatis naturalis, vel artificialis, ad aliud genus, vel vniuer-

ſitatem

ſtatem naturalem, vel artificialem, cuiuſmodi ſunt grex, armentum equilium, ſuppellex, Aut ad vniuerſitaté, quæ omnino pendeat à deſtinatione eiuſdem patris familias, cuiuſmodi ſunt bona, certo nomine ab eo ſolita comprehendi. Primo caſu conſuetudo loquendi erronea teſtatoris, niſi concurrant aliæ coniecturæ, non
7 attenditur, & ita intelligo. l. Labeo. ff. de ſuppell. leg. vbi ſcribit I.C. [Verum ſi ea, de quibus non dubitatur, in alio genere eſſent, vt puta excarium. argentum, aut penulas, & togas, ſuppellectili quis adſcribere ſolitus ſit, non idcirco exiſtimari oportere ſuppellectili legata, ea quoq; contineri, non enim ex opinionibus ſingulorum ſed ex communi vſu nomina inquit ex audiri debere] & paulò inferius [ſed & ſi magnopere me Tuberonis, & ratio, & auctoritas mouet, nõ tamen à Seruio diſſentio, non videri quemquam dixiſſe, niſi
8 ſuo nomine vſus ſit] Secundo autem caſu, quando ſcilicet verſamur in genere, vel vniuerſitate, quæ pendet omnino à deſtinatione patrisfamilias, illius loquendi conſuetudo, quamuis erronea, ante omnia inſpici-
9 tur l. prædijs. §. Titio Seiana. ff. de leg. 3. vbi inquit I C relictis Seianis prædijs includi quoq; Gabiniana; Si in rationibus teſtator ea quoq; Seiana appellabat. Ad idem eſt tex. in l. Seiæ. §. Tyrãnæ. ff. de fund. inſtruct.
10 vbi paſcua, ad vſum fundi deſtinata, cedunt legato fundi, licet ſint ſeparata, & diſtincta, Si tamen eodem nomine nuncupabantur à teſtatore, con ferunt tradita per Bald. ad l. empto-
11 rem, num. 13. 14. & 15. C. locat. vbi ſi Abbas habens vnam Planitiem, quã dicebat planum Bictonij, ſub qua erat altera, quæ appellabatur Planũ Sancti Criſpolli, locet omnes poſſeſſiones poſitas in Plano Bictonij, veniunt omnia bona S. Criſpolli. Si cõſueuit omnia illa prædia locare ſub
12 nomine Bictonij, & Soc. in l. 1. nu. 15. ff. de reb. dub. vbi dicit, ſe conſuluiſſe in caſu, vbi habens magnam poſſeſſionem, ſub ſe continentem particulares poſſeſſiones, & cum haberet quoq; nemus, quo conductores ſolebant pro ſuarum poſſeſſionum neceſſitate vti, & vendidiſſet vnam ex dictis poſſeſſionibus, datis certis con finibus, qui excludebant nemus, in ea venditione includi etiam nemoris vſum, licet finium deſſignatio cõueniret, de qua tamen deciſione val de dubito; Quicquid ſit per dicta iura ſup. allegata, dixit Alex. conſ. 150. in prin. vol. 7. ſub legato terrarum de Villanoua, venire etiam illa, quæ ſtant extra Villamnouam, quando teſtator illas vocabat poſſeſſiones de Villanoua, dicens hoc eſſe per ſe clarum. Cæphal. quoq; conſ. 144. nu. 15. concludit in relicto prædiorum caſæ nouæ, prædia poſita ſub alijs territorijs, ſi nomine prædiorum caſæ nouæ vocabantur à teſtatore, idem ſequitur Simon de Pretis de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 7. nu. 47. fol. 390. vbi dicit ſe ita quoque tenuiſſe conſ. 70. vol. 1. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit 2. nu. 6. & 7. & ſequenti, & præſertim, nu. 12. & 13. Soc. Iun. conſ. 65. num. 28. vol. 1. vbi adducit Alcia. conſ. 45. lib. 9. vel in conſ. 493. latè & probat eiuſ modi deciſionem Surd deciſ. 241. nu.
13 10. & 11. cum ſequenti. Si vero cõſuetudo eſt aliquo modo rationabilis, Aut talis conſuetudo eſt blandiendi cauſa, iuxta l. nemo. §. 1. ff. de hæred. inſtit. quia ſcilicet aliquis blãdè fratrem vocaret aliquem, qui non eſſet; Aut ſeria, Si blandiendi cauſa, non præfertur proprietati, vt docet Excellentiſs. D. Præſes Menoch. cõſ. 215. num. 126 lib. 3. facit tex. in §. planè de teſtamentis. Inſtit. de milit.
14 teſtamento, Si verò ſeria, Aut interpretatio ſecundum eam facit ampliationem voluntatis reſpectu rerum,

Digitized by Google

vel perſonarum, Aut reſtrictionem, vel electionem, Si facit interpretationem ampliatiuam attenditur dict. l.Labeo. ff. de ſuppellect legata Tex. eſt optimus in l. alimenta. §. 1. ff. de
15 alim. & cib. legat. vbi alimenta relicta liberto, debentur etiam liberto liberti, quem teſtator ſuum conſueuerat libertum appellare, Quamob-
16 rem dicit Bart ibi, appellatione filiorum nepotem quoque contineri, quem teſtator conſueuit filium appellare, idem Bald. conſ. 186. vol 2. Roman. conſil 438. in fine Caſtren. conſ. 117. nume. 2. vol. 2. Aret. conſ. 145. in fine, latè Gabriel. com. opin. lib. 6. tit. de verb. ſignif. conclu. 1. nu. 40. Manti. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 9. num. 2. Surd. d. deciſ. 241.
17 num. 19. Si verò facit interpretationem reſtrictiuam, & electiuam, quia ſcilicet verbum ſit numeri ſingularis &, ex duobus concurrentibus, vnus tantum ſit admittendus, communis vſus loquendi populi, vel proprietas vocabuli, in interpretatione diſpoſitionis patrisfamilias, præfertur ſingulari conſuetudini loquendi ipſius,
18 & ob hanc quoq; cauſam, in dicta quæſtione de vetula habente filiam, & neptem, quam erat ſolita appellare filiam ſuam, filiam autem proprio nomine appellabat, ſi inſtituit ſimpliciter hæredem filiam, concludunt DD. in l. ſi pater. C. de hæred. inſtit. filiam veram, & propriam intelligi hæredem inſtitutam, ita Cyn. in d. l. ſi pater, nume. 5. Alber. nume. 2. Iaſ. num. 2. tradit Simon de Pretis d. fol. 9. num 3. & Card. Mantic. de coniecturis vlt. volunt. lib. 12. tit. 17.
19 Hæc autem diſtinctio locum habet, ſiue conſuetudo loquendi patris familias fuerit varia, ſiue vniformis,
20 vbi tamen varia fuerit, inſpicitur tempus celebratæ diſpoſitionis, non tempus mortis, vt ex Baldi conſ. 407. num. 14 vol. 1. docet Mantica de coniectu. vltim. volunt. lib. 3. tit. 9. nu. 5.

21 Conſtituenda eſt igitur Regula affirmatiua.

Conſuetudo loquendi teſtatoris, in illius diſpoſitionibus declarandis, potiſſimum ſpectatur. l. ſi ſeruus pluriū §. vlt. ff. de leg. 1. vbi Bart. Aret. & alij, & verborum proprietati præfertur. l. Labeo. ff. de ſuppellet. leg. & generali conſuetudini loquendi regiones, & patriæ, d. §. vlt. & l. nummis de leg. 3. l. penult. in princ. de alimen. leg. Card. Mantica de coniectu. vlt. volunt. lib. 3. tit. 9. num. 1.

22 Limitatur Primo, vt nō procedat, vbi loquendi conſuetudini teſtatoris repugnant prioritas gradus, & præſumpta eiuſdem teſtatoris voluntas, ex ordinata charitate, tunc enim coniectura mentis præualet conſuetudini loquendi teſtatoris. Iaſ. ad l. ſi pater tuus, num. 2 C. de hæred. inſtit. vbi etiam Alber. num. 2. Simon de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 2. dubit. 2. fol. 9. nu. 3.

23 Limitatur Secundo, vt non procedat, vbi ſtatuto cautum ſit, vel teſtatoris præcepto, vt verba debeāt intelligi propriè ad litteram, & ſine aliquo extrinſeco intellectu, Bart ad l. cum delanionis in §. Aſinam. ff. de fundo inſtr. & ad l. Labeo de ſuppel. leg. num. 4.

24 Limitatur Tertio, vt non procedat quando eſt conſuetudo loquendi erronea, & abuſiua, ita vt per eam quod eſt vnius generis, vel vniuerſitatis referatur ad genus aliud, & ad aliam vniuerſitatem l. Labeo. ff. de ſuppell. legat.

25 Sublimitatur Primum, hæc limitatio, vt concluſioni non deroget quando diſpoſitio teſtatoris, niſi intelligeretur ſecundum erroneam cōſuetudinem loquendi illius, corrueret, nam tunc opinio teſtatoris potius, quàm veritas attenderetur. l. quo loco. §. 1. vbi gloſ. in verbo alterum. ff. de hæred. inſt. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 10. nu. 1. & 2.

26 Sub-

26 Sublimitatur Secundo, vt concluſioni deroget, quando erronea teſtatoris conſuetudo, quod eſt vnius generis naturalis, vel vniuerſitatis artificialis, ad aliud naturale, vel artificiale refert genus, & vniuerſitatem, Secus Si quod eſt vnius generis, vel vniuerſitatis, pendentis ex deſtinatione patrisfamilias, referat ad aliã, nam tunc quoque inſpicitur conſuetudo patris familias, quantumuis erronea. l. prædijs §. Titio Seiana ff. de leg. 3. l. Seiæ §. Tyrannæ ff. de fund. inſtr. exempla ſunt inſerta in corpore diſtinctionis.

27 Limitatur Quarto, vt nec procedat in conſuetudine rationabili, ſi ſeria non ſit, ſed blandiendi tãtum cauſa. Menoch. conſ. 215. num. 120. lib. 3. facit tex. in §. planè de teſtamentis Inſtit. de milit. teſtam.

28 Limitatur Quinto, vt procedat in conſuetudine loquendi rationabili, quando inducit ampliationem diſpoſitionis, quo ad perſonas honoratas, & quo ad res in diſpoſitione poſitas, ſecus, ſi induceret interpretationem reſtrictiuam, & electiuam, nam tunc proprietas verborum, & conſuetudo populi præfertur proprietati DD. ad l. ſi pater. C. de hæred. inſtit. vbi Cyn. num. 5. Alber. num. 2. Iaſ. num. 2. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 12. titul. 17.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo verbum, lego, hæredis Inſtitutionem ſignificet, vel inducat.

SVMMARIVM.

1 *Lego verbum, ſemper intelligitur prolatum enunciatiuè, vbicunque per illud non inducitur, ſed ſignificatur tantummodo vltima voluntas, etiam ſi proferatur à lege diſponente.*

2 *Lego, verbum in genere prolatum, & enunciatiuè, poteſt ſignificare hæredis inſtitutionem.*

3 *L. verbis legis de verb. ſignif. § diſponat in auth. de nupt. & c. Raynaldus de teſtam. declarantur.*

4 *Statutum diſponens, vt habens filios, non poſſit vxori aliquid legare, intelligitur, prohibere etiam hæredis inſtitutionem.*

5 *Cornei opin. reprobatur, & ſaluatur.*

6 *Lego, verbum, relatum ad perſonam, cum qualitate hæreditaria, puta, lego Titium hæredem, inducit hæredis inſtitutionem.*

7 *Lego, verbum, relatum ad ſpeciem, vel ad facti vniuerſitatem, vt eſt dos, peculium, hæredis inſtitutionem, niſi de contraria conſtet teſtatoris voluntate, non inducit.*

8 *Lego, verbum, relatum ad vniuerſitatem iuris, vt eſt hæreditas, vel ad bonorum vniuerſitatem ab eo, cui propoſitum eſt ſcribere codicillos, inſtitutionem hæredis non inducit.*

9 *Codicillis nec dari, nec adimi poteſt hæreditas.*

10 *Lego verbum, relatum ad hæreditatem, vel vniuerſitatem bonorum, nullo cohærede dato ab eo, cui propoſitum eſt condere teſtamentum, inſtitutionem hæredis inducit.*

11 *Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione non conſiſtit.*

12 *Coniectura, in dubio, ea capitur, per quam actus ſuſtinetur.*

13 *Teſtator, in dubio, non cenſetur elegiſſe viam, ad ſua iudicia impugnãda.*

14 *Verba, in dubio, intelliguntur ſecundum naturam actus, in quo proferuntur.*

15 *Lego verbum, relatum ad hæreditatem, vel vniuerſitatem bonorum, ab eo, cui propoſitum eſt condere teſtamentum, cohærede dato, ad inſtitutionem, non trahitur.*

16 *Lego verbum, ab eo prolatum de cuius voluntate non conſtat, an voluerit*

teſtari, vel Codicillari, ceſſante mentis coniectura, & non omnibus bonis per verbum, lego, deſtributis, inſtitutionem hæredis non inducit.

17 *Idem eſt, ſecundùm communem ſententiam, licet ſit controuerſi iuris, quando vniuerſa bona ſunt per verbũ lego, diſtributa.*

18 *Lego, verbum enunciatiuè prolatum, hæredis inſtitutionem ſignificare poteſt.*

19 *Lego verbum, diſpoſitiuè prolatum, hæredis inſtitutionem non inducit.*

20 *Limitatur primo, vbi de contraria conſtet teſtatoris voluntate.*

21 *Limitatur ſecundo, vbi immediate refertur ad perſonam cum qualitate hæreditaria.*

22 *Limitatur Tertio, vbi ad vniuerſitatem iuris id eſt ad hæreditatem, & ad vniuerſitatem bonorum refertur nullo dato cohærede.*

23 *Sublimitatur, vbi non conſtat legantem voluiſſe facere teſtamentum.*

DISTINCTIO. L.

DIfficilem hanc iuris cõtrouerſiam, quam latiſſimè examinant DD. ad rub. ff. de leg. 1. & ad l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. Diſtinctione dirimendam eſſe arbi-
1 tror, nam, Aut verbum lego, prolatum eſt in genere, & enunciatiuè, quod fieri intelligo, vbicunquè per verbum lego non diſponatur relinquendo aliquid alicui, licet in cæteris oratio ſit diſpoſitiua, Aut prolatum eſt in ſpecie, & diſpoſitiuè, ſiuè à lege ſiuè ab homine, in hoc enim non conſtituo differentiam. Primo
2 caſu poteſt ſignificare hæredis inſtitutionem, Ita intelligo verba legis
3 duodecim tabularum. [vti quiſquè legaſſit rei ſuæ ita ius eſto] de quibus in l. verbis legis, ff. de verb. ſignif. & in §. diſponat in Auth. de nupt. licet enim memoratis verbis diſponendo permittat lex duodecim tabularum vnicuiq; res ſuas arbitratu ſuo legare, non propterea diſponendo legabat. Senſus enim eſt vt quilibet poſſit de rebus ſuis diſponere, ſiue legando, ſiue hæredem inſtituendo, ſiuè diſpoſitionem aliam quamlibet faciendo, quæ in vltimis voluntatibus fieri ſoleant, & ſic etiam intelligeretur dictum alicuius narrantis, & aſſerentis aliquem bona ſua alicui legaſſe, & ſecundum hunc ſenſum, poteſt intelligi cap. Raynald. extra de teſtã. Hinc
4 poſſimus inferre, ſtatutum, quo cautum ſit habentes filios, non poſſe vxori ſuæ aliquid legare, intelligendum eſſe vt prohibeat etiam hæredis in-
5 ſtitutionẽ, quicquid dicat Corneus conſ. 185. lib. 1. num. 2. cuius opinio, poſſet tantummodo ſuſtineri, vbi ex communi loquendi vſu, ita verbi lego, ſignificatio reſtringeretur, vt ad hæredis inſtitutionem nullo modo referri poſſet, vt Sentit etiam Ruin.
6 ad Rub. ff. de leg. 1. num. 17. Secundo autem caſu, quando in ſpecie, & diſpoſitiuè profertur, in actu ſcilicet diſponendi per vltimam voluntatem rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut refertur immediate ad perſonam, cũ qualitate hæreditaria, Aut ad rem, Si ad perſonam, ut puta, quia dicat teſtator, lego Titium hæredem omnium, vel partis meorum bonorum, ſine dubio induceret hæredis inſtitutionem, vt rectè docet Alcia. ad l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. nu. 73. verſ. quid rurſus, quem ſequitur ibi. Io. March. Aquill. num. 114. facit, l.
7 quoniam indignum. C. de teſtam. Si verò immediate refertur ad rem, Aut refertur ad ſpeciem, vel ad vniuerſitatem facti particularem, cuiuſmodi eſt dos, peculium, grex, & Meuiana puta hæreditas à nobis adita, Aut ad vniuerſitatem iuris, id eſt ad hæreditatem, vel bonorum vniuerſitatem, Si ad ſpeciem vel ad vniuerſitatem facti, niſi teſtatoris voluntas expreſſe refragetur hæredis inſtitutionem,

tionem, non inducit, vt colligitur ex titulis, de dote prælegata, de peculio legato, de ſuppellectili legata, de Auro, & Argento legato, & ſimilibus. Nec non ex l. cum filius. §. 1. de
8 leg. 2. Si ad vniuerſitatem iuris, & bonorum, Aut conſtat de voluntate diſponentis quo ad ſpeciem vltimæ voluntatis, quam facit, dum legat, Aut verſamur in dubio, Si conſtat, Aut vult codicillos facere, Aut teſtamentum, Si codicillos ſine dubio hære-
9 dis inſtitutionem nõ inducit, cum in codicillis, nec dari, nec adimi poſſit hæreditas. §. vlt. Inſtit de codicill. qua in re conſentiunt omnes ad d. Rub. ff. de leg. 1. & præſertim Crot.
10 num. 13 Si teſtamentum, Aut nullus datus eſt cohæres, Aut eſt datus, Si datus non eſt, hodie poſt latam, l. quoniam indignum. C. de teſtam. Secundum Vaconium lib. 4. declarat. iur. ciui. declarat. 55. num. 6. inducit ſine dubio hæredis inſtitutionem, ſine
11 qua valere teſtamentum non poteſt §. ante hæredis Inſtit. de leg. l. proxi-
12 mæ. ff. de his quæ in teſtam. debentur, etenim in re dubia ea capi debet coniectura, per quam actus potius valeat, quàm pereat. l. quoties 2. vbi Socin. de except. l. quoties, vbi Iaſ. ff. de verb. oblig. Alcia. in tract. Præſumpt.
13 Reg. 3. præſumpt. 34. & ne videatur teſtator viam eligiſſe ad ſua Iudicia impugnanda, l. 3. ff. de milit. teſtam. Alcia in d. Reg. 3. præſump. 35. & ra-
14 tioni conſentaneum eſt, vt verba intelligantur ſecundum naturam actus in quo proferuntur. l. ſi vno in princ. vbi gloſ. Bart. Bald. & DD. communiter & l. ſi in lege. ff. locat. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. cum alijs adductis per Tiraquell. ad l. ſi vnquam. C. de reuo-
15 can. donat. in verbo reuertatur, nu. 37. Si verò datus eſt, ad hæredis inſtitutionem non trahitur. l. mulier. §. vlt. ff. ad S. C. Trebel. l. ſi quis ſeruum. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de leg. 2. Vbi autem penitus verſamur in dubio, an noluerit diſponens teſtati, vel codicillos ſcribere, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut ex coniecturis conſtare poteſt voluiſſe diſponentem, vel noluiſſe eum hæredem facere, ad quem verbum, lego, dirigebat, & ſecundũ coniecturatam illius mentem fieri debet interpretatio affirmatiua, vel negatiua arg. §. diſponat in auth. de nupt. & l. in conditionibus. ff. de cond. & demoſtrat. iuncta l. quoniã indignũ.
16 C. de teſtam. Quod ſi ceſſat omnis mentis, & voluntatis probabilis coniectura; iterum eſt diſtinguendum, quia, Aut non fuit vniuerſa hæreditas diſtributa per verbum lego, Aut fuit diſtributa vniuerſa, Si non fuit vniuerſa diſtributa hæreditas, concludunt DD. omnes, poſt Bart. in l. centurio. ff. de vulg. & pupillar. hæredis inſtitutionem non inducere facit d. l. mulier. §. vlt ff. ad S. C. Trebel. tradit Soc. Iun. ad d. Rub. de leg. 1. num.
17 105. Si verò vniuerſa fuit diſtributa, ardua eſt iuris controuerſia inter interpretes, Communis tamen opinio eſt, vt hæredis inſtitutionem non inducat, ita Bart. ad l. Centurio ff. de vulg. & pupill. nu. 19. Sequuntur ibi Alex. num. 91. Iaſ. qui de communi teſtatur num. 37. & Ripa, num. 98. Angel. ad l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupill. num. 2. DD. Cõmuniter ad cap. Raynutius de teſtam. & præſertim Imola, & Berous, idem Imol. & Salicet. ad l fin. C. fam. erciſc. hanc teſtantur etiam cõmunẽ eſſe ad Rubr. ff. de leg. 1. DD. paſſim, & præſertim Soc. Iun. num. 87. Iacob. de Nigr. nu. 83. Io. Bologn. num. 99. & Corn. cõſ. 185. lib. 1.

Duæ igitur Principes ex diſtinctione explicata eliciuntur concluſiones. Prima eſt.

18 Lego verbum in genere, & enunciatiuè, ſiue à lege, ſiue ab homine prolatum, poteſt hæredis inſtitutionem ſignificare. l. verbis legis. ff. de verb. ſignific. §. deinceps in Auth. de

Nupt.

Nupt. c. Raynal. de teſtamen.

19 Secunda concluſio eſt. lego verbũ, diſpoſitiuè prolatum, hæredis inſtitutionem regulariter non inducit. DD. communiter ad Rubr. ff. de leg. 1. & ad l. Centurio. ff. de vulg. & pup.

20 Limitatur Primo, vt non procedat, vbi de contraria conſtat teſtatoris voluntate. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtr. iuncta l. quoniam indignum. C. de teſtam.

21 Limitatur Secundo, vt locum ſibi non vendicet, quando immediate refertur ad perſonam, cum qualitate hæreditaria, puta quia dicatur lego Titium hæredem meũ, vt per Alcia. ad d. l. centurio. ff. de vulg. & pupill. num. 73. verſ. quid rurſus.

22 Limitatur Tertio, vt nõ procedat, vbi verbum lego ad iuris vniuerſitatem, ideſt ad hæreditatem, vel ad vniuerſitatem bonorum refertur, & nullus datus eſt cohæres. d. l. quoniã indignum, ſentit Vaconius lib. 4 declara. iuris ciuil. declara. 55. num. 6. & DD. communiter ad d. Rubr. de leg. 1. & ad d. l. centurio.

23 Sublimitatur tamen hæc limitatio, vt concluſioni tunc demum deroget, quando conſtat legantem velle facere teſtamentum, quod ſine hæredis inſtitutione valere non poteſt. §. ante hæredis Inſtit. de leg. ſecus vbi cõſtat voluiſſe facere codicillos, vel vbi verſamur, in dubio, tunc enim indiſtinctè concludendum eſt, non inducere hęredis inſtitutionem, ex communi DD. ſententia pro qua plures ſupra in calce diſtinctionis au ctoritates congeſſimus, & cumulauimus.

ARGVMENTVM.

An, & quando verbum, lego, relatum ad legitimam, inducat hæredis inſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 Lego verbum, ad legitimam relatum, vbicunq; conſtat, ſaltem ex coniecturis, de teſtatoris voluntate, hæredis inſtitutionem inducit.

2 Hæredis inſtitutio hodie poteſt fieri quacunq; loquendi forma, ſi per eam liqueat voluntatis intentio.

3 Lego, verbum, ad legitimam relatum, vbi in teſtamento eſt expreſſa clauſula, omni meliori modo, etiam in dubio vim habet inſtitutionis.

4 Idem eſt ſi prolatum ſit in teſtamento, in quo dicta clauſula tacitè ſub intelligitur.

5 Iuramentum habet vim clauſulæ, omni meliori modo.

6 Taciti & expreſſi par eſt virtus.

7 Lego verbum ad legitimam relatum, vbi nõ eſt expreſſa, nec ſubintelligitur clauſula, omni meliori modo, in dubio, inſtitutionis vim non habet.

8 Lego, verbum eſt merè obliquum.

9 Relinquo, verbum, quod commune eſt, relatum ad legitimam, in dubio, etiã vbi non intelligitur clauſula, omni meliori modo, ſecundum communem ſententiam, inſtitutionem inducit.

10 Legitima, an, & quando relinqui poſſit non titulo inſtitutionis, remiſſiuè.

11 Verbum, lego, ad legitimam relatum, non habet vim inſtitutionis.

12 Limitatur, quando conſtet de contraria voluntate teſtatoris.

13 Limitatur etiam, vbi in teſtamento ſit expreſſa, vel ſub intelligatur clauſula, omni meliori modo.

DISTINCTIO LI.

VBicunq; per verbum lego relicta eſt legitima, Si dubitetur, an in ea cenſeatur filius inſti-
1 tutus, ſic diſtinguendũ eſt, Aut conſtat de voluntate teſtatoris ex coniecturis, vel qa expræſſit teſtator ipſe, ſe legare iure inſtitutionis, Aut nõ, Si

2 Si conſtat valet in vim inſtitutionis, quæ poteſt fieri qualibet forma loquendi hodie, ſi per eam liqueat voluntatis intentio. l. quoniam indignũ
3 C, de teſtam. Aut non conſtat, & tũc, Aut eſt expreſſi in teſtamento clauſula omni meliori modo, Aut non; Si eſt expreſſi, habet vim inſtitutionis, Bald. ad l. quoties. C. de hæred. inſtit. Cumanus ad l. his verbis. ff. eod. tit. de hæredibus inſtit. Alex. & Imol. ad l. nam quod. §. non omnes. ff. ad Trebell. Iaſ. in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. num. 20. Io. Dilect. plures adducens de Arte teſta. tit. 3. de liber. Inſt. vel exhæred. cautel. 1. num. 6. Dec. conſ. 228. Pariſ. conſ. 50. teſtamentum, vt dicitur conditum, num. 9 & ſequ. vol. 2. Bellon. conſ. 85. num. 2. & alij, quos adducit, & ſequitur Vaſqui. de ſucceſs. creat. lib. 2. §. 20. parte 4. Requiſ 42. num. 247. &
4 268. Si verò nõ eſt expreſſa dicta clauſula, vt teſtamentum valeret omni meliori modo, quo poſſet, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut verſamur in teſtamento, in quo eiuſmodi clauſula tacitè intelligitur, Aut non. Primo caſu, vt puta quando teſtamentũ
5 eſt iuratum, iuramẽtum enim habet vim clauſulæ omni meliori modo, Tex. eſt in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Tradit Seraphinus de priuileg. iur. priuil. 98. pariter habet vim inſtitutionis. taciti enim, &
6 expreſſi par eſt virtus, l. cum quid. ff.
7 ſi cert. pet. Si verò verſamur in teſtamento, in quo, nec tacitè cenſeatur ineſſe, d. clauſula, arbitror inſtitutionis vim non habere, per Tex. in §. aliud quoq; capitulum, in auth. vt cũ
8 de appellat. cognoſc. & quia verbum, lego, eſt merè obliquum DD. communiter ad l. centurio, poſt Bart. nu. 19. ff. de vulg. & pupill. & de communi teſtatur Torniell. ad Rubr. ff. de leg. 1. nume. 10. ita ſentit ibi Io. M. Aquil. in 4. parte, num 122. & Petr. Ricciar. ad rub. inſtit. de leg. 1. num. 112. & hanc ſententiam probaui etiã ego ad Rub. ff. de leg. 1. quam ſentit etiam Vaſqui. de Succeſ. creat. lib. 2. §. 20. parte 4. Requiſito 42. num. 247. & 268. & hanc tenent, in fortioribus terminis, Bar. ad au[...] de ſi parens. C. de inoff. teſtam. & Alex. ad l. humanitatis nu. 2. C. de impub. & alis ſubſt. & alij, qui putant, nec vim inſtitutionis habere eam diſpo-
9 ſitionem, in qua per verbum, relinquo, filio ſit relicta legitima, licet quo ad verbum, relinquo, quod commune eſt, non merè obliquum, vt per D. M. Sfortiam Oddum in tract. Compend partic. 4. q. 2. art. 1. in verſ. relinquo, communis opinio ſit in contrarium in d. auth. vnde ſi parens, & in d. l. humanitatis, quam defendit etiã Vaſqui. in d. requiſ 42. nu. 254. verſ.
10 Teneo primam. An autem, & quãdo non titulo inſtitutionis poſſit relinqui legitima, docet late Vaſqui. in d. §. 20. parte. 4. requiſ. 42. nu. 259. cum ſeq. vbi ponit regulam cum 24. limitationibus, & pluribus ampliationibus.

Eſt ergo concluſio negatiua.

11 Lego verbum, ad legitimam relatum, non habet vim inſtitutionis. §. aliud quoque cap. in Auth. vt cum de appel. cognoſc.

12 Limitatur Primo, vbi de contraria conſtet teſtatoris voluntate l. quoniam indignum. C. de teſtam.

13 Limitatur Secundo, vt non procedat in teſtamento, in quo ſit expreſſa, vel tacitè intelligatur clauſula, omni meliori modo.

ARGVMENTVM.

An, & quando legata ſtrictam, vel latiſſimam recipiant interpretationem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legata ſtrictam, vel latam recipiunt interpretationem, ſecũdum coniecturatam teſtatoris mentem.*

2 *Teſtatoris mens lex eſt, & Regina in vltimis voluntatibus.*

3 *Legati verba, quæ ſi latè intelliguntur hæredem magis grauant, ſtrictam recipiunt interpretationem.*

4 *Minimum quod eſt in legatorum interpretatione, ſemper ſequimur.*

5 *Legati verba, in ijs in quibus non magis grauatur hæres, latiſſimam recipiunt interpretationem.*

6 *Legata, licet minus ſint fauorabilia, quam hæredis inſtitutio, fauorabilia tamen ſunt.*

7 *Legata latiſſimam recipiunt interpretationem.*

8 *Limitatur, niſi conſtet de contraria teſtatoris voluntate.*

9 *Limitatur, vbi ex lata interpretatione magis grauaretur hæres.*

DISTINCTIO LII.

IN ea iuris controuerſia de legatis, an, & quando ſcilicet ſint ſtrictè vel latè intelligenda, quã tractant DD. ad l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol. tam publice docendo, quàm de iure reſpondendo, conſueui hoc modo di-
1 ſtinguere, Aut ſaltem ex coniecturis conſtare poteſt de mente teſtatoris, Aut non. Si poteſt illa admittitur, interpretatio, quam coniecturæ ſua-
2 dent, cum mens teſtatoris, vti lex & Regina obſeruetur, & dominetur in vltimis voluntatibus, l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtrationib. §. diſponat in Auth. de nupt.
3 Si verò non poteſt ſed verſamur omnino in dubio Aut verſamur in verbis, quæ ſi latiſſimè interpretamur, magis grauaretur hæres, vt puta in verbis ſignificantibus rem legatam, Aut in alijs verbis, ex quorum lata, vel ſtricta interpretatione, hæres non magis, vel minus grauaretur, vt puta in verbis ſignificantibus perſonas legatariorum, vel aliud ſimile. Primo caſu ſtrictam recipiunt interpretationem, vt minus grauetur hæres, quam fieri poſſit, iuxta tex. in l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. 2. & in his terminis vendicat ſibi locũ l. nummis, l. qui concubinam, §. cum ita, ff. de leg. 3. l. apud Iulianum, alias. Idem Iulianum in §. ſcio, l. ſi ſcriptſi, in fine, ff. de leg. 1. l. ſi ita relictum fuerit, ff. de leg. 2. l. qui Lancem. ff. de aur. & argent. legat. cum alijs adductis per Nattam conſ. 306. nu. 3. lib. 3. vbi
4 vult, vt in legatis, in dubio, ſemper quod minimum eſt ſequamur, iuxta. l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. iur. & opinio Decij in d. l. in teſtamẽtis nu. 3. eſt eadem cum opinione. Nattæ
5 in d. conſ. 306. nu. 4. Secundo autem caſu latiſſimam recipiunt interpretationem, & ita intelligitur d. l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. & opinio glo. ibi nec non Butrij, Cornei & aliorũ
6 quos adducit Cagnol. in d. l. in teſtamentis num. 1. legata enim licet minus fauorabilia ſint, quam hæredis inſtitutio, tamen fauorabilia ſunt, Barth Soci. ad rub. ff. de verb. oblig. nu. 23. verſ. quarto quia facit l. 1. ff. de optione legat. tradit M. Anton. Roueſcal. olim Collega meus, in addit. ad Dec. in ſæpius repetita l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. nu. 3.
7 Conſtituenda eſt igitur in hac materia regula affirmatiua, hoc modo videlicet.

Legata latiſſimam recipiunt interpretationem, l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. vbi DD. & præſertim Cagnol. num. 1.

8 Limitatur primo hęc concluſio, vt locum ſibi non vendicet, vbi de contraria conſtet teſtatoris voluntate: per regulam legis, in conditionibus, ff. de cond. & demonſtr.

Limi-

Digitized by Google

Limitatur Secundo, vt non procedat, quando ex latiſſima interpretatione ſequeretur maius hæredis grauamen per regulam, l. vnum ex familia in. §. ſi rem. ff. de leg. 2. iuxta tex. in l. nummis, in l. qui concubinam, in §. cum ita. ff. de leg. 3. in l. apud Iulianum, in §. Seio in l. ſi ſcriptum, in fi. ff. de leg. 1. cum alijs ſupra adductis in corpore diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

Legans poſſeſſiones ſuas, an, & quando res mobiles legare intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Legans poſſeſſiones ſuas, ſi habeat immobilia, prædia tantum ruſtica, legare intelligitur.*

2 *Communis vſus loquendi præfertur proprietati, in vltimis voluntatibus.*

3 *Poſſeſſionum appellatione, ſecundum communem vſum loquendi, veniunt tantummodo prædia ruſtica.*

4 *Legans poſſeſſiones ſuas, ſi immobilia non habet, mobilia legaſſe intelligitur, vt legatum ſubſtineatur.*

5 *Legans quicquid poſſidet ſimpliciter, omnia, tam mobilia, quàm immobilia legaſſe intelligitur.*

6 *Mobilia quoq; propriè poſſidentur.*

7 *Legans quicquid poſſidet certo loco, non niſi mobilia, quæ eo in loco, ex deſtinatione patrisfamilias, perpetuò erãt futura legaſſe intelligitur.*

8 *Legare quicquid aliquis poſſidet, & legare poſſeſſionem rerum ſuarum, differunt.*

9 *Legans poſſeſſiones ſuas, mobilia legare non intelligitur.*

10 *Limitatur Primo, ſi non niſi mobilia habeat.*

11 *Limitatur Secundo, ſi legauerit quicquid poſſidet, tunc enim, tam mobilia, quàm immobilia legare intelligitur.*

12 *Sublimitatur, ſi legauerit quicquid poſſidet certo loco, tunc enim mobilia tantum legaſſe intelligitur.*

DISTINCTIO LIII.

1 Aut teſtator legat poſſeſſiones ſuas, Aut quicquid poſſidet, Primo caſu, Aut teſtator habet in bonis etiam immobilia, Aut mobilia tantummodo, Si etiam immobilia, non niſi immobilia ipſa, immo prędia ruſtica tantummodo legato comprehenduntur, qa, ſecundum communem vſum loquen-
2 di, qui præfertur proprietati in vltimarum voluntatum interpretatione l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3 l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. vbi Bar. per poſſeſſiones noſtras, prę-
3 dia tantum ruſtica ſignificamus, vt ex Alex. Iaſ. & Claud. de Seiſell. tradunt ad l. 1. ff. de acquir. poſſ. Socin. Iun. num. 150. & Bologn. num. 106.
4 Si verò mobilia tantum habeat, vt legatum ſubſtineatur in ipſis mobilib^9 locum habet, cum in immobilibus non poſſit verificari, argumento l. pediculis. §. item cum quærebatur. ff. de aur. & argen. leg. & l. fundus qui legatus. ff. de fund. inſtr. facit notabile dictum Imolæ in l. nam his §. 1. ff. de dona cauſa mort. refert, & ſequitur Alex. in l. ſeruum. C. qui teſt am. fac. poſ. facit regula l. quoties de rebus dubijs. tradit in terminis Crot. ad l. 1. ff. de acquir. poſſ. num. 17. Secundo
5 autem caſu, Aut teſtator legat quicquid poſſidet ſimpliciter, Aut quicquid poſſidet certo aliquo loco, Si ſimpliciter omnia, tã mobilia, quàm
6 immobilia legato comprehẽduntur, cum mobilia quoq; propriè poſſideãtur, ex communi DD ſententia in d.
7 l. 1. ff. de acquir. poſſ. ſi quicquid poſſidet certo loco, legato non comprehenduntur, niſi mobilia, quæ eo in

23 *Sublimitatur in eo qui erraret, & crederet ſe teſtamentum, vel Codicillos facere coram duobus teſtibus, qui, nec ope exceptionis intelligeretur reuocare.*

DISTINCTIO LIIII.

IN hac iuris ambiguitate, quam tractant latiſſimè interpretes ad Rub. ff. de acquir. poſſ. & præſertim Socinus Iun. num. 150. cum pluribus ſeq. ſic diſtinguendum eſſe ar-
1 bitror, Aut verſamur in legato facto ex diſpoſitione ſtatuti remittentis ſolemnitatem iuris communis coram duobus teſtibus, Aut in legato facto ſecundum ius commune in teſtamento, vel codicillis, Si in facto ex diſpoſitione ſtatuti coram duobus teſti-
2 bus, Aut ſtatutum eſt generale, Aut ſpeciale, & reſpiciens fauorem, vel piæ cauſæ, vel liberorum, vel alterius generis perſonarum, Si generale, cõmunis eſt opinio, licet aliqui contradicant ad d. Rubr. de acquir. poſſeſ. vt poſſit eodem modo coram duobus teſtibus adimi, & reuocari per reg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & cap. 1. extra eod. tit. hanc tenet Bald in l. vltima. C. de fideicom. nu. 24. idem Bald. & Cardinal. in c. relatum extra de teſtam. Sentiunt DD. communiter in d. Rub. de acquir. poſſeſs. & præſertim Alex. num. 3. Iaſ. num. 16. Alcia. num. 9. vbi de communi teſtatur Hormannot. Dec. in prima interpretatione, num. 38. in ſecunda, num. 16. Io. Crot. num. 13. Ruin. num. 4 & 5. Ripa num. 8. Socin. Iun. num. 160. & Bolog. num. 52. Si verò ſtatutum ſit ſpeciale, quia remiſſerit ſolemnitatem legatorum, puta quæ fiunt ad pias cauſas tantummodò, rur-
3 ſus diſtinguendum eſt, Aut reuocatio tendit pariter ad fauorẽ piæ cauſæ, quia vel transferatur ad aliam piam cauſam, vel quia ſimplex ademptio efficiat, vt minus grauetur alia pia cauſa, ad quam pertinet hæreditas, & tunc poterit reuocari coram duobus teſtibus, iuxta communẽ ſententiam, de qua ſcilicet ſentit in ſpecie Hormannot. Dec. in d. Rub. num. 40. Aut eiuſmodi reuocatio non tendit ad fauorem, & commodum piæ cauſæ, vel perſonæ ſimilis ei, in cuius gratiam fuerint remiſſæ ſolemnitates in conficiendo, & tunc, ſuppoſita communi, quæ habet, vt legatum factum in Teſtamẽto, vel Codicillis, non poſsit de iure communi coram duobus teſtibus reuocari, non poterit, per tex. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto iuncta Auth. hoc inter liberos. C. de teſtam. Sentiunt Hormann. Dec. nume. 40. & Socin. Iun. num. 130. in d. Rubr. de acquir. poſſeſs. ex traditis per Roman. conſ. 179. qđ incipit. Ampliſsime doctor
4 Si vero verſamur in legato facto ſecundum ius commune, in teſtamento vel in codicillis, Aut dubitamus, an poſſit reuocari ipſo iure coram duobus teſtibus, Aut, an ope exceptionis, Si ipſo iure, concludo negatiuè vna cum glo. in l. fideicommiſſum. C. de fideicom. in verſ. probata, & ita intelligo regulam l. nihil tam naturaliter, ff. de reg. iur. l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, de teſtam. & princ. Inſtit. de adempt. legat. cum ſimilibus
5 Si ope exceptionis, rurſus diſtinguo, nam, Aut adimens errat in iure, quia putat coram duobus teſtibus facere teſtamentum, vel codicillos, Aut eſt illius propoſiti, vt nuda voluntate adimat, Primo caſu nulla eſt ademptio, ita vt nec ope exceptionis tol-
6 lat legatum, ſuccedit enim regula, ſi non valet quod ago, vt ago, nec valet vt valere poteſt l. 1. §. ſi quis ita,
7 ff. de verb. oblig. & reg. quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequiuit, l. vltima, §. illud, C. de codicil. gl. eſt in princ. Inſtit. de vulgar. & tex. in
8 l. ſi iure de leg. 3. Secundo autem caſu, ego arbitror, ope ſaltem exceptio-

Digitized by Google

nis, corā duobus teſtibus adimi poſ-ſe, per d.l. fideicommiſſum, C. de fidei com. iuncta gloſ. per l.3.§.vlt. de adimen. leg. per l.ſi iure de leg.3. per l.ex parte, per l. & ſi transferam de adim. leg. & per l.apud Celſum, §. itē quæritur ſi vniones, verſ. præterea, ff. de dol. mal. except. eſt etiam tex. optimus in l. militis, §. veteranus, iuncta gloſ. in verſ. ſecundum ius commune, ff. de milit. teſtam. quamq; communis opinio in d. Rub. de acquiren. poſſeſſ. eſt in contrarium, vt ibi teſtatur Soc. Iun. nu.157. nos tamen ibi eam confutauimus, per iura ſupra allegata, & quia iura, quibus nititur d. cōmunis opinio, vel procedūt in diſpoſitione poſitiua, non in priuatiua, vel in priuatiua, quæ reuocatur ipſo iure, non in ea quæ reuocatur ope exceptionis, quamobrem, neque in iudicando, & conſulendo recederem, a mea opinione, quæ fuit Ioannis gloſ. antiqui, quem refert Hoſtienſis in ſua ſumma, in tit. de teſtam. § qualiter confirmetur, ſecutus eſt Salycet. poſt gloſ. in d. l. ſi fideicōmiſſum, C. de fideicom. Cardinal. in cap. relatum. 1. de teſtam. & in d. Rubr. de acquir. poſſeſſ. Croc. nu. 14. & Soc. Iun. num. 157. & tenet ēt gloſ. in d. §. veteranus in ver. Secundum ius commune, quę autem ſit differentia, vt tollatur ipſo iure, vel ope exceptionis alibi docuimus.

9 Cōcluſio igitur in hac materia eſt negatiua, nimirum. Legatū nō poteſt coram duobus teſtibus reuocari glo. eſt in l. fideicommiſſum, C. de fideicō. facit regula l. nihil tā naturale, ff. de reg. iur.

10 Limitatur hæc concluſio, vt procedat in legato facto, ſolemnitatibus iuris communis adhibitis, ſecus in legato facto ex diſpoſitione ſtatuti, remittētis iuris cōmunis ſolemnitates coram duobus teſtibus. DD. communiter ad rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. per d. l. nihil tā naturale, ff. de reg. iur. tradit Bald. ad l. vlt. C. de fideic. nu.24.

11 Sublimitatur hæc limitatio, vt tūc demum concluſioni deroget, quando generaliter ſtatutum ſolemnitatē iuris ciuilis remittit, ſecus ſi ſpecialiter, in gratiam liberorum, vel piæ cauſæ, nam tunc reuocari non poteſt coram duobus teſtibus, niſi reuocatio tendat ad fauorem & commodū eorum, in quorum gratiam ſunt remiſſæ ſolemnitates, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, iuncta auth. hoc inter liberos, C. de teſtam. Sentiunt DD. ad d. rubr. de acquir. poſſeſſ. & in primis Horman. Dec. nu.40. & Soc. Iun. nu.130.

12 Limitatur Secūdo, vt procedat in legato facto ſecūdum ius commune, vt ſcilicet non reuocetur ipſo iure, ſecus autē ope exceptionis, vt ego contra alios ſentio, per tex. in l. militis codicillis in §. veteranus iuncta glo. in verbo, ſecundum ius commune. ff. de milita. teſtam. & per alia iura ſupra adducta in corpore diſtinctionis.

13 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, quando is, qui reuocat intelligit quod agit, ſecus ſi errat, credens codicillos, vel teſtamentum coram duobus teſtibus facere poſſe. Hic enim, nec ope exceptionis legatū reuocat coram duobus tantummodo teſtibus per reg. l. vlt. in, §. illud, C. de codicillis, cum alijs ſupra adductis.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo onus inutiliter iniunctum legatario legatum reddat inutile.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, vbi iniuncti oneris implementum eſt tantum legatario, ob illius delictum, impoſſibile, inutile efficitur.*

2 Secus

2 *Secus, ſi ob vitium legatarij ſine delicto contractum.*

3 *Legatum, vbi natura, vel iure ab initio oneris implementum eſt impoſſibile, non autem turpe, ita vt poſſit commutari, non efficitur inutile, & modus pro modo impletur.*

4 *Legatum, vbi natura, vel iure oneris implementum eſt ab initio impoſſibile, valet, & onus pro non ſcripto habetur.*

5 *Conditio impoſſibilis, in teſtamentis, pro non ſcripta habetur.*

6 *Legatum, ſi onus implendum ex re legata ſit ab initio nullum, quia lex non aſſiſtat, mixta conſideratione legantis, & legatarij, efficitur nullum, quo ad retentionem.*

7 *Legatum, ſi onus iniunctum alio modo, quam ex re legata implendum ab initio ſit impoſſibile, vitiatur, vbi teſtator voluit aliquod commodum ad legatarium pertinere, & onus per modum conditionis iniunxit, niſi ſaltem de facto onus impleatur.*

8 *Secus ſi per modum modi, onus iniungatur.*

9 *L. ſi quis eum ff. de cond. & demonſtra. cum l. ſi quis quos, quo pacto concilietur.*

10 *Legatum, vbi onus iniunctum legatario ſit inutile ex poſt facto, facto teſtatoris, vitiatur.*

11 *Legatum, ſi ex poſt facto onus iniunctum eſt legatario, tamquàm miniſtro, vel conſiſtit in vſumfructu, vitiatur.*

12 *Secus ſi conſiſtit onus in alia re, & legatarius, tamquàm legatarius eſt grauatus.*

13 *Legatum, ſi onus iniunctum legatario eſt inutile, vitiatur.*

14 *Limitatur primum, vbi implementum oneris impoſſibile eſt tantum legatario, citra illius delictum, & improbam qualitatem.*

15 *Limitatur etiam, vbi implementum oneris ſit impoſſibile cuicunq; ab initio natura, vel iure, tunc enim legatum non vitiatur, ſed onus pro non ſcripto habetur, vel ſi pietatem reſpiciat, illius ſit commutatio.*

16 *Limitatur Tertio, vt nec 2 ſq. quaque vera ſit concluſio, quando onus implendum ex re legata eſt inutile, mixta conſideratione legantis, & legatarij, quia lex illi non aſſiſtat, nam tunc legatum eſt nullum quo ad petitionem, non quo ad retentionem.*

17 *Limitatur Quarto, vt nec procedat in onere implendo alio modo, quàm ex re legata, lege non aſſiſtente, vbi teſtator voluit aliquod commodum ad legatarium pertinere.*

18 *Sublimitatur ſi onus ſit iniunctum per modum conditionis, quo caſu, niſi ſaltem de facto impleatur, legatum efficitur inutile.*

19 *Limitatur Quinto, & quando efficitur onus inutile ex poſt facto, alio modo, quàm facto teſtatoris.*

20 *Sublimitatur, vbi legatarius, non tam quàm miniſter grauatur, vel onus conſiſtit in reſtitutione vſusfructus.*

DISTINCTIO. LV.

CONtingit interdum, vt onus iniunctum legatario inutiliter, inutile quoq; legatũ reddat, verum quia hoc non eſt perpetuum, propterea, vt vno quodammodo oculorum intuitu veritas huius problematis inſpiciatur, ad mentem Cyni ad l. vnicam in, §. pro ſecundo nu. 3. & Bart. ad l. codicillis in princ. ff. de leg. 2. nu. 1. verſ. Tu dic latius, 1 ſic diſtinguo, Aut onus impoſitum, eſt impoſſibile legatario tantũ, Aut eſt impoſſibile ſimpliciter cuicúmque, Si legatario. Aut propter ipſius delictum, vel improbam qualitatem, Aut ob vitium naturale abſquè delicto, Si ob delictum, vel improbam qualitatem ipſius legatarij, legatum vitiatur, vt ſtatuit Cyn. in d. §. pro ſecundo nu. 3. per l. mortuo boue in, §. Labeo, vbi Bart. ff. de leg. 2. Si ob vitiũ

ſine

Legatum, ſi onus iniunctum legatario eſt inutile, vitiatur l. Meuius. ff. de cond. & demoſtr. l. ſi quis quos. ff. de legat. 2.

14 Limitatur Primo, vt nõ procedat, vbi oneris implementum ſit impoſsibile legatario tantummodo, citra illius delictum, & citra improbam aliquam illius qualitatem, l. fideicõmiſſa, § ſi ſeruo. ff. de leg. 3.

15 Limitatur Secundo, vt nec locum ſibi vẽdicet, vbi ab initio oneris implementum ſit cuicunq; impoſsibile natura, vel iure; tunc enim legatum non vitiatur, ſed onus ipſum pro non ſcripto habetur, l. obtinuit, ff. de condit. & demonſtr. vel ſi onus pietatẽ, vel finem alium laudabilem concernat, oneris ſit commutatio, iuxta l. legati, ff. de vſufruct. legat. tradit Bart. ad l. codicillis, ff. de leg. 2.

16 Limitatur Tertio, vt nec abſolutè procedat, vbi onus implendum ex re legata ſit inutile, mixta legantis, & legatarij conſideratione, quia lex illi non aſsiſtat, tunc enim legatum eſt nullum, quo ad petitionem, non quo ad retentionem l. codicillis in princ. ff. de leg. 2.

17 Limitatur Quarto, vt nec procedat in onere implendo alio modo, quam ex re legata, lege ipſa non aſsiſtente, vbi teſtator legatario onus iniunxit, tamquàm legatario, nõ tamquam miniſtro, ita vt voluerit aliquod commodum ad eum pertinere, l. ſi quis eũ ff. de conditionibus & demonſtr. vbi Soccinus, ſentit Bart. ad d. l. codicillis in prin. ff. de leg. 2.

18 Sublimitatur hęc limitatio, vt concluſioni deroget, ſi onus ſit iniunctũ in vim modi, ſecus autem, ſi in vim conditionis, quo caſu, niſi ſaltem de facto onus impleatur, legatum efficitur inutile, l. Meuius, ff. de cond. & demonſtra. tradit Cyn. ad l. vnicam in §. pro ſecundo, num. 3. in fin. C. de cad. tollend.

19 Limitatur Quinto, etiam quando onus efficitur inutile ex poſt pacto, alio modo, quàm facto teſtatoris, l. pater, §. Tuſculanus, ff. de leg. 3.

20 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni non deroget, vbicunq; legatarius, non tamquam legatarius, ſed tamquã miniſter grauatur, vel onus, legatario iniunctum, conſiſtit in reſtitutione vſusfructus. l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2.

ARGVMENTVM.

An, & quando & quomodo Teſtamentum iure factum infirmetur, & reuocetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum à lege infirmatur Teſtatoris capitis diminutione, & agnatione ſui hæredis.*

2 *Teſtamentum militare, lapſo anno poſt miſſionem, infirmatur.*

3 *Teſtamentum, hærede non adeunte, infirmatur.*

4 *Teſtamentum infirmatur poſteriore, perfecto teſtamento.*

5 *Voluntas, tam verbis, quàm facto declaratur.*

6 *Teſtamentum, inciſione, & cancellatione tabularum, animo infirmandi, infirmatur*

7 *Secùs ſi caſu incidatur.*

8 *Teſtamentum, à milite factum, poſteriore cœpto ab eo, qui volebat per illud primum renocare, infirmatur.*

9 *Teſtamentum à pagano factum, in quo extranei ſunt instituti, reuocatur per ſecundum, imperfectum teſtamentum, per quod ſuccedunt omnes venientes ab inteſtato.*

10 *Secus ſi in primo non omnino extranei erant ſcripti, vel in poſteriore non perfecto, non venientes ab inteſtato ſcribere inſtituerat.*

11 *Teſtamentum militare reuocatur contrario*

traria militis voluntate, coram duobus teſtibus in caſtris à milite declarata.

12 *Teſtamentum, iure communi conditum, contraria militis voluntate extra caſtra non reuocatur.*

13 *Teſtamentum, à pagano iure communi conditum, contraria voluntate, coram duobus Teſtibus declarata, nec reuocatur fauore filiorum.*

14 *Reuocatur tamen coram tribus, ſi cum declaratione voluntatis concurrat lapſus Decennij. ſecus ſi lapſus decennij non concurrat.*

15 *Teſtamentum ritè factum, reuocatur, ſi teſtator coram ſeptem teſtibus dicat ſe erraſſe circa perſonam hæredis, vel hæredem eſſe indignum, & probet.*

16 *Teſtamentum reuocatur, ſi teſtator coram ſeptem teſtibus dicat nolle teſtamentum valere, addita ratione, quia vult decedere inteſtatus, & coram quinq; iuratis, ſi in eo non ſint ſcripti venientes ab inteſtato.*

17 *Teſtamentum non reuocatur, quia teſtator ſimpliciter, dicat coram ſeptem teſtibus, nolle teſtamentum valere.*

18 *Reuocatur tamen ſecundum auctorem ope exceptionis.*

19 *Teſtamentum infirmatum, ipſo iure non reconualeſcit, illud autem, quod infirmatur ope exceptionis, ante oppoſitam exceptionem poteſt reuiuiſcere.*

DISTINCTIO LVI.

1 TEſtamentum legitimè factũ,
infirmatur, Aut à lege, Aut
ab homine, A lege quodlibet
teſtamentũ, agnatione ſui hæredis,
& capitis diminutione teſtatoris infirmatur,
Inſtit. in princ. §. alio quo-
2 que, quibus mod. teſt. infirm. Teſtamentum
autem militare, lapſo anno, poſt miſſionem. §. Sed hactenus
verſ. & quod in caſtris, Inſtit. quibus
3 mod. teſt. infirm. Ab homine autem,
Aut à teſtatore, Aut ab hærede, &
Ab hærede, ſi nolit, vel non poſſit
hæreditatẽ adire. §. poſteriore in fin.
Inſtit. quibus mod. teſtam. infirmen.
4 A, teſtatore verò, Aut poſteriore
perfecto teſtamento, d. §. poſteriore,
Aut declaratione contrariæ volun-
5 tatis, quæ Aut declaratur facto, Aut
6 verbis, facto, vt puta inciſione, vel
cancellatione tabularum, quæ, ſi fiat
animo reuocandi, infirmat illud l. 1.
§. ſi heres inſtitutus. ff. ſi tab teſt. nullæ
extabunt, glo. & DD. in §. ex eo,
Inſtit. quibus modis teſtam. infirm. in
l. noſtram. C. de teſtam. in l. cancellauerat,
& in l. proxima, ff. de his, quæ
7 in teſtamento delentur. Si verò fiat
caſu, nequaquam, l. 2. ff. de his quæ in
teſtamento delentur. Docet Socin.
Iun. ad Rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. nu.
8 153. Si verò verbis declaretur contraria
voluntas, Aut fit ab habente
animum teſtandi, qui tamen perficere
teſtamentum ſecundum non potuit,
Aut conſilio tantummodo reuocandi
primi teſtamenti, Si animo teſtandi,
Aut à milite, Aut à pagano,
Si à milite, habet effectũ reuocatio,
per tex. in l. eius milites in. §. ſi militia
miſſus. ff. de milit. teſtam. & per l.
2. ff. de iniuſ. rupt. & irrit. fact. teſta.
nec non per l. in fraudem. §. 1. ff. de
9 milit. teſta. Si à pagano, Aut in prio-
10 re teſtamento ſcripti erant hæredes,
qui ab inteſtato ad teſtatoris hæreditatem,
vel ſucceſſionem venire non
poterant, & in ſecunda voluntate illi
qui ab inteſtato ad illius hæreditatẽ
vocabantur, & tunc ſi omnes venientes
ab inteſtato poſſunt ſuccedere,
primum teſtamentum infirmatur, iuxta
communem ſententiam, quam defendit
Fachin. lib. 4. contr. iur. cap. 6.
in prima controuerſia, eſt tex. in l. 2.
ff. de iniuſ. rupt. & irrit. fact. teſt. &
ad probãdam eiuſmodi poſteriorem
voluntatem, non habentem vim teſtamenti,
quinq; teſtium iuratorum
depoſitiones ſufficiunt, l. hac conſultiſſima.

Digitized by Google

tiſſima,§. ſi quis autem.C. de teſtam.
immo etiam duo, ſi liberos ſcribere
cœpit d.l.hac conſultiſſima,§. ex im-
perfecto,Bart. ad l. militis codicillis
in,§.Veteranus,ff. de milit. teſtã.Ce-
phal.conſ.519.num.18 Aut in priore
10 teſtamento, non omnino extranei e-
rant ſcripti, vel in poſteriore teſta-
mento non perfecto nõ venientes ab
inteſtato ſcribere inſtituerat,& tunc
primum teſtamentum nõ reuocatur,
& ſic intelligo,§.ex eo Inſtit. quibus
11 modis teſtam. infirm, Vbi verò con-
traria voluntas verbis declaratur ab
eo, qui animum teſtandi non habet,
Aut non adhibet ſeptem teſtes, Aut
coram ſeptem teſtibus nolle valere
teſtamentum proteſtatur. Primo ca-
ſu, Aut reuocans eſt miles, Aut pa-
ganus, Si miles, Aut eo modo coram
duobus teſtibus in caſtris reuocat te
ſtamentum iure militari conditum,
& habet locum reuocatio l. eius mili
tes.§. ſi militia miſſus,ff.de milit.te-
12 ſtam.Aut reuocat teſtamentum con-
ditum ſecundum ius commune extra
caſtra, & reuocatio nulla eſt l. miles
codicillis,§. veteranus,ff. eod. Si pa-
13 ganus, Aut adhibet duos tantum,
Aut ſaltem tres,Si duos,Aut reuoca-
tio fit fauore filiorum, quia in primo
teſtamento,cum filijs eſſent inſtituti
extranei, & dubia eſt controuerſia;
Caſtrenſis enim,in auth.hoc inter li-
beros,C. de teſtam.nu.3. Rom.conſ.
385.nu.3. Cephal. conſ.519. num.19.
D.M.Oddus ad Rubr.ff.de acquiren-
da poſſeſſ.lect.15.in 2.ampliat.putant
valere reuocationẽ, mihi tamen ma-
gis placet contraria ſententia Oldr.
Iaſ.& aliorum, quam defendit An-
dreas Fachine. lib.4.contr.iur.cap.7.
in Secunda controu. verſic. altera eſt
controuerſia, Aut non reſpicit fauo-
rem filiorum, & primum teſtamentũ
14 non reuocatur l. Sancimus. C. de te-
ſtam. Si verò tres, Aut cum declara-
tione voluntatis concurrit lapſus de
cennij, & primum teſtamentum re-
uocatur, d.l.Sancimus,C. de teſt.vbi
Bart. & DD. communiter idem Bar.
ad l. ſi iure de leg. 3. tradit Soc. Iun.
ad rubr.ff. de acquir. poſſeſſ. nu. 134.
& de communi teſtatur Clarus in §.
teſtamentum q.91. verſ. Sed quæro,
& quamquam dubium eſt, an decen-
nium debeat currere a die conditi te
ſtamenti, vel a die factæ reuocatio-
nis, communis tamen ſententia eſt,
currere debere à die conditi teſta-
menti, per d. l. Sancimus vbi Iaſ. nu.
15.tradit Ruin.conſ. 6.nu.2.lib.2. &
Clar.in d.q.91.in fi. Aut lapſus decen
nij non concurrit,& primum non re-
uocatur d.§. ex eo, & d.l. Sancimus,
& l.militis codicillis,§. veteranus,ff.
15 de milit. teſtam. Secundo autem ca-
ſu, vbi ſeptem teſtes ſint adhibiti,
Aut teſtator dicit ſe erraſſe circa hæ
redis perſonam, vel hæredem eſſe ſua
hæreditate indignum, Aut proteſta-
tur nolle valere primum teſtamentũ,
Si dicat ſe erraſſe, vel hæredem indi-
gnum, & probet errorem ſeptem te-
ſtibus, teſtamentum non habet effe-
ctũ,ex his quæ tradit Soc.Iun.ad Ru-
br.ff.de acquir.poſſeſſ.nu.127.& 128.
& nu.133. per l. hæreditas. C. de his
quibus vt indign. Si dicat nolle vale-
16 re teſtamentum, Aut addit rationẽ,
quia vult decedere inteſtatus, & va-
let reuocatio per l. 1. §. ſi hæres, ff. ſi
tab.teſt. nul.ext. Bart. & DD. Com-
muniter ad l. ſi iure de leg. 3. Alex.
Corneus,& alij ad d.l.Sãcimus,quin
immo communis eſt Doctorum opi-
nio, de qua per Fachineum lib.4.con
tr.iur.cap.8. vt ſit ſatis ad reuocandũ
primum teſtamentum, in quo nõ ſint
ſcripti veniẽtes ab inteſtato,quinque
teſtes iuratos eſſe adhibitos, iuxta l.
hac conſultiſſima in §. ſi quis autem,
17 C.de teſtam. Aut ſimpliciter dixit te
ſtator,nolle valere primum teſtamen
tum,& tunc communis opinio eſt,vt
non reuocetur Bart. ad d.l.ſi iure de-
leg. 3.nu.3.quem ſequuntur DD.ma-
gis communiter vt teſtatur Alex. ad

d.l.ſancimus num. 8. & conſ. 104. & 159.lib.7. Natta in Auth.hoc inter liberos num. 10.C. de teſtam. Soc.Iun. conſ.72.lib.3 Clar.in d.§.teſtamentũ q.91.verſ. Sed quæro. Ego autem conſueui in d. Rubr.ff.de acquir. poſſeſſ. Rurſus diſtinguere, nam, Aut dubitamus an eo modo reuocetur ipſo iure, & non reuocatur, & ſic locum habet,§. ex eo Inſtit. quibus mod. teſt. infirmentur,& alia iura adducta pro
28 communi, Aut an ſaltem reuocetur ope exceptionis,& concludo affirmatiuè per. d. l.1. in §. ſi hæres,ff. ſi tab. teſt.nullæ extabũt, & per l. apud Celſum in, §. item quæritur verſ. præterea,ff. de dol mali except. & ſic intelligo Bald. ad l. ſancimus nu. 2. C. de teſta. Imolam ad l. ſi ita ſcriptum in §. regulam,ff. de lib. & poſth. Corn. conſ.39.nu.5.lib.2. Rub. Alex. conſ. 41.Soc.Iun.conſ.145.nu.8. Aret.in d. §.ex eo nu.4. & Barth.Soc.ad d.Rub. ff. de acquir.poſſeſſ. nu.14. & Guid. Pap.deciſ.200.nu.3. vbi Honor. Perus. Petrum de Beſſut. & alios allegat, & teſtatur ita fuiſſe iudicatum, & ſententiam confirmatam fuiſſe, quarè nec in iudicando, nec in conſulendo recederem ab hac opinione, quæ eſt æquiſſima, & pluribus eam comprobauimus,latè diſputando ad ſæpius repetitam Rubr. ff. de acquir.
29 poſſeſſ. Illud hic admonendi ſumus, plurimum referre, an primum teſtamentum ſit ſublatum ipſo iure, vel ope exceptionis, nam ſi ipſo iure,non reuiuiſcit l. milites codicillis, §. vlt. ff. de milit.teſtam.§ poſteriore,inſtit. quib. mod teſtam.infirmentur,in cuius intellectu, ſine dubio, decipitur Cephal.d.conſ.519.num.38.cum ſeq. Si verò ope exceptionis,ante illã oppoſitam ſemper poſſunt illius vires redintegrari. arg. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret,ff. de pact.& in his terminis poteſt locum ſibi vendicare d. conſ. Cephali.Non colligo concluſiones, ne verboſa. vtaſ earundem rerum repetitione, & quia cõcluſiones ex hac diſtinctione colligendæ, eodem ferè modo, quo colligerentur,in ſummario indicantur.

ARGVMENTVM.

An, & quando teſtamentum inualidum reconualeſcat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum inualidum, quia careat hæredis inſtitutione, cum vel nullus fuerit ſcriptus, vel prædeceſſerit, numquam reconualeſcit.*

2 *Teſtamentum inualidum, quia in eo ſint inſtituti ſerui proprij in fraudem creditorum, reconualeſcit, ſi poſtea teſtator efficiatur ſoluendo.*

3 *Teſtamentum, in quo ille inſtitutus eſt, qui paſſiuam teſtamenti factionem non habet, non reconualeſcit, ſi habilitas ſuperueniat.*

4 *Hæredis habilitas inſpicitur tribus temporibus.*

5 *Teſtamentum, in quo inſtitutus eſt ſub conditione, teſtamenti factionem non habens, ea ſuperueniente, reconualeſcit.*

6 *Teſtamentum inualidum defectu ſolemnitatis iuris communis, regulariter non reconualeſcit.*

7 *Reconualeſcit tamen ſpeciali fauore alimentorum, concurrente triennali illorum ſolutione.*

8 *Teſtamentum nullum præteritione ſui hæredis poteſt confirmari.*

9 *Teſtamentum vſurarij inualidum, ob non præſtitam cautionem ſecundum formam cap. quamquam de vſur. lib. 6. confirmatur, ſi poſtea præſtetur.*

10 *Etiam ſi præſtetur poſt mortem à procuratore, ad hoc conſtituto.*

11 *Teſtamenti materia eſt voluntas validi teſtatoris.*

12 *Teſtamenti cauſa efficiens eſt voluntas*

volun

Digitized by Google

volens teſtatoris.

13 *Teſtamentum inualidum ab initio, defectu voluntatis, nunquam reconualeſcit.*

14 *Teſtamentum renocatum ipſo iure à teſtatore, proteſtante coram ſeptem teſtibus, nolle teſtamẽtum valere, quia velit decedere inteſtatus, numquam reconualeſcit.*

15 *Extinctum ſemel non reuiuiſcit.*

16 *De priuatione ad habitum non datur regreſſus.*

17 *Teſtamentum renocatum ope exceptionis à teſtatore, ſimpliciter proteſtante, nolle teſtamentum valere, poteſt redintegrari.*

18 *Teſtamentum inualidum defectu teſtatoris, qui ſit inteſtabilis, nunquam reconualeſcit, etiam ſi teſtabilis efficiatur.*

19 *Teſtamentum inualidum regulariter non reconualeſcit.*

20 *Limitatur primo in teſtamento inualido ob ſcriptos heredes in fraudem creditorum, quod reconualeſcit vbi teſtator efficiatur ſoluendo.*

21 *Limitatur ſecundo in teſtamento inualido, quia ſcriptus hæres non habebat teſtamenti factionem paſſiuam.*

22 *Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi ſit inſtitutus ſub conditione, ſecus ſi purè.*

23 *Limitatur tertio, vt nec procedat in teſtamento inualido ob defectum ſolemnitatis, quod ſpeciali alimentorum fauore reconualeſcit, concurrente triennali alimentorum ſolutione.*

24 *Limitatur quarto, vt non procedat in teſtamento inualido præteritione ſui hæredis, quod & ipſum poteſt confirmari.*

25 *Limitatur quinto, in teſtamento vſurarij, inualido ob non præſtitam cautionem, quod reconualeſcit, ſi poſtea præſtetur, etiam poſt mortem teſtatoris per procuratorem ad hoc conſtitutum.*

26 *Limitatur ſexto, vt non procedat in teſtamento inualido, quia teſtator dixerit coram ſeptem teſtibus, nolo teſtamentum valere.*

27 *Sublimitatur, quando addidit rationem, quia vult decedere inteſtatus.*

DISTINCTIO LVII.

HVius problematis ſolutionem, partim colligo ex Bart. ad l. filio præterito. ff. de iniuſt. nupt. & irrit. fact. teſtam. à num. 25. vſq; ad finem partim ex eodem Bart. ad. l. 1. in. § ſed ſi filius familias, num. 1. cum ſeq. ff. de leg. 3. cuius doctrinæ nonnulla etiã noſtro marte addidimus, alio modo, & plenius declarando videlicet.
1 Aut teſtamentum eſt inualidum ob defectum aliquem, qui poteſt ad cauſas illius intrinſecas referri, Aut ob defectum, qui referatur ad cauſas extrinſecas, Primo caſu, Aut defectus refertur ad formam, Aut ad materiam, Si ad formam, Aut ad formam eſſentialem, quæ conſiſtit, in hæredis inſtitutione. § ante hæredis Inſtit. de leg. iuncta l. 1. ff. de hered. inſtit. Aut ad ſolennitates cõſiſtentes in numero ſeptem teſtium rogatorum, & ſimilibus, Si defectus refertur ad formam eſſentialem, Aut hæres nullus eſt ſcriptus, vel qui ſcriptus erat prædeceſſit, Aut ſcriptus hæres eſt inhabilis, Si nullus eſt ſcriptus hæres, vel prædeceſſit teſtamentum non poteſt reconualeſcere d. §. ante hæredis, iuncta regula. l. quod
2 ab initio. ff. de reg. iur. Si ſcriptus eſt inhabilis, Aut quia teſtamenti factionem à principio non habebat, Aut quia amiſit. Si ab initio non habebat, Aut carebat illa per accidens, Aut per ſe, Si per accidens, vt puta, quia inſtituerentur plures ſerui proprij ab eo, qui ſoluendo non eſſet, in fraudem creditorum, poteſt reconualeſcere, ſi poſtea teſtator incipiat eſſe ſoluẽdo l. 1. C. de neceſs. ſeru. hæred. inſtit. tradit Bart. ad d. §. ſed ſi filius famil. num. 1. & ad d. l. filio præterito

num.31.verſ.& quartus caſus. Si per
ſe, quia is ſit deportatus, vel alia ra-
tione paſſiuam teſtamenti factionem
non habeat, rurſus diſtinguendum
3 eſt, quia, Aut fuit inſtitutus purè,
Aut ſub conditione. Si purè, non re
4 conualeſcit teſtamentum, licet ſuper
ueniat habilitas, cum in hærede tria
illa tempora inſpiciantur, de quibus
in l.ſi alienum in §. ſi extraneis.ff. de
hæred.inſtit.eſt etiam tex.in §.in ex-
traneis Inſtit.de hæred.qual.& diffe
rentia tradit Bart. ad d. §. ſed ſi filius
familias.ff de leg.3.num 5. facit regu
5 la d.l. quod ab initio. Si ſub condi-
tione, reconualeſcit, vt docet Bart.
in præallegato loco, per tex.in l.tem-
6 pus. ff. de hæred. inſtit. Si verò defe-
ctus refertur ad ſolemnitates, Aut
refertur ad ſolemnitates iuris com-
munis, reſpicientes fauorem publi-
cum, Aut ad ſolemnitates ſpeciales,
reſpicientes fauorem priuatorum, Si
ad ſolemnitates regulares, & iuris cō
munis, Aut dubitamus, an reconua-
leſcat teſtamentum regulariter, &
ſecundum ius commune, Aut, an re-
conualeſcat iure ſingulari, fauore cer
tæ cauſæ. Primo caſu concludendū
eſt negatiuè, vt notatur in l. non du-
bium.C.de teſtam.tradit Bart.ad d.l.
1.in §.Sed ſi filius.ff.de leg.3.num.2.
& ad d.l filio præterito, num 35.ff.de
7 iniuſt.rup.& ir.fact.teſt Secundo au-
tem caſu ſpeciali fauore alimento-
rum, in teſtamento relictorum, cōfir-
matur, concurrente illorum ſolutio-
ne per triennium l.1. C. de fideicom.
tradit Bart ad d. §. ſed ſi filius fami-
8 lias, num. 4. Si ad ſpeciales ſolemni-
tates, reſpicientes fauorem priuato-
rum, cuiuſmodi ſunt exhæredatio,
vel inſtitutio ſui hæredis, reconuale-
ſcit, quamquàm enim teſtamentum
ſui hæredis præteritione ſit nullum,
poteſt tamen confirmari, vt docet
Bart.in d.§ ſed ſi filius familias, num.
3.per tex.in d.l. filio præterito. ff. de
iniuſt.rupt. & irr.fact. teſt. & per l. ſi
9 impubes in fin.C. de Carbon.edict.
idem contingit in teſtamento vſura-
rij, in quo odio teſtatoris, & fauore
eorum, quibus debet fieri reſtitutio,
cautio preſtanda eſt à teſtatore vſu-
rario, ſecundum formam cap.quam-
quàm de vſuris, lib.6.alioquin teſta-
mentum eſt nullum, confirmatur ta-
men, ſi poſtea cautio præſtetur, vt
per eundem Bart. in d. l. filio præte-
rito, nu.35.in fin tradit etiam Felin.
10 ad cap. ſignificauerunt de teſtibus,
num.11. verſ. Vlterius, vbi vult etiã
teſtamentum vſurarij, qui non preſti
tit cautionē, iuſtificari; ſi poſt illius
mortem præſtetur à procuratore,
quem conſtituit ad dictam cautio-
11 nem præſtandam. Si verò defectus
teſtamenti referatur ad materiam il-
lius, quam conſiſtere arbitramur in
voluntate volita ipſius teſtatoris,
12 cuius voluntas volens eſt cauſa te-
13 ſtamenti efficiens, rurſus opinamur
diſtinguendum eſſe, nam, Aut volun
tas deficit ab initio, ob præcedentem
aliquam proteſtationem, vel clauſu-
lam derogatoriam, iuxta ea quæ tra-
dunt Bart.& DD.ad l ſi quis in prin-
cipio.ff.de leg. 3. Aut ex poſt facto,
Si ab initio, non reconualeſcit, per
ſæpius repetitam regulam, d.l. quod
14 ab initio.ff de reg.iur Si ex poſt fa-
cto, vt puta, quia teſtator dixerit co-
ram ſeptem teſtibus nolle teſtamen-
tum valere, adhuc cenſeo diſtinguen
dum. Nam, Aut addidit rationem,
quia velit decedere inteſtatus, quo
caſu teſtamentum ipſo iure reuoca-
tur, remota ab eo ſolemniter teſtato
ris voluntate l.1. § ſi hæres. ff.ſi tab.
teſt.nullæ extab. Bart. & DD.com-
muniter ad l.ſi iure de leg. 3. & tunc
15 non poteſt reconualeſcere, per regu
lam; Semel extinctum amplius nō re
uiuiſcit, l. qui res. §. aream. ff. de ſo-
16 lut. De vera enim, & totali priua-
tione ad habitum non datur regreſ-
17 ſus, Aut ſimpliciter dixit nolle te-
ſtamētum à ſe conditum valere, quo
caſu

Digitized by Google

caſu ſentimus reuocatum eſſe teſtamentum, non ipſo iure. §. ex eo inſtit. quibus mod. teſt. infirm. Sed ope exceptionis per l. 1. in §. ſi hæres. ff. ſi tab. teſt. nullæ extab. & per l. apud Celſum in §. item quæritur verſ. præterea. ff. de doli mal. excep. cum alijs adductis in præcedenti diſtinctione & tunc arbitror ſemper poſſe illius vires reintegrari, ſi rurſus teſtator velit teſtamentum illud valere, argumento, l. ſi vnus. §. pactus ne peteret ff. de pact. iuxta ea quæ tradidimus in calce præcedentis diſtinctionis.

18 Quod ſi teſtamenti defectus, ob quem eſt inualidum, referatur ad cauſam extrinſecam, cuiuſmodi eſt teſtator, qui eſt cauſa efficiens teſtamenti, puta quia ab initio fuerit, vel poſtea ſit effectus inteſtabilis, teſtamentum inualidum numquam reconualeſcit, l. 1. §. ſed ſi filius. ff. de leg. 3. vbi Bart. num. 1. tradit idem Bart. ad d. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. & irr. fact. teſt num. 35. verſ. quandoque teſtamentum ab initio, vbi adducit etiam, l. ſi filius. ff. de teſtam.

19 Teſtamentum ergo inualidum, regulariter, non reconualeſcit, per regulam legis quod ab initio. ff. de reg. iur. & per regulam l. qui res §. aream ff. de ſolutioni.

20 Limitatur Primum, vt non procedat in teſtamento inualido, quia in eo ſcripti eſſent hæredes in fraudem creditorum, quod recunualeſcit, vbicunq; teſtator efficiatur ſoluendo, l. 1. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit. tradit Bart. ad l primam, in §. ſed ſi filius familias num. 1. ff. de leg. 3. & ad l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. & irri. fact. teſta. nu. 31. verſ. & 4. caſus.

21 Limitatur Secundo in teſtamento ea ratione inualido, quia ſcriptus hæres non habebat teſtamenti factionē paſſiuam, nam, ea ſuperueniente, reconualeſcit, tradit Bart. ad d. §. ſed ſi filiusfam. per tex. in l. tempus ff. de hæred. inſtit.

22 Sublimitatur hæc limitatio, vt cōcluſioni deroget, ſi non habens teſtamenti factionem paſſiuam fuerit ſub conditione inſtitutus, ſecus ſi purè, vt per Bart. in preallegato loco.

23 Limitatur Tertio, vt nec procedat in teſtamento inualido ob defectum ſolemnitatis, vbicunq; cum ſpeciali fauore alimentorum concurrit trienalis eorum ſolutio, nam tunc quoque, ſingulari iure, & fauore alimentorum, reconualeſcit, l. 1. C. de fideicom. tradit Bart. ad ſæpius repetitum §. ſed ſi filius fam. nu. 4.

24 Limitatur Quarto, vt locum nō habeat in teſtamento inualido præteritione ſui hæredis, quod & ipſum confirmari poteſt, ex his, quæ tradit Bart. ad d. §. ſed ſi filiusfam. nu. 3. per tex. in d. l. filio prętерito, & in l. Si impubes in fin. C de Carb. edict.

25 Limitatur Quinto in teſtamēto vſurarij inualido ob non præſtitā cautionem ſecundum formam cap. quamquam de vſur. lib. 6. quod reconualeſcit, ſi poſtea præſtetur à teſtatore, vel etiam poſt mortem ipſius, à procuratore, adhoc conſtituto, vt per eundem Barto. ad d. l. filio præterito num. 35. in fine, tradit etiam Felin. ad c. ſignificauerunt de teſtibus num. 11. verſ vlterius.

26 Limitatur Sexto, vt locum non habeat in teſtamento inualido, quia teſtator ſolemniter coram ſeptem teſtibus proteſtatus fuerit nolle teſtamentum valere, nam tunc non ipſo iure teſtamentum efficitur inualidum, ſed tantum ope exceptionis, vt ſupra deduximus in corpore diſtinctionis, & propterea, ante oppoſitam exceptionem, poteſt confirmari, argumento l. ſi vnus §. pactus ne peteret, ff. de pact.

27 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni, non deroget, quando is, qui dixit nolle teſtamentum valere, addidit rationem, quia vult decedere inteſtatus, nam tunc ipſo iure infirmatur,

matur,& propterea non poteſt reconualeſcere, per regulam d. l. qui res in §. arcam ff. de ſolutio.

ARGVMENTVM.

Quibus ex cauſis capiantur ea, de quibus dubitari poteſt, an in falcidiam imputentur.

SVMMARIVM.

1 *Capiuntur ea, de quibus dubitari poteſt, an in falcidiam imputentur, aut extra cauſam teſtamenti, aut ex teſtamento.*

2 *Dos, & Donatio ſunt extra cauſam teſtamenti.*

3 *Capit hæres, extra cauſam teſtamenti, quod fuiſſet conſecutus, etiam non facto teſtamento.*

4 *Capitur ex teſtamento, aut neceſſariò, aut contingenter.*

5 *Contingenter quod dicatur ex teſtamẽto capi.*

6 *Conditionis implendæ cauſa quod capitur, contingenter capitur.*

7 *Conditio poteſtatiua non habet neceſſitatem implementi.*

8 *Conditionis implendæ cauſa accipiens, neq; legatarius eſt, neq; fideicommiſſarius.*

9 *Contingenter quod non capitur ex teſtamento cauſa conditionis implendæ, aut capitur in vim modi, aut in vim pretij.*

10 *Modaliter, ſeu in vim modi quid capiatur.*

11 *Pretij loco, vel in vim pretij, quomodo capiatur.*

12 *Neceſſario ex cauſa teſtamenti, quæ capiantur.*

13 *Neceſſario quod capitur ex teſtamento, aut difformiter capitur, aut vniformiter.*

14 *Difformiter quod & quomodo capiatur.*

15 *Prælegatum, de neceſſitate, difformiter capitur.*

16 *Vniformiter qd, & quomodo capiatur.*

17 *Vniformiter quod capitur, aut capitur ex cauſa ſimplici, aut ex cauſa mixta.*

18 *Vniformiter, quod ex ſimplici cauſa capitur, aut capitur mero iure hæreditario, aut mero iure nõ hæreditario.*

19 *Hæreditario iure mero quid capi intelligatur.*

20 *Quid iure non hæreditario.*

21 *Legati iure quid.*

22 *Fideicommiſſi iure quid.*

23 *Legata, & fideicommiſſa particularia amplius non differunt.*

24 *Vniformiter mixta ex cauſa capi dicitur quaſi legatum, & relictum cauſa conditionis implendæ.*

25 *Quaſi legatum quid ſit.*

26 *Quaſi legatum quibus nominibus a legato, & a prælegato differat.*

27 *Relictum cauſa conditionis implendæ quid.*

28 *Relictum cauſa conditionis implendæ duplex*

29 *Prælegatum cauſa conditionis implendæ quid.*

30 *Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ quid.*

31 *Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ quomodo differat ab eo quod ſimpliciter datur cauſa conditionis implendæ.*

32 *Grauari non poteſt qui antea non eſt honoratus.*

33 *Conditio antecedit conditionalem diſpoſitionem.*

34 *Conditio tranſit in diſpoſitionem, vbicunquè, vel in conditione ponitur id de quo poteſt diſponere teſtator, vel cõditio ipſa ei iniungitur, qui à teſtatore grauari poteſt.*

DISTINCTIO. LVIII.

AD intelligentiam diſtinctionum, pertinentium ad materiam l. in quartam, ff. ad legem

Digitized by Google

gem falcid. quæ ſubſequuntur, faci-
endum mihi putaui, vt prænia hac
diſtinctione declararem, quæ ſint cau
ſæ, ex quibus ea capiuntur, de quibus
1 dubitari poteſt, an in falcidiam impu
tentur, Capiuntur ergo ea, de quibus
dubitari conſueuit, an in falcidiæ
quartam imputarentur, Aut extra
2 cauſam teſtamenti, Aut ex teſtamen
ti cauſa, Extra cauſam teſtamenti, pu
ta ex cauſa dotis, vel donationis, vel
alia, ſi qua eſt, cauſa lucratiua inter vi
uos, vt in l. pater filium, & in l. cum
quo in §. vlt ff. ad legem falcid. & ſic
3 omne id, quod eſſet conſecutus hęres
etiam teſtamento nō condito. Ex te-
4 ſtamenti autem cauſa quicquid capi-
5 tur, Aut contingenter capitur Aut
neceſſario, Cōtingenter dicitur capi
quod nobis, ſi conditum non fuiſſet
teſtamentum, datum non fuiſſet, an-
teaquam tamen nobis ex teſtamento
daretur, peti cum effectu virtute te-
6 ſtamenti minimè poterat, & quod
capitur hoc modo contingenter, Aut
capitur cā cōditionis implendæ, Aut
non cauſa conditionis implendæ, Pri
mo modo, vt puta Inſtituo hæredem
Titium, & Sempronium, ſi Titio co-
hęredi decem dederit, vel lego, fun-
dū Meuio, ſi decem Titio hęredi de-
derit, quo caſu petere Titius à Sem
7 pronio, vel Meuio actione aliqua, de-
cem, vel fundum non poteſt, cum in
poteſtate eius ſit, cui iniuncta eſt cō-
ditio, legatum, vel fideicommiſſum
conditionale, vel conditionalem in-
ſtitutionem negligendo, conditionē
8 ipſam non adimplere, quandoquidē
is, in quem collata eſt conditio, reſpe
ctu eius, quod præſtat ſimpliciter ex cau
ſa conditionis implendæ, nec lega-
tarius eſt, nec fideicommiſſarius l. ſi
quis ſub conditione dandorum decē,
& l. inter mortis & l. mortis cauſa ca
9 pitur. ff. de donat. cauſ. mort. Secun-
do autem modo, quando ſcilicet non
capitur cauſa conditionis implendæ,
10 Aut capitur in vim modi, Aut in
vim precij, in vim modi, ſi non figu-
ra conditionis dicat teſtator, lego
fundum Titio, vt det hæredi cētum,
& ita intelligo l. in ratione in §. tam
& ſi. ff. ad legem falcid. In vim pre-
11 cij, puta ſi dignum decem fundum
damnetur hæres quinq; vendere, vt
in l. ſi dignum, & in l. qui fundum, ff.
ad legem falcid. Neceſſariò autem quod
12 ex cauſa teſtamenti capitur, ita ſcili-
cet, vt efficaciter, per aliquod iuris re
medium, ex teſtamento ſuens peti,
vel retineri, legitimo aliquæ vltimæ
voluntatis titulo poſſit, Aut capit diſ
13 formiter, Aut vniformiter, vt docēt
DD. omnes ad l. in quartam. ff. ad le-
14 gem falcid. & in primis Ripa nu 12.
Diſformiter capitur, quod partim iu-
re hęreditario capitur, partim alio iu
re, puta legati, & Sic omne id quod
vnus ex cohæredibus iubetur, ante
hæreditatis diuiſionem, præcipere, vt
15 illud præcipuum habeat, veluti res
prælegata, quæ de neceſſitate diſfor-
miter capitur, id eſt pro parte, quæ ac
cipit à cohærede titulo legati, pro ea,
quæ accipitur iure proprio, iure hæ-
reditario, tex. eſt in l. id autem, ff. ad
legē falcid. & in l. in fideicommiſſariā
16 ff. ad S. C. Trebell. vniformiter au-
tem capitur quod, in totum capitur
iure hæreditario, vel in totum iure
17 non hæreditario, Quod, Aut capi-
tur ex ſimplici cauſa, Aut ex cauſa mi
18 xta, & quod ex ſimplici cauſa capi-
tur, Aut capitur mero iure hæredi-
tario, Aut mero iure non hæredita-
19 rio. Iure hæreditario quicquid iure
inſtitutionis capitur, iuxta tit. ff. de
acquir. hæred. id eſt quod ſupereſt de-
ducto ære alieno, & funeris impen-
ſa, & legatis, vel fideicommiſſis præ-
ſtitis, & conſequenter quod ære alie-
no non abſorbetur, & à teſtatore le-
gatis, vel fideicommiſſis non eroga-
tur, id etiam quod per legatum, vel
fideicommiſſum relictum eſt, ſi reli-
ctum caducum efficiatur apud hære-
dem iure hæreditario remanet, vt
colli-

Digitized by Google

colligitur ex l. non eſt dubium, ff. ad legem falcid. cum non interſit, an ſtatim ab initio legatũ non ſit, an quod legatum eſt remanſerit, vt dicit expreſſe tex. in l. id autem. ff. eod. Item ſi hæres iubeatur, quota aliqua retenta, hæreditatem reſtituere, quota illa ſine dubio apud eum iure hæreditario remanet. §. ſi quis vna Inſtit. de fideicomiſs. hæred. illa quoq; portio prælegati, quam hæres à cohærede non accipit, ſed à ſe ipſo, & quam prælegato etiam non facto fuiſſet accepturus, iure hæreditario dicitur accipi. l. in quartam verſ. pro ea vero
20 parte. ff. ad legem falcid. Iure non hereditario, Aut iure legati, Aut iure
21 fideicommiſſi, Iure legati dicitur acquiri ab hærede quod ei relinquitur præſtandum à cohærede, vel hodie, etiam à legatario, ſeu fideicommiſſario, ſiue ſit res non hæreditaria ſiue hæreditaria, de portione tamen cohæredis accipienda non de communi, alioquin eſſet prælegatum, & difformiter caperetur, ſiue ſpecies legata ſit, vel quãtitas, ſiue pars bonorũ, & quota hæreditatis, l. mulier. § vlt. ff. ad S.C. Trebellia. l. non amplius. §. vlt. cum l. ſequenti de leg. 1. l. cum ex filio, ff. de vulg. & pupill. §. ſed quia Inſtit. de fideicommiſſ. hęred. tradũt. DD. ad d. l. in quartam. ff. ad legem falcid. & in primis Bologn. num. 7. & nos quoq; tradidimus ad Rubr. ff. de
22 leg. 1. Iure fideicommiſſi dicitur accipere hæres quod ei cohæres, vel legatarius, vel fideicommiſſarius grauatus eſt reſtituere verbis precarijs, ſiue ſit quid vniuerſale, iuxta titulũ Inſtit. de fideicommiſſ. hæredita. & tit. ff. & C. ad S. C. Trebell. ſiue particulare, iuxta tit. Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis,
23 quo caſu hodie fideicommiſſa, à legatis non differunt l. 2. C. communia de leg. & §. ſed nõ vſq; Inſtit. de leg. & ſiue ſit hæreditarium de portione ſcilicet grauati, ſiue non hæreditarium arg. totius tit. Inſtit. de fideicõmiſſar. hæred. iuncto §. 1. Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. Ex cauſa autẽ mixta dicitur ca-
24 pi vniformiter, Aut quaſi legatum, Aut relictum cauſa conditionis implendæ, Quaſi legatum appello ſpe-
25 ciem illam, vel quantitatem, quam nominatim iubetur hæres grauatus hæreditatem reſtituere, retinere, pręcipere, vel deducere de hæreditate vniuerſa reſtituenda, ſi ſit hæres ex aſſe, vel de propria portione ſi cohæredem habeat, non de communi, alioqui eſſet prælegatum & difformiter caperetur vt in §. ſi quis vna Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. vbi expreſſe
26 dicit Imperator. quaſi ex legato retineri, differt enim, vt latius declarauimus in noſtris Selectarum iuris differentiarum libris, ab eo, quod capitur mero iure hæreditario, quia retinetur ſine onere d. § ſi quis vna, quod proprium eſt legati l. ſi hæreditatem. ff. mandat. differt etiam à legato, quia ab alio non capitur, ſed iure proprio accipitur, in quo ſapit naturam iuris hæreditarij, differt ẽt à prælegato, quia non capitur difformiter, ſed in totum iure hęreditario eſſentialiter, cum qualitate tamẽ legati, quatenus capitur ſine onere, & ideo dicitur quaſi legatum, ea propter idem dicendum eſſe arbitror de re particulari, & certa, in qua hæres aliquis, cohærede illi dato, inſtitutus eſt, per tex.
27 in l. quoties. C. de hæred. Inſtit. Relictum autem, cauſa conditionis implendæ illud appello, in quo poſitum in conditione alicui iniuncta, eſt etiã poſitum in diſpoſitione, quod fieri poſſe latè demonſtrauimus ad l. vnic. C. quando non petent part. num. 132.
28 hoc autem genus relicti, quod vix, immo ne vix quidem eſt ab Interpretibus cognitum, duplex eſt, Aut ſcilicet prælegatum cauſa conditionis implendæ, Aut fideicommiſſum cau-
29 ſa conditionis implendæ. Pręlegatum

tum

Digitized by Google

tum cauſa conditionis implendæ ha-
bet locum, quando vel vni ex co-
hæredibus, vel ſtatu libero iniun-
gitur conditio dandi ſpeciem, vel
quantitatem hæreditariam, de qua
teſtator diſponere poteſt, alteri ex co
hæredibus, ita vt d. cohæres de com-
muni accipiat, & ſic difformiter, iux-
ta tex. in l. id autem, ff. ad legem fal-
cid. tūc enim quod eo modo capitur,
non contingenter, & ex ſola mortis
cauſa capitur, ſed ex diſpoſitione, in
quam tranſit conditio, vbicunq; in ea
res poſita eſt, de qua teſtator poteſt
diſponere, Fideicōmiſſum autē cau-
30 ſa conditionis implendæ illud eſt, qđ
accipitur ex conditione illi iniuncta
qui à teſtatore ob pręcedētem hono-
rem grauari poterat, ita vt cogatur,
velit, nolit, iniunctam conditionem
implere, quo nomine differt ab eo,
31 quod ſimpliciter datur cauſa condi-
tionis implendæ, Nam ſi quis legat.
exempli gratia, fundum Titio, ſi idē
Titius decem hæredi dederit, dicta
decem ab hęrede accipiunt ſimplici-
ter cauſa conditionis implendæ, &
ex ſola mortis cauſa capione, iuxta
tex. in l. ſi quis ſub conditione dando
rum decem ff. ſi quis omiſſ. cauſa te-
ſtamenti, & in l. inter mortis, necnon
in l. mortis cauſa capitur, ff. de donat.
cauſa mort. non autem iure alicuius
32 fideicommiſſi. Ratio autem eſt, quia
grauari fideicommiſſo non poteſt, niſi
ille, qui fuerit antea ab eodem teſta-
tore honoratus, §. 1. Inſtit. de ſingul.
reb. per fideicom. relict. nec ſatis eſt
legatum ſub conditione dandorum
33 decem, quia dictus honor legati,
ſubſequitur dationem decem aureo-
rum, qui fuerunt poſiti in cōditione,
quæ præcedit exiſtentiam legati, l.
cedere diem. ff. de verb. ſignif. & id-
circo, in exemplo propoſito, quamq̄
Titius, dādo decem, poſſit hæredem
compellere ad præſtandum legatum,
hæres tamen econuerſo, licet legatū
præſtare velit, compellere, tamen Ti-
tium non poteſt ad dandum decem,
cum liberum ei ſit negligere legatū,
& poteſtatiuam cōditionem non im-
plere. Vbi autem Titius, & Sempro-
nius eſſent inſtituti hæredes, & Titi-
us eſſet grauatus, vel hæreditatem
reſtituere, vel præſtare legatum Sem
pronio, ſi centū daret, profecto eiuſ-
modi centum eſſent à Sempronio prę
ſtanda, non ſimpliciter cauſa condi-
tionis implendæ, & ex ſola mortis
cauſa capione, iuxta ſupra allegata
iura, ſed ex cauſa fideicommiſſi, quo
bene potuit Sempronius grauari, cū
fuerit antea honoratus, per hæredis
inſtitutionem. & propterea, non mo-
do Sempronius centum dando, & cō-
ditionem implendo poteſt compel-
lere Titium ad legatum pręſtandum,
vel hæreditatem reſtituendam, Sed
Titius quoq; offerens ſe paratum ad
reſtituendam hæreditatem, vel lega-
tum præſtandum, poteſt compellere
Sempronium ad dandum centū, quia
reciprocum inter eos eſt inductum
fideicommiſſum, tex. eſt adnotatio-
ne digniſſimus in l. fideicommiſſa, §.
cum eſſet ff. de leg. 3. vbi Bart. ſentit
gloſ. in l. in ratione, 2. §. tam & ſi, in
fin. ff. ad legem falcid. tradit etiā Bar.
ad l. à teſtatore, ff. de conditio, & de-
monſtr. nu. 3. vbi ad probandum, con-
ditionem iniunctā ei, qui grauari po-
teſt ob præexiſtentem honorem, tran
ſire in diſpoſitionem, habentem ne-
ceſſitatem præſtationis, adducit, l. ſi
ſeruus legatus, §. qui Margaritam, ff.
de leg. 1. & eſt tex. optimus in l. id
autem, in ſecundo reſponſo, ff. ad le-
gem falcid. vbi datur (vt ſupra etiam
tradidimus) prælegatum cauſā condi
34 tionis implendę, & profecto nullum
eſt incōueniens, vt quod poſitum eſt
in conditione intelligatur etiam po
ſitum in diſpoſitione, ſi, vel is, cui in-
iuncta eſt conditio grauari poteſt, vt
in d. l. fideicommiſſa, §. cum eſſet, vel
res ipſa, in cōditione poſita, eſt eiuſ-

Digitized by Google

modi, vt de ea poſſit diſponere teſtator, qui conditionem iniungit, vt in d. l. id autē. Ex hac diſtinctione, quę ad ſimplicem terminorum declarationem pertinet, nihil neceſſe eſt concluſiones colligere.

ARGVMENTVM.

Quibus remedijs hæredes ſupra dodrantem grauati, falcidiam conſequantur.

SVMMARIVM.

1 *Falcidiam conſequitur hæres retentione, & exceptionis ope, ſi res ſit apud eum, petitione ſi ſit apud honoratum.*

2 *Falcidiam conſequitur hæres petitione, aut ope replicationis, aut ope actionis.*

3 *Falcidiam quando conſequatur quis petendo ope replicationis.*

4 *Falcidiam, petendo, quando conſequatur quis ope actiones realis.*

5 *Falcidiam, vbi facto hæredis res legata eſt inſolidum apud legatarium, ſi interpoſita eſt cautio, ſi cui plus quā per legē falcid. petitur actione ex ſtipulatu.*

6 *Cautione autem non interpoſita, ſi legatum ſolutum eſt per errorem, petitur conditione indebiti.*

7 Si *dolo aduerſarij, agitur actione de dolo.*

DISTINCTIO LIX.

1 QVartam hæreditatis, quam per legem falcidiam hæres habere debet, cōſequitur idē hæres, Aut retentione, Aut petitione, Retentione, & exceptionis ope, ſi res ſit apud eum, Petitione autem, ſi res Sit apud honoratum, & tunc
2 conſequitur eam petendo, Aut ope
3 replicationis, Aut ope actionis, Replicationis ope, ſi liberatio ſit legata, tunc enim petit hæres debitum actione, quæ defuncto competebat, excipit legatarius, dolo malo facis petere, quia teſtator liberationē mihi legauit, ſed replicat hæres locum eſſe falcidiæ, quia ſupra dodrantem onerata ſit hæreditas, & ſic replicationis ope, quod ſibi iure falcidiæ debetur nanciſcitur hæres l. quod de
4 bonis in princ. ff. ad l. falcid. Ope autem actionis, Aut realis, Aut perſonalis, Reali actione rei vendicationis, ſi res ſit apud legatarium ſine fa-
5 cto hęredis, l. linea, ff. ad l. falcid Perſonalis vero, ſi facto hæredis, quod legatum eſt in ſolidum ſit apud legatarium, tunc enim, Aut quia incertū erat vtrum legi falcidiæ locus eſſet, fuit interpoſita cautio, ſi cui plus quā per legē falcidiā, & cōpetit actio ex ſtipulatu de eo quod amplius quā per legem falcidiam l. 1. ff. ſi cui plus quā
6 per legem falcidi. Aut nulla fuit interpoſita cautio, & eo caſu, Aut hæres integrum legatum ſoluit per er-
7 rorem, Aut inductus dolo aduerſarij, Primo caſu competit conditio indebiti, l. 1. §. ſi legatarius ff. ad l falcid. Secundo actio de dolo l. ſi legatarius, ff. de dolo. Cōcluſiones ſunt perſpicuę, ideo illas non colligo.

ARGVMENTVM.

An, & quando ea, quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, in falcidiam imputentur.

SVMMARIVM.

1 *IN falcidiam non imputantur quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur, vbi de contraria teſtatoris nō conſtat voluntate.*

2 *In falcidiam imputatur etiam quod capitur*

Digitized by Google

[c]upitur extra cauſam teſtamenti, ſi ab initio ea contemplatione fuit datum.

3 *Secus ſi ab initio ob aliã cauſam fuit datum, nam tunc, nec volente, & iubente teſtatore imputatur.*

1 *In falcidiam non imputantur quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur.*

5 *Limitatur, vbi conſtet teſtatorem voluiſſe imputari.*

6 *Sublimitatur, quando voluit imputari ex poſt facto, quod ſimpliciter ab initio, & ex alia cauſa dedit.*

DISTINCTIO LX.

QVatenus dubitatur, an ea quæ
capiuntur extra cauſam teſta
menti in falcidiam imputen-
tur, ſolitus ſum ad l. in quartam, ff. ad
l. falcid. hoc pacto diſtinguere, Aut
1 nullo modo conſtat de expreſſa, vel
tacita voluntate teſtatoris, Aut ap-
paret teſtatorẽ voluiſſe quod viuus
dedit imputari, Primo caſu non im-
putatur l. in quartam, ff. ad legem fal
cid. vbi Bar. in prima oppoſitione ſub
num. 1. ſequuntur ibi DD. communi-
ter, & præſertim Caſtr. num. 5. Ripa
num. 37. Picus nu. 40. Alcia. num. 7.
Berenga. Fern. in articulo faldid. nu.
1. Torniell. num. 19. & Socin. Iun. nu.
29. DD. etiam communiter ad l. filiũ
quem habentem, C. famil. erciſc. & in
primis Polit. nu. 52. & Coraſ. nu. 91.
Gloſ. Aret. & alij in §. 1. Inſtit. de leg.
falcid. cum cæteris congeſtis per Cæ
ſarem Fiumagiolium noſtrum ad d. l.
2 in quartam num. 73. Secundo autem
caſu rurſus diſtinguendum eſt, quia,
Aut teſtator voluit ab initio q̃d de-
dit viuens in quartam imputari, quia
dedit ea contemplatione, vt imputa-
retur, Aut ab initio dedit viuens ex
alia cauſa apta ad transferendum do-
minium, vt puta ex cauſa dotis, vel
donationis, & poſtmodum teſtando
iubet illud imputari, Si ab initio dat
ea contemplatione, vt imputetur ta-
citè, vel expreſsè, ſine dubio impu-
tatur, l. cum quo §. vltimo, ff ad l. fal-
cid. facit l. quod autem eod. titul. vbi
tradunt DD. communiter poſt Bart.
& præſertim Ripa nu. 38. Berengar.
Fern. in articulo falcidiæ num 2 &
3 Socin. Iun. nu. 31. vbi verò ex alia, ex-
tra teſtamentum, cauſa ab initio da-
tum ſit non imputatur, licet teſtator
iubeat, dum teſtatur imputari, l. pa-
ter filium, ff. ad l. falc.

4 Vnicam ergo continet concluſio-
nem hæc diſtinctio, quæ habet.
In falcidiam non imputantur quę extra
cauſam teſtamenti capiũtur l. in quar
tam, ff. ad l. falcid. vbi Bart. nu. 1. cum
cæteris adductis ſupra in corpore di-
ſtinctionis.

5 Limitatur hęc concluſio vt nõ pro
cedat, vbi de contraria conſtet teſta-
toris voluntate l. cum quo, §. vlt. &
l. quod autem, ff. ad l. falci. vbi Bart.
& DD. communiter.

6 Sublimitatur hęc limitatio, vt cõ-
cluſioni deroget, quando teſtator vi-
uens ea contemplatione dedit, vt in
quartam imputaretur, ſecus autem,
quando voluit ex poſt facto id in fal-
cidiam imputari, quod ab initio ſim-
pliciter, & ex alia cauſa dedit.

ARGVMENTVM.

An, & quando legata, fideicommiſſa, & prælegata pro ea parte, quæ à cohærede accipitur in falcidiam imputentur.

SVMMARIVM.

1 *LEgata, fideicommiſſa, & prælegata, pro ea parte, quæ à cohærede accipitur, in falcidiam imputantur, ſi ea contemplatione ſint relicta, vt integra præſtentur legata.*

2 *Secus ſi ſint ſimpliciter relicta, nam*

tunc non imputantur, ſed compenſantur.

3 *Legata, fideicommiſſa, & prælegata, pro parte, quæ accipitur à cohærede, in falcidiam non imputantur.*

4 *Limitatur primo, vt non procedat ſi data ſint ea, contemplatione, vt imputentur.*

5 *Limitatur ſecundo, vt imputentur ſaltem per viam compenſationis.*

DISTINCTIO LXI.

VBi quæritur, an, & quando, legata, fideicommiſſa, & prælegata in falcidiam imputentur,
1 ſic diſtinguendum eſt, Aut ſunt, ea contemplatione relicta, vt in quartam imputẽtur, & legata integra præſtentur, Aut ſunt ſimpliciter relicta, Primo caſu imputantur ſine dubio, textus eſt in l. quod autem verſ. Sed ſi ideo, ff. ad l. falcid. tradit Bart. ad l. in quartam, ff. ad l. falcid. num. 2. in 9. oppoſ. & ſequuntur DD. communi-
2 ter. Secundo autem caſu, Aut quærimus, an imputentur ſimpliciter reſpectu omnium, & non imputantur l. quod autem l. ſi à me tibi, & l. in quartam, ff. ad l falcid. Aut numquid imputentur per viam compenſationis, ideſt reſpectu eorum, à quibus accipiuntur, & imputantur l. Neſſennius in princ. & l. filio, ff. eod. tit. ad l. falcid. vbi DD. Tradunt DD. Communiter etiam ad l. in quartam, ff. ad l. falcid. & præſertim Bart. in tertia oppoſit. ſub nu. 1 Ripa nu. 40. & Socin. Iun nu. 34. cum ſeq.

3 Conſtituenda eſt igitur concluſio. Fideicõmiſſa legata & prælegata, pro ea parte, quæ accipitur à cohærede, nõ imputantur in falcidiam DD. communiter ad d. l. in quartam & in primis Bart. nu. 1.

4 Limitatur Primum hæc concluſio, vt locum ſibi non vendicet, quando facta ſunt eiuſmodi relicta ea cõtemplatione. vt imputentur l. quod autem, verſ. ſed ſi ideo. ff. ad leg. falc.

5 Limitatur Secundo, vt ſaltem imputentur per viam compenſationis, ideſt reſpectu eorum, à quibus accipiuntur, l. Neſſennius in princ. & l. filio, ff. ad leg. falcid.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo legata, fideicommiſſa, & prælegata, ita in falcidiam imputentur, vt imputatio omnibus legatarijs proſit.

SVMMARIVM.

1 *LEgata, & fideicommiſſa, quæ vniformiter capiuntur, reſpectu omnium, in falcidiam imputantur, ſi ea contemplatione ſunt relicta, vt legata integra præſtentur.*

2 *Secus, ſi ſimpliciter ſint relicta, tunc enim compenſatur tantummodo.*

3 *Prælegatum, quod difformiter capitur, pro ea parte, quæ capitur iure hæreditario, imputatur reſpectu omnium, pro ea autem, quæ capitur à cohærede tantum reſpectu illius, à quo accipitur.*

4 *Fideicommiſſa, legata, & prælegata imputantur in falcidiam ſolummodo reſpectu eius, à quo accipiuntur.*

5 *Limitatur primum, niſi ſint data ea cõtemplatione, vt prælegata integra præſtentur.*

6 *Limitatur ſecundo in ea parte prælegati, quæ capitur iure hæreditario.*

DISTINCTIO LXII.

QVatenus dubitant Doctores ad l. in quartam, ff ad l. falcidiam, an, & quãdo legata, fideicommiſſa, prælegata, & quæ iure hæreditario non capiuntur, ita in

quartam

quartam falcidiæ imputentur, vt non modo eis, à quibus accipiuntur, per viam compenſationis, proſint, ſed etiam cæteris omnibus legatarijs, ſic
1 diſtinguere conſueui. Aut verſamur in relicto, quod capitur vniformiter,. Aut in eo, quod difformiter capitur, Primo caſu, Aut relictum factum eſt ea contemplatione, vt legata integra præſtentur, & ſine dubio imputatur reſpectu omnium l. quod autem, in fi. ff. ad l. falcid. ſentit Bar. ad l. in quartam, ff. eod. tit. in 9. oppoſ. num. 2. &
2 ſequuntur, DD. communiter, Aut nõ fuit ea contemplatione relictum, ſed ſimpliciter, & non imputatur, niſi reſpectu eorum, à quibus accipitur, per viam compenſationis, & ope exceptionis, ita vt alijs legatarijs non proſit l. Neſſennius, in princ. ff. eod. Bart. in d. l. in quartam in 3. oppoſ. nu. 1. & ibi DD. communiter, & inprimis Rip. num. 40. & Soc. Iun num. 34. Se-
3 cundo autem caſu, Aut dubitamus de portione, quæ capitur à cohærede, & illa quoq; imputatur tantummodo reſpectu eius, à quo accipitur, l. filio. ff. ad l. falci. l. filium quem habentem, C. famil. erciſ. Bart. ad d. l. in quartam, in tertia oppoſ. num. 1. Ripa nu. 40. & Soc. Iun. nu. 34. & alij communiter, Aut de ea, quæ capitur iure hæreditario, & illa ſimpliciter, & ſic reſpectu omnium imputatur, omnibuſq; prodeſt, l. deducta, §. nummis ff. ad S. C. Trebell. l. id autem, ff. ad l. falcid. Bart. ad d. l. in quartam in 5. oppoſ. nu. 1. Ripa nu. 44. Socin. Iun. nu. 43. & ſequuntur DD. communiter.
4 Concluſio igitur eſt eiuſmodi. Fidei commiſſa, legata, & prælegata imputantur in falcidiam tantummodo reſpectu eius, à quo accipiuntur, & ſic per viam compenſationis, l. Neſſennius, in princ. ff ad l. falcid. tradunt communiter DD. ad l. in quartam, ff. eod. & præſertim Ripa num. 40.
5 Limitatur primum hæc concluſio, vt locum non habeat in huiuſmodi relictis, vbi ſint data ea contemplatione, vt in quartam imputentur l. quod autem in fin. ff. ad l. falcid.
6 Limitatur Secundo, vt non procedat in ea prælegati parte, quę capitur iure hæreditario, quæ ſimpliciter & reſpectu omnium imputatur l. deducta, §. nummiſ. ff. ad S. C. Trebell. l. id autem, ff. ad l. falcid. eſt etiam tex. in d. l. in quartam verſ. pro ea vero parte eod. tit. vbi Bart. & DD. cõmuniter.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo prælegatum, quod difformiter capitur in Trebellianicam imputetur.

SVMMARIVM.

1 *Prælegati portio, quæ capitur iure hæreditario, vbi Trebellianica deducitur cõtra voluntatem teſtatoris, in totum in quartã imputatur, & cur*
2 *L. Titia. ff. ad l. falcidiam declaratur.*
3 *Prælegati portio, quæ capitur iure hæreditario, non tota in Trebellianicam imputatur, ſed quarta illius pars, vbi nominatim quarta deducitur, vel retinetur, ex voluntate teſtatoris.*
4 *Secus, ſi deducitur, vel retinetur ex voluntate teſtatoris, ſpecies vel quantitas, nam, ſi pro quarta ſufficit, nihil ex prælegato imputatur, ſi non ſufficit tantum quod deeſt imputatur.*
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.
5 *Trebellianicam, ſi non impleant ſpecies, vel quantitas, quæ deducitur, & retinetur ex teſtatoris voluntate, & tota prælegati portio hæreditaria ſimul, deducitur etiam ſupplementum quartæ, contra teſtatoris voluntatem, ex hæreditate reſtituenda.*
6 *Prælegati portio, quæ à cohærede accipitur*

cipitur, imputatur in quartam, ſi ea contemplatione ſit data, vt imputetur in totum.

7 *Secus ſi ſimpliciter datum ſit, nam tunc non niſi per viam compenſationis imputatur.*

8 *Prælegati portio hæreditaria, vbi quarta ex teſtatoris voluntate deducitur, non tota imputatur in quartam, Sed quarta illius pars tantummodo.*

9 *Limitatur, vt procedat, vbi nominatim iubetur hæres retinere, vel deducere quartam, ſeu quadrantem, & ſic quotam, ſecus ſi ſpeciem, vel quantitatem, nam tunc imputat de portione hæreditaria, quod quartæ deeſt.*

10 *Trebellianicam vbi nõ implet ſpecies, vel quantitas retenta ex voluntate teſtatoris, & tota prælegati portio hæreditaria ſimul, deducitur adhuc ſupplementum ex hæreditate reſtituẽda.*

11 *Prælegati portio, quæ à cohærede capitur, in Trebellianicam non imputatur.*

12 *Limitatur primum, vbi datum eſt prælegatum ea contemplatione, vt in totum imputetur.*

13 *Limitatur reſpectu eius à quo accipitur, ideſt per viam compenſationis.*

DISTINCTIO LXIII.

VBicunq; de imputatione proprij, & veri prælegati, quod neceſſario difformiter accipitur, contingit dubitari, ſic diſtin-
1 guendum eſt, Aut dubitamus de portione prælegati, quæ iure proprio, & non ab alio capitur, Aut de ea quæ capitur à cohærede, Primo caſu rurſus diſtinguendum eſt, Aut quarta deducitur præter, vel contra voluntatem teſtatoris, Aut ex voluntate illius, Si præter, vel contra, tota portio hęreditaria imputatur, vt probatur in l. id autem & in l. in quartam, ff. ad l.
2 falcidiam, quia ſcilicet incipiendum eſt ab imputatione, & ſupplenda eſt quarta per deductionem ex hæreditate reſtituenda, vt minus deducatur quàm fieri poſſit, & hoc modo intel-
3 ligo, l. Titia, ff. ad l. falcid. Si verò quarta veniat deducenda ex teſtatoris voluntate, quia teſtator expreſſerit debere hæredem grauatum, retenta quarta, vel certa quantitate, reſtituere, Aut dixit, retenta quarta, vel quadrante, reſtituas, Aut retenta nominatim ſpecie aliqua, vel quãtitate. Primo caſu imputatur ſemper quarta portionis hæreditarię, vt in d. l. Titia
4 Secundo autem caſu, Aut illa quantitas ad quartam aſcendit, vel tranſcendit quartam falcidiæ, & nihil ex prælegato imputatur, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis l. quamdiu ff. de acquir. hęred. cũ ſimilibus, Aut non aſcendit ad quartam falcidiæ, & tunc, facta deductione, ſecundum teſtatoris volũtatem, ſuppletur quarta, ſi quid deeſt ex portione hęreditaria pręlegati, ita vt nõ pręciſe imputetur duodecima pars prælegati, vel quarta portionis hęreditarię illius, ſed quod deeſt ad ſupplendam quartam, quia tunc incipitur à deductione, & ſuppletur per imputationem, vt latè demonſtrauimus declarando, d. l. Titia, ff. ad l. falcid. ad d. l. in quartam, quinimmo, ſi
5 illa quantitas, quę retinetur ex teſtatoris voluntate, & portio prælegati hęreditaria non ſufficiant, deducitur ſupplementum quartę ex hęreditate reſtituenda, contra teſtatoris volun-
6 tatem. Secundo autem caſu, quando ſcilicet verſamur in ea parte, quę à cohęrede accipitur, Aut pręlegatum fuit ea contemplatione datum, vt vniuerſum imputaretur, Aut ſimpliciter, Si ea cõtemplatione, imputatur, arg. l. quod autem in fin. ff. ad legẽ fal-
7 cidiam, Si ſimpliciter datũ fuit, Aut dubitamus, nũquid portio, quę à cohęrede accipitur imputetur per viã compenſationis, reſpectu cohęredis, à quo accipitur, & imputatur, vt probatur generalitate rationis poſitę in

l. Neſ-

Digitized by Google

l. Neſennius in fin. princip. ff. ad l. falcid. & per alia adducta per Peregr. de fideicommiſſ. Art. 3. nu. 40. Aut numquid imputetur ſimpliciter reſpectu omnium, & non imputatur d. l. in quartam, ff. ad l. falcid.

8 Triplex igitur colligitur ex hac diſtinctione Concluſio, prima eſt.

Prælegati portio hæreditaria, vbi quarta ex voluntate teſtatoris deducitur, nõ vniuerſa imputatur in quartam, ſed quarta illius pars tantummodo, l. Titia, ff. ad legem falcid.

9 Limitatur Primo hęc concluſio, vt locum ſibi vendicet, quando nominatim iubetur hæres retinere, vel deducere quartam, ſeu quadrantem, & ſic quotam hæreditatis, ſecus ſi certam ſpeciem, vel corpus hæreditarium, aut certam quantitatem, retinere, vel præcipere iubetur, nam tũc imputat de portione hæreditaria qđ quartæ deeſt, vt docuimus ad d. l. in quartam, ff. ad legem falcidiam per d. l. Titia, ſecundum verum illius intellectum.

10 Secunda concluſio eſt Trebellianicam, vbi ſpecies, vel quantitas, retenta ex voluntate teſtatoris, vna cum tota prælegati portione hæreditaria non implet, deducitur adhuc ſupplementum illius, ex hæreditate reſtituenda.

11 Tertia & vltima concluſio eſt. Prælegati portio, quæ à cohęrede capitur, in Trebellianicam nõ imputatur d. l. in quartam verſ. pro ea vero parte ff. ad legem falcidiam.

12 Limitatur Primum, vbi datum eſt, prælegatum eo conſilio, vt vniuerſũ in Trebellianicam imputetur d. l. qđ autem, in fin ff. ad legem falcid.

13 Limitatur Secundo, vt locum non habeat reſpectu eius à quo accipitur, per viam enim compenſationis & ſic reſpectu eius à quo accipitur vniuerſum imputatur d. leg. Neſennius in princ. ff. ad legem falcid.

ARGVMENTVM.

An & quando datum cauſa conditionis implendæ in Trebellianicam imputetur.

SVMMARIVM.

1 *Datum cauſa conditionis implenda, ex ſententia Auctoris in Trebellianicam numquàm imputatur.*

2 *Compenſationem non admittit quod peti non poteſt.*

3 *L. in quartam in verſ. ſed & quod implenda, declaratur, & conciliatur cũ l. in ratione. 2. §. tam & ſi ff. ad legẽ falcid.*

4 *Fideicommiſſum cauſa conditionis implenda neceſſariò capitur, datum autem cauſa conditionis implenda contingenter.*

5 *Datum cauſa conditionis implenda, nõ remanſurum apud hæredem, in Trebellianicam non imputatur.*

6 *Datum cauſa conditionis implenda, remanſurum apud hæredem, in Trebellianicam imputatur alijs quàm liberis primi gradus, iure ciuili inſpecto.*

7 *Secus de iure canonico, secũdum quod detrahuntur à liberis duæ quartæ.*

8 *Datum cauſa conditionis implenda, remanſurum apud hæredem, in quartam ex* S. C *Trebelliano imputatur.*

9 *Limitatur in liberis primi gradus.*

10 *Sublimitatur de iure canonico.*

DISTINCTIO. LXIV.

IN interpretatione legis in quartam, ff. ad l. falcid. fui ſemper in ea opinione, vt datum cauſa conditionis implẽdæ in Trebellianicam non imputaretur, per Tex. in l. id autem, in l. in ratione 2. §. tametſi, & in eadem, l. in quartam in fi. ff ad l. falcid. quam ſententiam probauerunt Cuiac.

Cuiac.lib 8. obſeru.cap.4.D.M. Oddus ad d.l.in quartam, & Andr. Fachin. lib.5. controuer.iur.cap.15.qui nimmo, ſi rectè perpendatur d. l. in quartam, in fine, nec per viam cōpenſationis, reſpectu illius à quo accipitur, imputatur, cum mortis cauſa ca-
2 piatur, vt dicitur in d.l.id autem, nec cōpenſatur quod peti non poteſt iuxta terminos, l. Neſſennius in prin.ff.
3 ad l. falcid. nec refragatur huic ſententiæ, d. l. in quartam, in verſ. ſedet quod implendæ, quia non loquitur de ſimplici dato cauſa cōditionis im-
4 plendę, ſed de fideicommiſſo cauſa cō ditionis implendæ, quod neceſſario capitur, non contingenter, vt datum cauſa conditionis implendæ, vt latè docuimns in d, l.in quartam & in Libris ſelectarum differētiarum iuris, Secundum cōmunes tamen traditiones, aduerſus quas difficilè eſſet obtinere in praxi, ſic diſtinguendum.
5 Aut quod datur cauſa cōditionis implendæ non eſt remanſurum apud hæredem, & non imputatur, l. acceptis,
6 ff.ad l.falcid. Aut eſt remanſurum, & tunc Aut verſamur in alijs, quàm in liberis primi gradus, & imputatur per l.in quartam in verſ. Sed & quod implendæ, ff. ad l. falcid. ſecundum communem intellectum, Aut in liberis primi gradus, & tunc, Aut loquimur de Iure Ciuili, ſecundum quod Trebellianica detrahitur vna cū Legitima, & ſic de ſubſtantia bonorum paternorum, arg. l.3.§ ſi patrono, ff. de bon.libert.& non imputatur, l.iubemus, C. ad S. C. Trebell. Aut lo-
7 quimur de Iure Canonico, ſecundum quod detrahuntur à liberis duę quartæ, vt latè ꝑ DD.ad c. Raynaldus de teſtam.& tunc quoque imputatur, & in his terminis locum ſibi vendicat Bart. opinio ad d.l. in quartam, quæ communis eſt, vt teſtantur ibi Alcia. num.19.Rip.nu.79.& Soc.Iun.nu.69.
8 Datum cauſa conditionis implendę, ſi remanſurum ſit apud hæredem, in Trebellianicam imputatur, l. in quartam, verſ. ſed & quod implendę, ff. ad l falcid. ſecundum communem intellectum.
9 Limitatur, vt non procedat in liberis primi gradus, qui datum cauſa conditionis implendę, cum non ſit de ſubſtantia patris, in Trebellianicam imputare non coguntur, l. Iubemus, C. ad S. C. Trebellia.
10 Sublimitatur hæc limitatio, vt, cōcluſioni deroget, Iure Ciuili inſpecto, ſecundum quod Trebellianica detrahitur vnà cum legitima, & ſic de ſubſtantia bonorum paternorum, l 3.§. ſi patrono.ff. de bon.libert. ſecus autē Iure Canonico inſpecto, ſecundum quod detrahuntur à liberis duæ quartæ, vt latè per DD. ad Cap. Raynaldus de teſtam. & ita intelligo Bart. opinionem, & communem ad l. in quartam, ff. ad l.falcid. vbi Ripa num.79.

ARGVMENTVM.

Quæ, & quomodo in falcidiam imputentur generalis diſtinctio.

SVMMARIVM.

1 *Capta extra cauſam teſtamenti in quartam, in dubio, non imputantur.*
2 *Capta extra cauſam teſtamenti, ſi de expreſſa, vel tacita teſtatoris conſtat voluntate ab initio, vt imputentur, imputantur*
3 *Secus ſi ex poſt facto.*
4 *Conditionis implendæ cauſa quæ capiuntur, nec per viam compenſationis in quartam imputantur*
5 *Capta non figura cōditionis in vim modi, vel in vim pracij in quartam imputantur.*
6 *Hęreditario iure, vel quaſi, quę capiuntur,*

tur, in falcidiam imputatur.

7 *Legati cauſa, vel fideicommiſſi ſimplicis, vel fideicommiſſi cauſa conditionis implendę, quę capiuntur, in quartam imputantur, ſi ea contemplatione ſint data, vt imputentur.*

8 *Secus ſi ſimpliciter ſint data, tunc enim non imputantur, niſi per viam compenſationis.*

9 *Prælegati portio, quæ capitur à coherede, ſi ea contemplatione datum ſit prælegatum, vt integrum imputetur, in quartam imputatur.*

10 *Secus ſi ſimpliciter ſit datum, tūc enim non niſi per viam compenſationis imputatur.*

11 *Prælegati portio, quæ capitur iure proprio, ſi hæres deducit quartam ex voluntate teſtatoris, non tota imputatur ſed quarta illius pars, & cur.*

12 *Pręlegati portio, quæ capitur iure hæreditario, ſi hęres retinet, vel deducit ſpeciem, vel quantitatem, quæ ſupplet quartam, non imputatur aliqua ex parte.*

13 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*

14 *Pręlegati portio, quæ iure proprio capitur, ſi quantitas, vel ſpecies præcepta vel deducta ex voluntate teſtatoris, non ſupplet quartam, tantum imputatur, quantum ſufficit ad replendam quartam, &, vbi tota non ſufficiat, deducitur ſupplementum ex hęreditate reſtituenda, contra teſtatoris voluntatem.*

15 *Pręlegati portio, quę capitur iure hæreditario, vbi non deducitur vel retinetur quarta, vel ſpecies, vel quantitas ex voluntate teſtatoris, tota imputatur.*

16 *Capta extra cauſam teſtamenti in falcidiam non imputantur.*

17 *Limitatur niſi conſtet de contraria voluntate teſtatoris.*

18 *Sublimitatur, vbi conſtat de voluntate teſtatoris ex poſt facto.*

19 *Capta ex cauſa teſtamenti contingenter, in quartam imputantur.*

20 *Limitatur in eo quod ſimpliciter capitur cauſa conditionis implendę, quod nec per compenſationem imputatur.*

21 *Hęreditario iure, vel quaſi quod ex teſtamento capitur, in falcidiam imputatur.*

22 *Capta neceſſario, & vniformi, & ex cauſa Teſtamēti, non iure hęreditario, vel quaſi, in falcidiam non imputantur.*

23 *Limitatur, niſi conſtet de contraria teſtatoris voluntate.*

24 *Limitatur in imputatione per compenſationem.*

25 *Pręlegati portio, quę capitur à coherede, in quartam non imputatur.*

26 *Limitatur, niſi conſtet de contraria teſtatoris voluntate.*

27 *Limitatur in imputatione per compenſationem.*

28 *Pręlegati portio hęreditaria vniuerſa imputatur in quartam.*

29 *Limitatur vbi quarta deducitur ex voluntate teſtatoris, nam tunc, non tota pręlegati portio hęreditaria imputatur, ſed quarta illius portionis.*

30 *Sublimitatur, ſi hęres iubeatur, non retenta quarta, ſed ſpecie vel quantitate, hęreditatem reſtituere, nam tunc, non pręciſe imputat quartam illius portionis, ſed quod deeſt quartę, &, ſi vtrunq; non ſufficiat, deducitur ſupplementum de hęreditate reſtituenda.*

DISTINCTIO LXV.

1 AVt dubitamus de his quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, Aut de his, quæ ex teſtamento capiuntur, Primo caſu, Aut verſamur in dubio, & non imputantur l. pater filiam in princ. ff. ad
2 legem falcid. Aut conſtat tacitè, vel expreſsè teſtatorem voluiſſe, quod dedit extra cauſam teſtamenti imputari in falcidiam, & tunc, Aut hoc voluit ab initio, & imputatur l. cum

3 quo §. vlt. ff. ad leg. falcid. Aut ex poſt
facto, & non imputatur. l. pater filiã
4 ff. ad l. falcid. Secundo autem caſu,
Aut verſamur in eo quod capitur cõ
tingenter, Aut in eo quod capitur ne
ceſſariò, Si in eo quod capitur contin
genter, Aut in eo quod capitur cau-
ſa conditionis implendæ, & nec per
compenſationem imputatur, vt in l.
in quartam, ff. ad leg. Falcid. in princ.
& in fi. & in l. ſi fundus legatus eod.
5 tit. Aut in eo quod capitur in vim
modi, vel in vim precij, & ſic non
figura conditionis, & imputatur, l.
in ratione, 2. §. tametſi l. qui dignum
6 & l. ſi fundus, ff. ad legem falcid. Si
verò verſamur in eo quod capitur ne
ceſſariò, Aut capitur vniformiter,
Aut difformiter. Si vniformiter, Aut
iure hęreditario, vel quaſi, & impu-
tatur d. l. in quartam, & l. deducta, §.
7 nummis, ff. ad S.C. Trebell. Aut iure
legati, vel fideicommiſſi, ſiue ſimpli
cis, ſiue cauſa conditionis implendę,
& tunc, Aut ideo fuit datum, vt im-
putaretur, & imputatur, l. quod autẽ
8 in fin. ff. ad l. falcid. Aut de eiuſmodi
legantis intentione non conſtat, &
tunc. Aut dubitamus numquid impu
tetur ſimpliciter, & non imputatur,
vt in d. l. in quartam, Aut numquid
compenſetur, & per viam compenſa
tionis, reſpectu eius à quo accipitur
imputatur, l. Neſſennius in princ. ff.
9 ad l. falcid. Si verò difformiter, Aut
loquimur de ea parte, quę capitur à
cohærede, Aut de ea, quæ capitur iu-
re proprio, Si de prima, Aut data eſt
ea contemplatione, vt imputetur in
quartam, & imputatur arg. d. l. quod,
10 aut in fin. ff. ad l. falcid. Aut non eſt
data ea contemplatione, & tunc ſim-
pliciter non imputatur, vt in d. l. in
quartam, reſpectu autem eius, à quo
accipitur per viam compenſationis,
imputatur d. l. Neſſennius in princ. &
l. filio, ff. ad legem falc. tradit Peregr.
de fideic. Art. 3. nu. 40.
11 Si verò de ea, quæ capitur iure pro
prio, Aut deducit hæres aliquid ex
voluntate teſtatoris, Aut non, Primo
caſu, Aut deducit quartam, Aut ali-
quam rem, vel quantitatem nomina-
tam, Si quartam non imputat totam
portionem hæreditariam prælegati,
ſed quartam illius portionis, l. Titia,
ff. ad l. falcid. quia illa quarta quartæ
ſufficit ad ſupplendũ integram quar-
tam portionis hæreditariæ, quæ de-
12 betur per l. falcid. Si verò ſpeciem,
vel quantitatem nominatam, Aut il-
la ſpecies, vel quantitas ſupplet quar
tam falcidiæ, & nihil ex prælegato
13 imputatur, quia prouiſio hominis fa
cit ceſſare prouiſionem legis, Aut
14 quartam non ſupplet, & tunc, tantũ
ex portione prælegati, quæ capitur
iure hæreditario, imputatur, quantũ
ſufficit ad replendam quartam, & ſic
quod deeſt tantummodo, & vbi to-
ta hæreditaria portio non ſufficiat,
deducitur ſupplementum contra vo-
luntatem teſtatoris, ex hæreditate re
15 ſtituenda, Si verò nihil habet ex vo
luntate teſtatoris, ita vt præter, vel
contra illius voluntatem, eam dedu-
cat, incipiendo ab imputatione, im-
putat vniuerſam partem hæreditariã
prælegati, & deducit quod deeſt ſup
plendo, arg. d. l. Titia.

16 Ex hac diſtinctione plures colli-
guntur, adnotatione dignæ, conclu-
ſiones, Prima eſt.

Capta extra cauſam teſtamenti, in
falcidiam non imputantur, l. pater fi-
liam in princ. ff. ad legem Falcid. &
per Falcidiam intelligo etiam Trebel
lianicam, quæ nihil aliud eſt, quàm
Falcidia quædam vtiliter extenſa de
legatis ad fideicommiſſa, ſecundum
opinionem, quam defendimus ad l.
in quartam, ff. ad l. falcid. (quo ad im
putationem) à Falcidia ipſa non dif-
fert.

17 Limitatur Primum hæc concluſio,
vbi conſtet de cõtraria voluntate te-
ſtatoris, quia ſcilicet voluerit, quod
viuens dedit, imputari tacitè, vel ex-

preſsè

Digitized by Google

preſsè, l. cum quo, §. vltim. ff. ad l. falcid.

28 Sublimitatur hęc limitatio, vt conclusioni deroget, quando ab initio ea contemplatione viuens dedit, vt imputaretur vt in d. §. vltim. ſecus ſi ex poſt facto quod ſimpliciter, & aliam ob cauſam dedit, iubeat imputari, l. pater filiam, ff. ad legem falcid.

29 Secunda cõcluſio eſt. Capta ex cauſa teſtamenti, etiam contingenter, in quartam imputantur, l. in ratione 2. §. tametſi l. qui dignum, & l. ſi fundum, ff. ad legem falcid.

20 Limitatur hæc concluſio, vt locū ſibi vendicet in his, quæ capiuntur in vim modi, vel in vim pręcij, iuxta iura ſupra allegata, ſecus autem in eo, quod ſimpliciter capitur cauſa cõditionis implendæ, quod, nec per viā compenſationis imputatur, vt latè docuimus ad d. l. in quartam per illā legem in princ. & in fin. necnon per d. l. in ratione, §. tam & ſi, & per l. ſi fundus legatur, eod. tit.

21 Tertia concluſio. Hæreditario iure, vel quaſi, ideſt quaſi legatum, ſecundum noſtram declarationem ſupra in 59. diſtinctione, in falcidiam imputatur dicta in quartam, & l. deducta, §. nummis, ff. ad S. C. Trebell.

22 Quarta concluſio. Capta neceſſario, & vniformiter ex cauſa teſtamēti, non iure hæreditario, vel quaſi, in quartam Falcidiæ, vel Trebellianicæ non imputantur d. l. in quartam, ſecundum veriorem intellectum.

23 Limitatur Primum, niſi conſtet teſtatorem, eo conſilio reliquiſſe, vt imputarentur, l quod autem in fin. ff. ad l. falcid.

24 Limitatur Secundo, vt non procedat, quo ad eam imputationem, quę fit per viam compenſationis, reſpectu eorum à quibus accipiũtur, eo enim modo imputantur, l. Neſſennius in princ. ff. ad legem falcid.

25 Quinta concluſio. Pręlegati portio, quę capitur à cohęrede, in quartam non imputatur, tex. eſt in ſæpius repetita, l. in quartam verſ. pro ea vero parte, ff. ad legem falcid.

26 Limitatur hæc quoq; cõcluſio, vbi conſtat de contraria voluntate teſtatoris, d. l. quod autem in fin.

27 Limitatur Secundo in imputatione per viam compenſationis, l. d. leg. Neſſennius in princ.

28 Sexta & vltima concluſio. Pręlegati portio hęreditaria vniuerſa imputatur in quartam, d. l. in quartam, verſ. pro ea vero parte.

29 Limitatur hæc concluſio, vt locū non habeat, vbi quarta deducitur ex voluntate teſtatoris, tunc enim, non tota portio pręlegati hęreditaria imputatur, ſed quarta illius, l. Titia, ff. ad l. falcid.

30 Sublimitatur hęc limitatio, vt cõcluſioni non vſquequaque deroget, vbi hęres ex voluntate teſtatoris deducit, vel retinet, nõ quartam, & ſic, non quotam, ſed ſpeciem, vel certam quantitatem, tunc enim, non preciſè imputat quartam portionis hęreditariæ pręlegati, ſed quod deeſt quartę, & ſi quantitas, vel ſpecies vna cū dicta quarta nõ ſufficiat, deducit ſupplementum falcidię de hęreditate reſtituenda, vt fusè demonſtrauimus ad d. l. in quartam declarando d. leg. Titia.

Non me latet Theorię huic noſtrę receptiſſimas DD. ſententias in non nullis refragari, & pręſertim in eo, quia ea, quę capiuntur neceſſario ex teſtamenti cauſa, quocunq; relicti titulo etiam legati & fideicommiſſi, volunt in Trebellianicam imputari per d. l. in quartam d. tamen l. & cętera in hac materia iura, non mendoſè lecta, & ritè intellecta, doctrinę huic noſtrę non refragantur vt latius quandoq;, & dilucidius apparebit ex noſtris ad d. l. in quartam commentarijs.

ARGVMENTVM.

Quæ ſit differentia inter corpus hæreditarium, & pecuniã, quo ad imputationẽ in Falcidiam.

SVMMARIVM.

1 *Differentia nulla eſt inter pecuniã & corpus hæreditarium, quo ad imputationem in falcidiam, vbi hæres inſtitutus ex aſſe iubet, retenta ſpecie, vel quantitate, reſtituere hæreditatem.*

2 *Differentia nulla eſt inter pecuniam in ſpecie, & corpus hereditarium, quo ad imputationem.*

3 *Pecunia certa, & loco circumſcripta, pro ſpecie habetur.*

4 *Differẽtia inter corpus hereditarium, & pecuniam in genere, vbi heres ſit pro parte inſtitutus, quo ad imputationem in quartam, quę ſit.*

5 *Pecunia, & corpus hereditarium differunt, quo ad imputationem, cum illa capiatur vniformiter, hoc difformiter.*

6 *Limitatur in herede inſtituta ex aſſe, in quo nulla eſt differentia.*

7 *Limitatur etiam in inſtituto pro parte, in pecunia in ſpecie.*

DISTINCTIO. LXVI.

1 AVt heres Inſtitutus eſt ex aſſe, Aut pro parte, Si ex aſſe, non refert, an iubeatur, retenta ſpecie, an quantitate, reſtituere hereditatem, §. Si quis vnã, Inſtit. de fideicommiſſar. hered. vtrunquè enim capit heres ex quaſi legato vniformiter, & in totũ imputat in quar-
2 tam, Si ex parte, Aut loquimur de pecunia in ſpecie, ſiue in indiuiduo, loco ſcilicet circumſcripta, vt puta
3 pecunia in tali arca, Aut de pecunia in genere, Primo caſu pariter nulla eſt differentia, quia pecunia hereditaria certa in indiuiduo, & loco circumſcripta, pro ſpecie, & corpore hereditario habetur, l. ſed ſi certos, & l. planè. §. 1. ff. de leg. 1. iuncta l. id autem, ff. ad l. falcid. & propterea vtrunq; ſi capit de communi, difformiter capit, & proportione tantum hereditaria imputat, Si de ſua portione accipit, imputat in totum, cum vniformiter capiat, ex quaſi legato.
4 Secundo autem caſu, ſi iubeatur ſcilicet heres, pecunia in genere retenta, hereditatem reſtituere, plurimum intereſt, quia pecunia in genere intelligitur retineri, & capi vniformiter de propria portione, ita vt tota imputetur in quartam, quaſi ex legato, vel iure quaſi hereditario retineat, corpus autem hereditarium de communi intelligitur accipi, & ſic difformiter, ita vt non niſi pro portione hereditaria imputetur, l. deducta in §. nummis, ff. ad S. C. Trebell. tradit Bart. ad l. in quartam, ff. ad legem falcid. nu. 8.

5 Concluſio igitur eſt eiuſmodi. Pecunia, & Corpus hereditarium differunt, quo ad imputationem, cum illa capiatur vniformiter, hæc autem difformiter, l. deducta, §. nummis, verſ. diuerſa cauſa, ff. ad S. C. Trebell.

6 Limitatur Primum, vbi hæres inſtitutus eſt ex aſſe, tunc enim nulla eſt differẽtia, ſiue iuſſus ſit hæres, retenta ſpecie hæreditaria, ſiue retenta quantitate, reſtituere hæreditatem, §. ſi quis vna Inſtit. de fideicõmiſſar. hæred.

7 Limitatur Secundo hæc cõcluſio, vt procedat in hærede inſtituto pro parte, ſi iuſſus Sit, retenta pecunia in genere, reſtituere hereditatem, ſecus ſi retenta pecunia in ſpecie, vt puta certo loco circumſcripta, tunc enim pro corpore hæreditario habetur, l. ſed ſi certos, & l. planè, §. 1. ff. de leg. 1. iuncta, l. id autẽ, ff. ad legem falcid.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An, & quando Falcidia, vel Trebellianica poſſit in vna aliqua certa re deduci.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia, vel Trebellianica, non poteſt in vna certa re ex debito retineri.*

2 *Niſi expreſſe conſtet de voluntate teſtatoris, vel tacitè, quia rem dederit inter viuos, vt in quartam imputaretur, vel, re aliqua certa retenta, iuſſit heredem reſtituere hereditatem tunc enim de re illa deduci poteſt.*

3 *Falcidia, ex conſenſu partium, poteſt in vna re deduci.*

4 *Falcidia deducitur in fructibus perceptis ab herede, quos precipuos habere non debet.*

5 *Falcidia, nulla facta per heredem rerum hereditariarum alienatione, ſi res ſint indiuiſibiles, deducitur de vna re iudicis arbitrio.*

6 *Secus ſi ſint diuiſibiles, nam tunc deducitur ex aliquibus Iudicis arbitrio.*

7 *Patrimonium comminui, & lacerari non debet.*

8 *Falcidia non deducitur ex re alienata per heredem, ſi fuerat alicui nominatim relicta.*

9 *Alienatio rei alicui nominatim relictę facta ab herede, nulla eſt.*

10 *Falcidia non deducitur de re alienata ab herede in fraudem re, vel conſilio, inuitis legatarijs, vel fideicõmiſſarijs.*

11 *Falcidia, nec deducitur de re alienata ab herede non in fraudem, ſi ſit ſpecialiter alienari prohibita, & poſſit deduci de alijs rebus.*

12 *Secus ſi de alijs non poteſt deduci.*

13 *Falcidia in re alienata ab herede, & redempta ante purificatam fideicommiſſi conditionem, inuitis fideicommiſſarijs non deducitur.*

14 *Si verò non ſit redempta, poteſt imputari in falcidiam ſecundum verum illius precium, non pro minori, pro quo illius culpa fuit alienata.*

15 *Falcidia non poteſt deduci in re certa, ſed de aliquibus iudicis arbitrio.*

16 *Limitatur, vbi conſtat de contraria voluntate teſtatoris.*

17 *Limitatur, vbi partes conſentiant.*

18 *Limitatur vbi heres percepit fructus, quos pręcipuos habere nõ debet, nam tunc illos per prius cogitur imputare.*

19 *Limitatur, vbi res omnes ſint indiuiſibiles, nam tunc deducitur in vna Iudicis arbitrio.*

20 *Limitatur etiam vbi res alienari prohibita, non relicta alicui nominatim, non in fraudem ſit alienata, nam tunc de re alienata deducitur, ſi in alijs deduci non poſſit.*

21 *Limitatur etiam ſi in alijs poſſit deduci, quando res non alienari prohibita fuit ſine fraude alienata, & non ante purificatam fideicommiſſi conditionem redempta.*

22 *Sublimitatur, dummodo imputetur ſecundum verum illius precium.*

DISTINCTIO. LXVII.

1 Aut dubitamus, an Falcidiæ vel Trebellianicę quarta debeatur in vna re, quaſi poſſit ex debito retineri, ſecundum iuris rigorem, & concludendum eſt negatiuè per l. lineam margaritarum, & per l. Plautius, ff. ad legem falcid. &
2 per l. 2. C. eod. Aut numquid ex cauſa (licet ſummo iure debeatur de qualibet re) poſſit interdum deduci ex vna aliqua re particulari, & tunc rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut teſtator, vel legauit, vel inter viuos conceſſit rem aliquam heredi, ea contemplatione, vt in quartam imputaretur, vel iuſſit hæredem, ſpecie aliqua retenta, hæreditatem reſtituere, & tunc poteſt in illa re detrahi, l. cũ

quo

quo, §. vlt. & l. quod autem in fin. ff. ad legem falc. §. ſi quis vna Inſtit. de
3 Fideicom. hæred. Aut de teſtatoris voluntate non conſtat, & tunc, Aut partes conſentiunt, & poteſt in vna re deduci l. poteſt, ff. de leg. 1. Aut diſ
4 ſentiunt, & tunc, Aut hæres, qui præcipuos fructus habere non debet, ſed eos imputare compellitur, vltra fructus ſuæ quartæ percepit, Aut non, Primo caſu ꝑ prius illos fructus, quos vltra fructus quartæ percepit, imputare debet l. quod de bonis, §. fructus
5 ff. ad l. falcid. Secundo autem caſu, Aut nulla facta eſt ab hærede grauato alienatio rei hæreditariæ, Aut aliqua eſt facta alienatio, Si nulla facta eſt alienatio, Aut res omnes hæreditariæ ſunt indiuiſibiles, Aut ſunt diuiſibiles, Si indiuiſibiles, deducitur in vna re, arbitrio Iudicis, l. ſed & ſi non ſeruus verſ. ſi ſolus ſeruus. ff. ad
6 legẽ falcidiã. Si diuiſibiles, de aliquibus, deducit̃ pariter iudicis arbitrio,
7 ne patrimoniũ cumminuatur, & laceretur d. l. poteſt ff. de leg. 1. l. 2. C. quãdo & quibus quarta pars debeatur
8 lib. 10. Si verò aliqua facta eſt alienatio, Aut facta eſt alienatio rei alicui
9 nominatim relictæ, & non imputatur in quartam, quia alienatio nulla eſt l. vltima, §. pen. C. communia de leg. Ripa ad l. in quartam, ff. ad l. fal-
10 cid. nu. 109. & ibi Soc. Iun. num 95. Aut non eſt facta alienatio rei nominatim alicui relictæ, & tunc, Aut eſt facta alienatio in fraudem, re, vel conſilio, & non poteſt res alienata inuitis fideicommiſſarijs in quartam imputari l. 1. & tot. tit. ff. de his quæ in fraudem Ripa ad d. l. in quartam nu.
11 98. Aut non in fraudem, & tũc, Aut fuit alienata res ſpecialiter alienari prohibita, Aut res non ſpecialiter prohibita alienari, Primo caſu, Aut poteſt in alijs rebus, non ſpecialiter prohibitis alienari deduci quarta, & non deducitur in re alienata, vt per
12 Rip. ad d. l. in quartam num. 99. Aut non poteſt de alijs deduci, & in ea deducitur l. pater filium in princ. ff. de leg. 3. Ripa in d. l. in quartam nu.
13 100. Secundo caſu, Aut res alienata fuit redempta ante purificationem conditionis fideicommiſſi, & non imputatur, vt per Ripam ad ſæpius repe
14 titam, l. in quartam nu. 106. Aut non fuit redempta, & tunc, Aut hæres vult imputare ſecũdum verum illius precium, & poteſt, Aut pro minori precio, pro quo ſua culpa alienauit, & diſtraxit, & tunc, inuitis fideicommiſſarijs, eo modo imputare hæres non poteſt, vt per eumdem Ripam ad eadem l. in quartam num. 102.

15 Concluſio ergo eſt vnica, & negatiua, vt Falcidia non poſſit deduci in re certa, ſed in pluribus, vel paucioribus Iudicis arbitrio, l. lineam margaritarum & l. Plautius, ff. ad l. falcid. l. 2. C. eod. iuncta, l. poteſt, ff. de leg. 1.

16 Limitatur Primum hæc concluſio, vt non procedat, vbi tacitè, vel expreſsè conſtet teſtatorem voluiſſe de re particulari quartam deduci l. cum quo, § vlt. & l. quod autem in fin. ff. ad legem falcid. §. ſi quis vna Inſtit. de fideicommiſſar. hæredit.

17 Limitatur Secundo, ſi partes conſentiant, vt de re certa deducatur, d. l. poteſt de leg. 1.

18 Limitatur Tertio, vbi hæres percepit fructus, quos præcipuos habere non debet, nam tũc illos per prius cogitur imputare, l. quod de bonis, §. fructus. ff. ad l. falcid.

19 Limitatur Quarto, quãdo res omnes hæreditariæ ſunt indiuiſibiles, nam tunc quoq; deducitur in re certa, Iudicis arbitrio d. l. põt de leg. 1.

20 Limitatur etiam Quinto, vbi res alienari prohibita, non tamen relicta alicui nominatim, citra fraudem, ſit ab hærede alienata, nam tunc de re ipſa alienata deducitur quarta, ſi in alijs deduci non poſſit, l. pater filium in princ. ff. de leg. 3. Ripa ad d. l. in quartam, ff. ad legem falcid. nu. 100.

Limi-

Digitized by Google

21 Limitatur Sexto, & vltimo etiam ſi in alijs rebus poſſit deduci, quando res non alienari prohibita fuit ſine fraude alienata, & non ante purificatam fideicommiſſi conditionem redempta, vt colligitur ex Ripa ad d. l. in quartam nu. 102.

22 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi hæres velit illam imputare, ſecundum verum illius precium, ſecus ſi pro minori, pro quo ipſe ſua culpa diſtraxit, & alienauit, hoc enim facere, inuitis fideicommiſſarijs, non poteſt, vt per Ripam in præallegato loco.

ARGVMENTVM.

An, & quando in legitimam imputentur quæ capiuntur extra patrimonium, & ſubſtantiam patris.

SVMMARIVM.

1 *Capta à filio citra iudicium paternum, extra ſubſtantiam patris in legitimam non imputantur.*

2 *Niſi filio ſint data intuitu, & contemplatione patris.*

DISTINCTIO. LXVIII.

Aut quod capitur citra patris iudicium, & extra illius patrimonium, & ſubſtantiam,
1 datur filio ſimpliciter, non autem intuitu, & contemplatione patris, Aut patris contemplatione datur, Primo caſu, nulli dubium, eſt in legitimam non imputari, vt tradit Bart. ad l. in quartam, ff. ad legem falcid. num. 10. per tex. in l. ſcimus in §. repletionem, C. de inoffi. teſtam. & per tex. in §. 1. in Authen. de hæred. & falcid. & eſt communis opinio, vt de communi te

ſtatur ad d. l. in quartam, Soc. Iun. nu. 111. & nouiſſimè Cæſar Fiumagio.
2 nu. 351. Secundo autem caſu, imputatur l. ſed & ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulgari & pupilla. & eſt communis opinio quam tenet Caſtrenſis in ſuo cõſ. 96 lib. 2. Quod incipit dicta Cornelia & Alex. conſ. 179. nu. 3. lib. 5. & cæteri DD. communiter ad d. l. in quartam, & in primis Paulus de Montepico num. 173. Berengar. Fernand. in artic. legitimæ nu. 66. Ripa num. 206. Socin Iun. nu. 112. & Cæſar Fiumagiolius noſter, num. 353. Continet ergo briuis hæc diſtinctio vnicam concluſionem, cum ſua limitatione, vt ſummarium ipſum indicat.

ARGVMENTVM.

An, & quando, quod donatum eſt à patre filio inter viuos, in legitimam imputetur.

1 *Donatum à patre filio inter viuos ita vt valeret donatio ante mortem illius, imputatur in legitimam, ſi ea contemplatione fuit donatum, vt imputaretur.*

2 *Secus ſi donatum fuit ſimpliciter, in dubio enim non imputatur.*

3 *Donatum à patre filio inter viuos non imputatur.*

4 *Donata à patre filio inter viuos cenſentur aduentitia.*

5 *Donatio facta a patre filio poteſt ſtatim valere, abſq; eo quòd morte confirmetur, ſi fiat ob benemerita alio modo, quàm patris teſtimonio probata.*

6 *Item ſi iureiurando ſit confirmata.*

7 *Item ſi fiat filio emancipato.*

8 *Donatio facta à patre, ſolo patris morientis ſilentio confirmata, in legitimam non imputatur.*

9 *Idem eſt ſi expreſſè confirmetur, vbi ſola morte poterat confirmari.*

10 *Secus autem, vbi ſine expreſſa patris dicto.*

Digitized by Google

diſponentis confirmatione non poterat valere, nam tunc imputatur.

11 *Donatio facta à patre inter viuos, indigens expreſſa confirmatione patris morientis, puta quia non eſſet inſinuata, induit ſpeciem fideicommiſſi.*

12 *Donatum à patre filio inter viuos non imputatur in legitimam.*

13 *Limitatur, niſi donatum fuerit, vt imputaretur.*

14 *Limitatur etiam in donatione inter viuos, quæ vires ſumpſit ab expreſſa teſtatoris morientis confirmatione.*

DISTINCTIO LXVIIII.

1 AVt donatio valuit ante mortem patris donatoris, Aut non, Primo caſu, Aut pater tacitè, vel expreſsè, ea lege donauit, vt imputaretur in legitimam, & imputatur, l. ſi quando, §. & generaliter. C. de inoff. teſt. l. etiam §. pen. verſ. ſed & ſi non mortis, ff. de bon. lib. Bart. ad l. in quartam ff. ad l. falcid. nu. 10. & 11. in fin. & ibi Caſtr. nu. 8. Alex. num. 38. Ripa nu. 144. Paulus de Monte Pico nu. 188. Bologn. num. 328. &
2 367. Aut ſimpliciter donauit, & non imputatur, tum quòd non confertur,
3 l. illud, C. de collat. tum quòd cenſetur aduentitia, l. ſcimus, §. repletio-
4 nem, C. de inoff. teſt. DD. ad d. l. in quartam, & præſertim Bart. num. 10. Caſtr. nu. 8. Alex. nu. 37. Fernand. nu. 87. & Ripa nu. 34. & Pic. num. 187.
5 Donatio autē, ſi fiat a patre filio, poteſt valere ſtatim, & ſic antequam morte confirmetur, ſi fuerit facta ob benemerita, alio modo, quàm patris teſtimonio probata, vt per Soci. Iun. ad d. l. in quartam nume. 128. per Bologn. num. 324. & nouiſſimè per Cæſar. Fiumag. num. 393. de communi Viuius lib. 1. commun. opin. opin. 34. Clar. in §. donatio. q. 3. Roland. à Valle conſ. 98. num. 53. Item ſi ſit
6 iuramento confirmata Alexan. ad d. l. in quartam num. 37. Ripa num. 151. Socin. Iun. nume. 128. & conſil. 13.
7 lib. 2. Item, ſi fiat filio emancipato vt in l. ſiue emācipatis. C. de donat. Itē, ſi donatio facta ſit ab auo materno, vel a matre, l. ſi conſtante, & ibi gloſ. C. de donat inter virum & vxor. Fernand. ad d. l. in quartam nu. 37. & Pic.
8 nu. 188. Secundo autem principe caſu, quando ſcilicet donatio facta à patre non valet ante illius mortem, iuxta tex. in l. antepen. C. de donat. inter virum & vxorem, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut eiuſmodi donatio eſt ſolo patris morientis ſilentio cōfirmata, & non imputatur. l. ſi quando, §. & generaliter & §. illud, C. de
9 inoff. teſtam. Aut eſt confirmata expreſſa morientis diſpoſitione, & tūc, Aut poterat ſine dicta expreſſa confirmatione ſola morte confirmari, &
10 idem dicendum eſt. Aut ſine expreſſa diſponentis confirmatione non poterat valere, puta quia non erat inſinuata, cum tamen excederet legitimum donandi modum, & tunc, cum
11 induat fideicommiſſi ſpeciem, imputatur, l. in donationibus, C. ad l. falcid. iuncta l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter virum & vxor, & ita poteſt intelligi gloſ. in auth. ex teſtamento, C. de inoff. teſtam.

12 Concluſio ergo eſt. Quod filius, ex donatione inter viuos, à patre accipit, in legitimam imputare non tenetur, cum nec conferre illud teneatur l. illud, C. de collat. Tradūt DD. poſt Bart. ad d. l. in quartam, communiter & in primis Ripa nu. 34.

13 Limitatur Primum hæc concluſio, vt locum ſibi non vendicet, quando pater ab initio eo conſilio donauit, vt imputaretur, l. ſi quando, §. & generaliter C. de inoff. teſtam. l. etiam, §. penult. verſ. Sed & ſi non mortis, ff. de bon. libert. DD cōmuniter tradunt ad d. l. in quartam, quos nominatim protulimus ſupra in corpore diſtinctionis.

14 Limitatur Secundo, vt non procedat

cedat

Digitized by Google

cedat in donatione inter viuos, quæ vires ſumpſit ab expreſſa teſtatoris morientis cõfirmatione, quaſi fideicõmiſſi ſpeciem induit d. l. in donationib. C. ad l. falcid. iuncta l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter virum & vxo.

ARGVMENTVM.

An, & quando & quomodo Dos à patre profecta imputetur in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Dos, à patre profecta, ſtante ſtatuto, excludente fœminas dotatas pœnitus à bonis paternis, imputatur in legitimam.*

2 *Filia, ſtante ſtatuto excludente à bonis paternis fœminas dotatas, nec legitimæ ſupplementum petere poteſt.*

3 *Statutum excludens filias dotatas, intelligitur taxare legitimam ad quantitatem congruæ dotis.*

4 *Dotem in legitimam imputare non cogitur filia dotata, ſi ſit à patre præterita, cum poſſit dicere teſtamentum nullum.*

5 *Dotem in legitimam imputare filia à patre exhæredata cogitur, de iure Codicis.*

6 *Secus de iure Authenticorum.*

7 *Filia inſtituta in re modica cogitur, in dubio, dotem in legitimam imputare.*

8 *Filia dotata, in re modica inſtituta, ſi pater iuſſit ei integram legitimam aſſignari per hæredes, exprimendo hæredum perſonas, non cogitur dotem in legitimam imputare.*

9 *Secus ſi imperſonaliter fuit locutus, vel verba ad filiam direxit, tunc enim cogitur imputare dotem.*

10 *Dotem a patre profecta cogitur filia in legitimam imputare.*

11 *Limitatur ſi ſit a patre præterita, tunc enim poteſt dicere teſtamentum nullum.*

12 *Limitatur etiam, ſi ſit exhæredata de iure Authẽticorum ſecundum quod, debetur legitima tit. inſtitutionis.*

13 *Limitatur etiam, vbi ſit inſtituta in re modica, ſi pater iuſſit moriens integram legitimam aſſignari.*

14 *Sublimitatur, vbi aſſignari iuſſerit imperſonaliter, vel dirigendo verba ad filiam, non ad hæredem.*

DISTINCTIO LXX.

1 Aut extat ſtatutum excludens fœminas dotatas pœnitus à bonis patris, Aut non extat, Primo caſu etiam patre inteſtato moriente, non ſolum imputat, ſed debet eſſe contenta filia illa dote pro ſua legitima, ita vt nec legitimæ ſup-
2 plementum petere poſſit, quaſi ſtatutum taxauerit legitimam ad quanti-
3 tatem congruæ dotis, Alex. ad l Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de lib &
4 poſth. num. 17. Aut nullum extat einſmodi ſtatutum, & tunc, Aut filia dotata eſt præterita, & non cogitur imputare, cum poſſit dicere teſtamentum nullum l. maximum vitium, C.
5 de lib. præter. Aut non eſt præterita, & tunc, Aut eſt exhæredata, Aut inſtituta, Si exhæredata, Aut loquimur de iure Codicis, Aut de iure Authẽticorum, Si de iure Codicis, cogitur imputare, l. quoniam nouella, C. de
6 inoffic. teſtam. Si de iure Authenticorũ nequaq. §. aliud quoq; capitulum in auth. vt cũ de app. cog. Si verò eſt
7 inſtituta in re modica, Aut pater inſtituẽs nihil addidit, Aut iuſſit ei integram legitimam aſſignari, Si nihil dixit, cogitur imputare d. l. quoniam nouella, Si iuſſit ei integram legiti-
8 mam aſſignari, Aut expreſſit perſonam hæredum, qui deberent facere aſſignationem, Aut loquutus eſt imperſonaliter, vel ita vt dirigeret verba ad filiam ipſam, Primo caſu intel-

Digitized by Google

ligitur de bonis hæreditarijs voluiſ-
ſe legitimam dari,non autem in dote
prius data aſſignatam intelligi Corn.
conſ.200. lib.3. Sentit Ripa in d. l. in
quartam nume. 554 & apertius Soc.
9 Iun.nu.125. Secundo autem caſu co-
genda eſt dotem in legitimam impu-
tare,& ita procedit Bald.opinio in l.
quoniam in prioribus,C.de inoff te-
ſtam.nu.6. & Fernand. nu 68. & Pic.
nu.185.in d. l. in quartam.

10 Eſt ergo concluſio. Dos profectitia in legitimam filiæ imputatur l. quoniam nouella,C. de inoff.teſtam.

11 Limitatur Primum hęc concluſio, vt locum non habeat, in filia à patre præterita, quæ poteſt dicere teſtamentum nullum l.maximum vitium, C. de lib præterit.

12 Limitatur Secundo,etiam ſi ſit exhæredata de iure authenticorum,cũ eo iure debeatur legitima tit. Inſtitutionis, §. aliud quoq; cap. in authen. vt cum de appell. cognoſcitur.

13 Limitatur Tertio,etiam vbi ſit inſtituta in re modica, ſi pater iuſſit moriens integram legitimam aſſignari, Corn.conſ.200.lib.3. Soc.Iun. ad d.l. in quartam nu. 125.

14 Sublimitatur, vt concluſioni deroget vbi expreſſit teſtator perſonam hæredis, ſecus autem ſi iuſſit imperſonaliter aſſignari, vel direxit verba ad filiam ipſam, & ita intelligenda eſt Bald. opinio ad d.l. quoniam in prioribus,C.de inoff.teſtamento nu. 6.& aliorum ad d.l.in quartam.

ARGVMENTVM.

An imputet in legitimam filius quod capit ex ſucceſſione ab inteſtato, vel ex teſtamento,qua ſuccedit legatario, vel hæredi parentis,debentis ſibi legitimã.

SVMMARIVM.

1 *Filius, ſuccedens ab inteſtato, vel ex teſtamento hæredi parentis, debentis legitimam, imputat pro ea parte, pro qua eſt hæres, id quod ex illius ſucceſſione capit*

2 *Filius, ſuccedens ab inteſtato, vel ex teſtamento legatario patris, ſi legatarius tenebatur ſupplere legitimam, quod ex ſucceſſione illius capit, imputat in legitimam.*

3 *Secus ſi legatarius, cui ſuccedit non tenebatur legitimam ſupplere.*

DISTINCTIO. LXXI.

1 AVt filius,cui debetur ſupple-
mentum legitimæ,ſuccedit
ab inteſtato, vel ex teſta-
mento,hæredi parentis, qui debebat
legitimam, Aut legatario,Si hæredi,
neceſsè eſt, vt imputet quod ex tali
ſucceſſione capit in legitimã ipſam,
ſaltem pro ea rata, quam tenebatur
ſoluere & ſupplere hæres ille,cui ſuc
cedit facta actionis confuſione, Si le-
2 gatario, rurſus diſtinguendum eſt,
quia, Aut dictus legatarius, cui ſuc-
cedit tenebatur ſupplere legitimam
filij ſuccedentis,Aut non tenebatur,
Primo caſu debet illius hęreditatem
filius imputare ſibi in legitimam,con
fuſa per ſucceſſionem actione,qua le
gitimæ ſupplementum petere pote-
rat, vt tradit Bart. ad l.in quartam.ff.
ad l. falcid.nu.15. vbi alij quoq; eum
ſequuntur, & in primis Soc. Iun.num.
3 149. Secuudo autem caſu, nequaquã,
quia quod capit tunc filius, legatario
ſuccedendo, capit extra patrimoniũ
parentis,& non ex eiuſdem parentis
iudicio, & propterea non imputat l.
Scimus,§ repletionem. C. de inoff.
teſta. & actio ſibi remanet integra,
ad petendũ legitimę ſupplementũ,ab
hæredibus patris.Concluſiones ſunt
perſpicue & ſummariũ illas indicat.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An, & quando in legitimam filiorum imputentur quæ ipſi capiunt ex teſtamento patris contingenter.

SVMMARIVM.

1 *Capta à filio ex teſtamento patris, in vim modi, vel in vim precij, in legitimam imputantur.*

2 *Capta ex relicto cauſa conditionis implendæ, an, & quando in legitimam imputentur, remiſſiue.*

3 *Filius præteritus, nullo exiſtente teſtamento, nihil cogitur in legitimam imputare.*

4 *Filius inſtitutus in re modica, datum cauſa conditionis implendæ in legitimam non cogitur imputare.*

5 *Filius exhæredatus, iure digeſtorum, datum cauſa conditionis implendæ, iniuncta hæredi, ſi ſciens agnoſcebat iudicium teſtatoris, cogebatur in legitimam imputare.*

6 *Filius exhæredatus, iure digeſtorum, datum cauſa conditionis implendæ à legatario, vel ſtatu libero, ſi ante inſtitutum iudicium querelæ acceptauerat, cogebatur imputare & à querela excludebatur.*

7 *Idem erat, ſi non acceptauerat, vbi facta ei fuerat oblatio ante inſtitutū iudicium, querelæ, nam & imputare cogebatur, & à querela excludebatur.*

8 *Secus autem, vbi nec acceptauerat, nec ante querelam inſtitutam fuerat ei facta oblatio.*

9 *Filius, iure nouiſſimo, ſine cauſa exhæredatus, non cogitur quicquam in legitimam imputare, cum poſſit dicere teſtamentum nullum.*

10 *Si cum cauſa allegata, & probata, excluditur in totum, etiam à legitima.*

11 *Si verò cum cauſa allegata, & non probata, agit querela inofficioſi.*

12 *Capta in vim modi, vel in vim precij, in legitimam imputantur.*

13 *Datum cauſa conditionis implendæ, in legitimam non imputatur.*

14 *Limitatur iure digeſtorum, ſi filius exhæredatus, ſciens, ante inſtitutam querelam inofficioſi, agnoſcat iudiciū patris.*

15 *Limitatur eodem iure, etiam ſi non acceptauerat vbi ei oblatio facta eſſet ante inſtitutum iudiciū querelæ.*

DISTINCTIO LXXII.

1 VT nihil antiquitatis ignoretur, circa propoſitam iuris controuerſiam, in qua, pro temporum varietate, varia fuerunt iura promulgata, conſueui ego, ad l. in quartam, ff. ad l. falcid. vbi latiſſimè tractat Bart. de ijs quæ in legitimam imputantur, altius repetendo materiā, hoc pacto diſtinguere, Aut loquimur, de ijs, quæ capiuntur in vim modi, vel in vim precij, Aut de ijs, quæ capiuntur cauſa conditionis implendæ. Si de ijs quæ capiuntur in vim modi, vel in vim precij, in legitimam imputantur, cum imputentur etiam in falcidiam l. qui fundum l. ſi dignum & l. in ratione, 2. §. tam & ſi, ff. ad legem falcid. Docet Bar. ad d. l. in quartam eod. tit. nu. 10. & ſequun-
2 tur communiter DD. ſi de his quę capiuntur cauſa conditionis implendę Aut conditio tranſit in diſpoſitionē, Aut non, Si tranſit, quia quod eo modo capit ex fideicōmiſſo ſcilicet vel prælegato cauſa conditionis implendæ, neceſſario capitur, dicendum eſt,
3 vt infra in ſequenti diſtinctione. Si verò in diſpoſitionem nō tranſit, ſed manet in puris terminis dati cā cōditionis implendę, ita vt contingenter capiatur, rurſus diſtinguendum eſt, Nā, Aut filius, cui legitima debetur

eſt præteritus in parentis teſtamēto, Aut nō, Primo caſu, licet aliquid legati titulo, vel fideicommiſſi fuerit ei relictum, illud tamen in legitimā imputare non compellitur, cum poſſit dicere teſtamentū nullum, & ſuccedere ab inteſtato, præteritione enim ſui hæredis teſtamētum nullum eſt, Inſtit. in princ. de exhæred. lib. l maximum vitium, C. de lib. præter.
4 Secundo caſu, Aut eſt inſtitutus in re modica, Aut exhæredatus, vel ita præteritus, vt pro exheredato habeatur, iuxta, §. vltimum Inſtit de exhæreda. lib. Si in re modica inſtitut, nō cogitur datum cauſa conditionis implendæ in legitimam imputare, l. ſ. imus, § repletionem, C de inoff. teſtam
5 Si exhæredatus expreſsè vel tacitè, id eſt ita præteritus, vt pro exheredato habeaē, Aut loquimur de iure Digeſtoru, Aut de iure Nouiſſimo, Si de iure Digeſtorum, Aut cōditio eſt iniuncta hęredi, Aut alteri honorato, puta legatario, vel ſtatulibero, Primo caſu, Si filius, cui legitima debetur, ſciens agnoſcat iudicium teſtatoris, cogitur etiam datum cauſa conditionis implendæ in legitimam imputare, l. Papinianus, §. ſi conditioni
6 ff. de inoff. teſtam vbi Iacob. Cuyac. Secundo caſu, Aut, ante inſtitutum iudicium quærelæ inofficioſi teſtamenti, acceptauit filius quod iuſſi erant legatarij, vel alij honorati dare, Aut non, Si acceptauit, cogitur imputare, & à quærela excluditur d. §. ſi
7 conditioni, vbi Bart Si verò non acceptauit, Aut ei fuit facta oblatio ante inſtitutum iudicium querelę, Aut poſt. Primo caſu cogebatur imputa-
8 re, & à querela excludebatur. Secundo nequaquam, d. §. ſi conditioni, Iu-
9 re autem nouiſſimo, Aut fuit ſine cauſa exhæredatus filius, Aut cum cauſa, Si ſine cauſa, cum teſtamentum ſit nullum, §. aliud quoq; cap. in auth. vt cum de appell. cognoſc. nihil cogitur
10 imputare, Si cum cauſa, Aut cum cauſa allegata, & probata, & tunc excluditur in totum, etiam à legitima,
11 d §. aliud quoque cap. Aut cum cauſa allegata, & nō probata, & tunc imputare non cogitur, ſed admittitur ad agendum querela inofficioſi teſtamenti, vt latè tradit, poſt alios, Minſyng. in princ. Inſtit. de inoff. teſtam. num 6. & 7.

Duplex igitur ex hac diſtinctione elicitur concluſio. Prima eſt, capta in
12 vim modi, vel in vim, precij, in legitimam filijs imputantur, vt per Bart. ad d. l. in quartam, ff. ad l falcid. num. 10. per iura ſupra allegata in corpore diſtinctionis.
13 Secunda eſt Datum cauſa conditionis implendæ in legitimam non imputatur, l. Scimus, § repletionem, C. de inoff. teſtam.
14 Limitatur Primū, iure Digeſtorū inſpecto, ſi filius exhæredatus, ſciens ante inſtitutam querelam inofficioſi teſtamenti agnoſcat iudicium patris, l. Papinianus, §. ſi conditioni, ff. de in off. teſtam.
15 Limitatur Secundo, eodem Digeſtorum iure, etiam in caſu, vbi non acceptauerit, ſi ei oblatio ante inſtitutum iudiciū querelę facta fuiſſet, d. §. ſi conditioni.

ARGVMENTVM.

An, & quando filius imputet ſibi in legitimam quod neceſſario capit ex teſtamento patris.

SVMMARIVM.

1 *Filius præteritus non cogitur legatum, vel fideicommiſſum à parente relictum in legitimam imputare, cum poſſit dicere teſtamentum nullū.*
2 *Filius exhæredatus, vel ea præteritione præteritus, quæ pro exhæredatione habeatur, iure veteri, legatum, vel fidei-*

Digitized by Google

fideicommiſſum, quod aſcendebat ad legitimam, cogebatur imputare, & à querela excludebatur.

3 *Secus autem, ſi ad legitimam non aſcendebat niſi eſſet additum, vt repleretur boni viri arbitratu.*

4 *Filius exhæredatus, iure nouo, à Iuſtiniano inducto, ante ius Authenticorum, relictum purum cogebatur in legitimam imputare, & à querela excludebatur.*

5 *Relictum autem in diem, vel conditionale, à quo poterat dilatio, vel conditio remoueri, ea remota, imputabatur.*

6 *Secus, ſi tale erat, à quo non poſſet, ſine illius corruptione, conditio, & dilatio remoueri.*

7 *Conditio, à ſubſtitutionibus directis, non poteſt remoueri, cum ſit de forma illarum.*

8 *Ius accreſcendi eſt quaſi ſubſtitutio.*

9 *L. Scimus, §. repletionem. C. de inoff. teſtam. declaratur.*

10 *Filius exhæredatus, iure nouiſſimo Authenticorum, nec quod neceſſario capit ex teſtamento paterno cogitur imputare in legitimam, quæ hodie debetur titulo inſtitutionis.*

11 *Filius inſtitutus in re modica, quod alio titulo capiebat ex teſtamento paterno, iure digeſtorum, ſi legitimam ſupplebat, imputabat, ſi non ſupplebat, nequaquam.*

12 *Niſi additum eſſet, vt ſuppleretur arbitrio boni viri, nam tunc quoq; imputabat, & excludebatur à querela.*

13 *Filius inſtitutus in re modica, iure Authenticorum, quod relictum eſt ſibi purè alio titulo, imputat in legitimã.*

14 *Quod verò relictum eſt ſub conditione, vel in diem, imputat, remota conditione, vel dilatione, ſi tale eſt relictũ, à quo poſſit remoueri, ſin autem, nequaquam.*

15 *Filius præteritus non cogitur relictum aliquod ſibi in teſtamento paterno, quod poteſt dicere nullum, imputare in legitimam.*

16 *Filius exhæredatus, vel ex præteritione omiſſus, qui pro exhæredatione habetur, vel in re modica inſtitutus, quod neceſſario capit ex teſtamento paterno, cogitur in legitimam imputare.*

17 *Limitatur. Primo, iure Digeſtorũ, ſi illud, quod relinquitur aſcendat ad legitimam, & ſuppleat, ſecus ſi non ſuppleat.*

18 *Sublimitatur, quando additum eſſet, vt repleri deberet boni viri arbitratu.*

19 *Limitatur Secundo, iure nouo, ſi ſit relictum pure, ſecus ſi in diem, vel ſub conditione.*

20 *Sublimitatur in relictis conditionalibus, à quibus poteſt remoueri conditio, vel dilatio, quæ, conditione, vel dilatione remota, imputantur.*

21 *Limitatur Tertio, iure Authẽticorũ, in filio exhæredato ſine cauſa allegata, & probata, qui non tenetur quicquam imputare, cum, eo iure, debeatur legitima titulo inſtitutionis.*

DISTINCTIO LXXIII.

Hvius etiam diſtinctionis ambitu, ſolitus ſum vniuerſam antiquitatem comprehendere, hoc modo nimirum declarando,
1 Aut filius, cui legitima debetur, eſt præteritus, Aut non eſt præteritus, Primo caſu, cum teſtamentum ſit nullum, Inſtit. in princip. de exhæredat. lib. & l. maximũ vitium. C. de liber. præterit. cum ſimilib. fruſtra dubita-
2 tur de rei alicuius imputatione in legitimam, Secundo caſu, Aut eſt exhæredatus, vel ita præteritus vt pro exhæredato habeatur, puta quia ſit præteritus à matre, §. vlt. Inſtit. de exhæred. libero. Aut eſt præteritus, Si exhæredatus eſt, vel pro exhæredato habetur, Aut loquimur de iure veteri, Aut de iure nouo, Si de iure veteri, Aut quod neceſſariò ex teſtamento, capitur aſcendit ad legitimam, Aut nõ, Si aſcendit imputat, vt à querela

rela

Digitized by Google

rela excludatur l.Papinianus.§.quo-
niam autem quarta, ff. de inoff. teſtā.
3 Si non aſcendit , Aut ſimpliciter eſt
relictum, Aut additum eſt, vt replea-
tur boni viri arbitratu, Si ſimpliciter
eſt relictum, non imputat d.§.quoniā
autem quarta l. omnimodo,& l.cum
quæritur,C. de inoff. teſta. eſt etiam
glo.in §.vlt Inſtit. de inoff.teſtam. Si
vero additum eſt , vt repleatur boni
viri arbitratu, imputat,§.ſed hæc In-
ſtit de inoff.teſtā.l. Scimus, in princ.
4 C. eod. Si iure nouiſſimo , per Iuſti-
nianum inducto, Aut iure anteriori ,
Aut iure Authenticorum,Si anterio
ri iure, Aut relictum eſt purum,Aut
conditionale,in diem,vel temporale
Si purum cogitur imputare,& à que-
rela inofficioſi excluditur,§.ſed hęc,
& §.vlt.Inſtit.de inoff. teſtam.l. om
nimodo,l. ſcimus in princ. & Authe.
nouiſſima,C.eod.§. ſi verò in Authē.
5 de triente & ſemiſſe, Si verò relictū,
eſt conditionale , in diem , vel tem-
porale,adhuc iterum eſt diſtinguen-
dum , Nam Aut eiuſmodi relictū eſt
tale , vt ab eo conditio , vel tempus
poſſit remoueri , abſque illius corru-
ptione, & deſtructione,Aut eiuſmo-
di non eſt , vt poſſit ab eo conditio ,
vel tempus remoueri, Primo caſu,re
mota conditione vel tempore, quaſi
non adiecto , imputatur, l. quoniam
in prioribus,& l.ſcimus,§.cum autē,
C. de inoff. teſtā. eiuſmodi autē ſunt
6 legata , vel fideicommiſſa, Secundo
autem caſu,quando ſcilicet conditio
non poteſt , ſine deſtructione diſpo-
ſitionis, remoueri, vt cōtingit in ſub
7 ſtitutionibus directis,in quibus con-
ditio eſt de forma , & in iure accre-
8 ſcendi,quod eſt quędam quaſi ſubſti-
tutio,l.ſi Titio, & Meuio, §. Iulianus,
ff.de leg. 2.& in vſufructu,qui,cum ſit
ſeruitus perſonalis, natura tempora-
lis eſt,§. vlt.Inſtitutio.de vſufruct.in
legitimam,quæ onus , & dilationem
non recipit, nō imputatur, ita intel-
ligitur l.ſcimus,§.repletionem,C.de
inofficioſo teſtam. Si verò loquimur
de iure nouiſſimo Authēticorum,ex
hæredatus nihil, quod neceſſariò ca-
piat , cogitur imputare , cum debea-
tur hodie legitima ſecundum cōmu-
nes traditiones honorabili inſtitu-
tionis titulo, §. aliud quoque cap.in
Authen. vt cum de appellatione co-
gnoſcitur, Quod, ſi filius eſt inſtitu-
tus, Aut in eo inſtitutus eſt, quod ad
integram legitimam aſcendat, Aut in
re modica, Si in eo,quod aſcendit ad
legitimam, ſine dubio imputatur,ca-
pit enim illud iure hæreditario , iux-
ta d.§.aliud quoque cap. Si in re mo-
dica, adhuc diſtinguendum eſt,nam,
Aut loquimur de iure veteri, Aut de
iure nouo,Primo caſu, Si quod lega-
tum erat, vel per fideicommiſſum re
lictum, aſcendebat,cum eo,quod ca-
piebatur iure hæreditario,ad quartā
debitam iure naturæ , imputabatur ,
& querelæ inofficioſi teſtamenti lo-
12 cus non erat, Aut vtrumq; ſimul ad
quartam nō aſcendebat,& tunc, Aut
fuerat , à parente adiectum , vt boni
viri arbitratu deberet ſuppleri,& im
putabatur, vt colligitur ex,§.ſed hęc
inſtit.de inoff. teſtam & ex l. ſcimus
in princ. C. eod. Aut hoc non fuerat
adiectum, & non imputabatur,nec à
querela inſtitutus excludebatur , vt
colligitur ex l.cum quæritur,C.de in
off.teſtam.ex l. Papinianus,§.quoniā
autem quarta,ff.eod.necnō ex, §.vlt.
13 iuncta glo. Inſtit.eod. Aut loquimur
de iure nouo à Iuſtiniano inducto,et
tunc,Aut quod alio titulo, quàm in-
ſtitutionis eſt filio relictum,purè re-
lictum eſt, Aut ſub conditione, Si pu
re imputatur d.l.ſcimus,§.cum autē,
14 Si ſub conditione , vel in diem, rur-
ſus , eodem modo quo ſupra , diſtin-
guendum eſt, Aut conditio poteſt re
moueri , vel dies , & remouetur , &
imputatur, d.§. cum aūt, Aut nō pōt
remoueri , & non imputatur,d.l.Sci
mus,§. repletionē. C. de inoff. teſtā.

Ad duas igitur principes conclu-
ſiones

Digitized by Google

ſiones redigitur hæc noſtra Theoria. Altera eſt.

15 Filius præteritus nõ cogitur relictum aliquod ſibi à patre in legitimã imputare, cum poſſit dicere teſtamẽtum nullum, Inſtit. in princ. de exhæred liber.

16 Altera eſt, Filius exhæredatus, vel ea præteritione omiſſus, quæ pro exhæredatione habetur, Aut in re modica inſtitutus, quod neceſſariò capit ex teſtamento paterno, puta iure legati, vel fideicommiſſi, in legitimam imputare compellitur, l. Papinianus, §. quoniam autem quarta, ff. de inoff. teſtam.

17 Limitatur Primum ſecunda hęc cõcluſio, vt procedat iure digeſtorum, ſi illud quod relinquebatur aſcendebat ad legitimam, ſecus ſi eam nou ſupplebat, d. §. quoniam autẽ quarta.

18 Sublimitatur hæc limitatio, vt cõcluſioni deroget, quando ſimpliciter aliquid erat filio relictum, quod non aſcendebat ad legitimã. Secus quando erat additum, vt repleri deberet boni viri arbitratu, l. ſancimus in princ. C de inoff. teſtam.

19 Limitatur Secundo, vt procedat de iure nouo, ſi ſit relictum pure, ſecus ſi ſub cõditione, d. l. ſcimus in §. repletionem.

20 Sublimitatur hęc limitatio, vt concluſioni deroget, in relictis, à quibus conditio, vel tempus remoueri non poteſt, iuxta terminos. d. §. repletionem, Secus in relictis, à quibus conditio, vel tempus, & dilatio poteſt remoueri, Nam tempore vel conditione remotis, in legitimam imputãtur, d. l. Scimus, §. cum autem, C. de inoff. teſtam.

21 Limitatur Tertiò iure nouiſſimo in filio exhæredato ſine cauſa allegata & probata, qui non tenetur quicquã imputare, cum eo iure debeatur legitima titulo inſtitutionis d. §. aliud quoq; capitulum.

ARGVMENTVM.

An, & quando Fideicommiſſo grauatus, fructus poſt aditam hæreditatem, ante tamen diei, vel conditionis fideicommiſſi aduentum perceptos, reſtituere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, vna cum hæreditate reſtituere debet indiſtinctè hæres, qui illos quoq; reſtituere eſt expreſſè, vel tacitè grauatus.*

2 *Fructus perceptos, poſt aditam hæreditatem, antea quam ceſſerit fideicommiſſi dies, ſi dies, vel conditio in gratiam fideicommiſſarij fuerit appoſita, tenetur reſtituere hæres grauatus.*

3 *Fructus perceptos poſt aditam hæreditatem, anteaquàm dies fideicommiſſi ceſſerit, vbi dies, vel conditio ſit appoſita in gratiam hæredis, ſi hæres grauatus erat creditor, & fuerat expreſſe inſtitutus pro ſatisfactione ſui crediti, facta compenſatione, tenetur reſtituere, ſi aliquos vltra creditum percepit.*

4 *Si verò ſimpliciter fuerit inſtitutus, tenetur compenſare, ſed perceptos vltra creditum non tenetur reſtituere.*

5 *Fideicommiſſo grauatus reſtituere quãtamcunq; pecuniam ad eum peruenerit, diminuta hæreditate, poſt aditionem, ante aduentum conditionis fideicommiſſi, tenetur damnum fructibus compenſare.*

6 *Fideicommiſſarius, ad quem pecuniæ augumentum non pertinet, neq; damnum, & diminutio debet pertinere.*

7 *Fideicommiſſo grauatus reſtituere hæreditatem, ea diminuta poſt aditionem, ante aduentum conditionis fidei*

commiſſi

commiſſi, non tenetur damnum fructibus reſarcire, & compenſare, niſi dolo ſuo, vel culpa res hæreditaria perierint.

8 *Fideicommiſſarius, ad quem pertinet augumentum hæreditatis, factum ex partu ancillæ, & per alluionem, debet etiam pertinere damnum, quod caſu contingit.*

9 *Fideicommiſſo grauatus, etiam nulla ſecuta hæreditatis diminutione, tenetur reſtituere fœtus ſummiſſos poſt aditionem, ante conditionis aduentum, & fructus ſeminatos à teſtatore, ſecundum communem ſententiam.*

10 *Fideicommiſſo grauatus reſtituere hæreditatem nominatim, fructus perceptos, poſt aditionem, ante conditionis aduentum, reſtituere non tenetur.*

11 *Fideicommiſſo grauatus reſtituere hæreditatem circunſcriptiuè, oratione indefinita, fructus perceptos poſt aditionem, ante aduentum conditionis, præter fœtus ſummiſſos reſtituere non tenetur.*

12 *Fideicommiſſo grauatus reſtituere hæreditatem circumſcriptiuè, oratione vniuerſali, habente ſignum vniuerſale geminatum, ſi ſigna ſint coarctata per verbum, ſupererit, fructus non conſumptos reſtituere tenetur.*

13 *Si verò coarctata non ſint, tunc fructus veniunt in reſtitutionem, quando ſigna vniuerſalia adiunguntur alicui ſubſtantiuo generali, & tranſcendenti, quod ſuo ambitu includit etiam fructus, vt pecuniæ nomen.*

14 *Fructus percepti, poſt aditionem, ante aduentum conditionis fideicommiſſi, in reſtitutionem non veniunt.*

15 *Limitatur niſi teſtator tacitè vel expreſſè voluit, vt reſtituerentur.*

16 *Item ſi dies, vel conditio eſt appoſita in gratiam fideicommiſſarij.*

17 *Item ſi heres grauatus ſit creditor, tūc enim compenſat fructus cum credito, & reliquos reſtituit.*

18 *Sublimitatur, vt deroget concluſioni, quo ad reliquos fructus, ſi expreſsè ſit inſtitutus pro ſatisfactione ſui debiti, ſecus ſi ſimpliciter.*

19 *Item limitatur ſi hæreditas ſit diminutionem, & damnum paſſa.*

20 *Sublimitatur, vt deroget, ſi diminuta ſit facto hæredis, vel ſit grauatus reſtituere quantamcunq; pecuniam ad eum peruenerit. ſecus ſi ſine illius culpa, eſt grauatus ſimpliciter hæreditatem reſtituere.*

21 *Item limitatur in fœtibus animalium ſubmiſſis.*

22 *Itē in fructibus à teſtatore ſeminatis.*

23 *Item etiam in alijs fructibus, ſi hæres ſit grauatus reſtituere oratione vniuerſali, habente ſignum vniuerſale geminatum.*

24 *Sublimitatur, vt concluſioni deroget, quando ſignum vniuerſale geminatū eſt adiunctum ſubſtantiuo, quo generaliter ſaltem exprimūtur fructus, vt quantacunq; pecunia. ſecus ſi ſimpliciter & abſolutè poſitū eſt, quicquid, quantumcunq,*

25 *Item limitatur etiam, quando ſignum vniuerſale geminatum eſt coarctatū per verbum, ſupererit, in fructibus nō conſumptis, & ſuperexiſtentibus.*

26 *Sublimitatur, vt concluſioni non deroget, ſi dictum verbum, ſupererit, referatur tantum ad hæreditatem reſtituas quantumcunq; de hæreditate ſupererit.*

DISTINCTIO LXXIIII.

DIfficilimi huius problematis non infructuoſam ſolutionē tradidimus nos, diſtinctione de more adhibita, ad l. in fideicommiſſariam. C. ad S.C. Trebell. hoc modo declarando; Aut hæres eſt expreſ-
3 ſe grauatus, etiam fructus reſtituere vel ex legitimis coniecturis colligit teſtatorem ſic voluiſſe; Aut nihil de fructibus dictum eſt. & in dubio omnino verſamur. Primo caſu tenetur etiam fructus reſtituere d. l. in fideicommiſſariam l. ſi ita §. Pegaſus, ff de leg. 2.

Digitized by Google

2 leg.2, cum alijs adductis per Peregri
num,omnino videndum, in hac mate
ria, in tract. de Fideicom.Art.49.nu.
24,& nu.25.cum ſeqq. Secundo caſu,
Aut dies, vel conditio eſt appoſita in
gratiam fideicommiſſarij, Aut in gra
tiam hæredis, Si in gratiam fideicom
miſſarij, etiam fructus in reſtitutio-
nem veniunt, d. §. Pegaſus & l. in fi-
deicommiſſi, § nonnunquàm verſic.
3 cum Pollidius.ff.de vſur. Si in gratiã
hæredis, rurſus diſtinguendum eſt,
quia Aut hæres eſt creditor, Aut nõ,
Si eſt creditor, Aut expreſsè inſtitui-
tur pro ſatisfactione ſui crediti,& te
netur hæres fructus,tamquam res re
ſtituendas,cum credito compenſare,
reliquos autem vltra creditum per-
ceptos reſtituere, vt ex Romano do-
cet Ripa ad d. l.in fideicõmiſſariam,
ff. ad S. C. Trebell. per tex. in l. cum
4 quis in §. mulier. ff. de dote præleg.
Aut ſimpliciter inſtituitur, & tunc
tenetur quidem cum credito compẽ-
ſare, fructus tamen reliquos, vltra
creditum perceptos, reſtituere non
compellitur d.§. mulier DD.commu
niter ad d. l. in fideicommiſſariã vbi
Ripa num.19.Si verò hæres creditor
non eſt, Aut hæreditas damnum, &
diminutionem eſt paſſa, Aut non eſt
diminuta,Si poſt aditionem,ante ad-
uentum conditionis fideicommiſſi,
eſt diminuta, adhuc diſtinguendum
5 eſt, propterea quod, Aut hæres eſt
grauatus reſtituere quantamcunque
pecuniam ex hæreditate ad eum per-
uenerit,Aut hæreditatem ipſam,Pri
mo caſu tenetur damnum fructibus
6 compenſare, quia cum eo caſu ad fi-
deicommiſſarium pecuniæ augumen-
tum non pertineat, nec damnum de-
bet pertinere l. ſcribit Celſus, & l.
ita tamen,§. hæres ex aſſe.ff. ad S. C.
7 Trebell. Secundo caſu,rurſus diſtin-
guendum eſt, quia, Aut res hæredi-
tariæ perierunt dolo,vel culpa hære-
dis, & ſine dubio tenetur hæres dam
num datum fructibus reſarcire, &
compenſare l. mulier quæ duobus,§.
ſed enim eod.tit.ad S.C.Trebel. Aut
ſine illius dolo, vel culpa perierunt,
& non tenetur hæres damnum reſar
8 cire,quia,cum hæreditatis augumen
tum,quod ex partu ancillæ, vel ex al-
luuione contingit ad fideicõmiſ-
ſarium non pertineat, ratio non pa-
titur, vt ad eum pertineat damnum,
l. ſecundum naturam,ff.de reg.iur. Si
vero hæreditas diminutionem & dã
9 num non ſit paſſa, Aut loquimur de
fœtibus ſubmiſſis & de fructibus à
teſtatore ſeminatis, Aut de alijs cu-
iuſcunq; generis fructibus, Si de fœ-
tibus ſubmiſſis & de fructibus à te-
ſtatore ſeminatis, illi quidem ſine du
bio in reſtitutionem veniunt l. dedu
cta,§. hæreditatem,ff.ad S.C.Trebel.
& l in lege falcid.placuit,ff.ad legem
falcid.efficiunt enim illi ſubmiſſione
pars gregis,hi verò faciunt,tempore
mortis teſtatoris fundum precioſio
rem,d.l.in lege falcidia placuit,& eſt
communis opinio nos tamen eã quo
ad fructus ſeminatos à teſtatore con
ſueuimus vnà cum Ripa ad d. l. in fi-
deicommiſſariam omnino reprobare
Si de non ſubmiſſis & non ſeminatis
à teſtatore & ſic de fructib' alterius
cuiuſcunq; generis adhuc iterum eſt
10 diſtinguendum Aut grauatus eſt hæ
res hæreditatem reſtituere nomina-
tim, Aut circumſcriptiuè,Si nomina
tim grauatus eſt reſtituere hæredita-
tem,fructus in reſtitutionem non ve
niunt,l.in fideicommiſſariam,ff.ad S.
11 C. Trebell.Si circumſcriptiuè, Aut
grauatus eſt indefinita oratione,vel
vniuerſali ſimplici, puta quia ſit gra-
uatus reſtituere,bona,patrimonium,
vel etiam omnia bona, Aut oratione
vniuerſali,habente ſignum vniuerſa-
le,quod noſtrates appellant gemina-
tim, cuiuſmodi ſunt particulæ,quic-
quid, quantumcunq; & ſimiles. Pri-
mo caſu fructus non veniunt in reſti-
tutionem,l.ſcribit Celſus.& l. dedu
12 cta,§.vlt.ff.ad S.C.Trebell. Secundo

Digitized by Google

caſu, Aut ſigna vniuerſalia geminata ſunt coarctata per verbũ, ſupererit, nimirum, quicquid, vel quantumcunque ſupererit, Aut coarctata nõ ſunt, Si ſunt coarctata eo modo, & reſtricta, fructus non conſumpti, in reſtitutionem non veniunt, l. in fideicommiſſi, § nonnunquam, ff. de vſur. Si
13 verò coarctata non ſunt, adhuc ſubdiſtinguendum, quia, Aut vniuerſalia ſigna, & geminata abſolutè, & ſine coarctatione adiunguntur alicui ſubſtantiuo generali, & tranſcendenti, quod, ſuæ ſignificationis ambitu, includit etiam fructus, cuiuſmodi eſt nomen ſubſtantiuum pecunia, vt puta, quantacunq; pecunia ex hæreditate, de bonis meis ad te peruenerit, Aut non adiunguntur termino ſubſtantiuo generali, & tranſcendenti, ſed ponuntur ſimpliciter, & abſolute, vt puta, quicquid ex hæreditate boniſq; meis ad te peruenerit, Primo caſu fructus quoq; veniunt reſtituendi, Tex. eſt apertiſſimus in l. Baliſta, ff. ad S.C. Trebell. Secundo caſu fructus in reſtitutionem non veniunt, Tex. eſt pariter apertiſſim⁹ in l. quod his verbis, ff de leg. 3 & in l. hæredes mei in princ. ff. ad S.C. Trebell.

Vnicam igitur habemus, ex hac diſtinctione vniuerſa, concluſionẽ, eamque negatiuam, quæ plures recipit limitationes, & ſublimitationes adnotatione digniſſimas. Concluſio autem eſt eiuſmodi.

14 Fructus percepti poſt aditam hæreditatem, antequam dies fideicommiſſi cedat, in reſtitutionem non veniunt l. in fideicommiſſariam, ff. ad S.C. Trebell. l. poſtulante, §. ſed in huiuſmodi, eod. tit. l ſi ſi quis bonorum, ff. de leg. 1. l. Paulus de vſur.

15 Limitatur prima hæc concluſio vt locum ſibi non vendicet vbi teſtator tacitè voluiſſet, vel expreſsè iuſſiſſet cum hæreditate etiam fructus reſtitui, d l. in fideicommiſſariam, & l. ſi ita, §. Pegaſus, ff. de leg. 2. ibi[cum incremento]facit regula, l. in conditionibus, ff de cond. & demonſtr. & §. diſponat in auth. de nupt. cum alijs adductis, per Peregrin. de fideicommiſſ. art. 49. nu. 25 cum ſeqq

16 Limitatur Secundo, vt locum habeat, vbi appoſita eſt conditio, vel dies in gratiam hæredis, ſecus autẽ ſi ſit adiecta in gratiam fideicommiſſarij, vt in d.l. ſi ita, §. Pegaſus, ff. de leg. 2. & in l. in fideicommiſſi, §. non nunquam verſ. cum Pollidius, ff. de vſur. quo caſu hęres grauatus dicitur hæres fiduciarius l. Seius Saturninus ff. ad S.C. Trebell. qui non modo debet reſtituere fructus, ſed nec quartã quidẽ detrahere poteſt, nec fructus quartæ, vt tradit gloſ. ad d.l. in fideicommiſſariam in, §. vlt.

17 Limitatur Tertio, vt nec procedat vbi dies vel conditio ſit appoſita in gratiã hæredis, ſi hæres ſit creditor, vel quaſi ipſius teſtatoris, nam tunc quoq; fructus, quos pendente conditione perciperet, non quaſi immunes à reſtitutione lucraretur, ſed imputaret in creditum ſuum, & cum eo compenſaret, tamquam res reſtituendas, l. mulier, quæ duobus, §. cum proponeretur, ff. ad S.C. Trebell. l. quod de bonis, §. quod autem. ff. ad legem falcidiam, tradunt DD. ad ſæpius repetitam, l. in fideicommiſſariam, ff. ad S.C. Trebell. & in primis Ripa nu. 19. & Hieronymus Laur. nu. 36. qui limitationem hanc copioſè exornat reddendo rationẽ illius, & remouendo quę illi videbantur aduerſari ſub nu. 37. 38. & 39.

18 Sublimitatur hæc limitatio, vt cõcluſioni tunc demum deroget, quoad reliquos fructus perceptos vltra cõpenſatos cum credito, quando eſt expreſsè inſtitutus creditor pro ſatisfactione ſui crediti, tũc enim reliquos fructus tenetur reſtituere, vt ex Romano ſingul. 16. docet Ripa ad d.l. in fideicommiſſariam nu. 20. per Tex. in l. cum quis in §. mulier, ff. de dot. præ-

leg.

leg. Secus ſi ſimpliciter ſit inſtitutus d.§.mulier.

19 Limitatur Quarto, vt non procedat, quando hæreditas paſſa eſt dimi nutionem, tunc enim tenetur hæres grauatus damnum fructibus compen ſare, l. ſcribit Celſus, alias l. ſi is qui quadringenta,& l.ita tamen,§.hæres ex aſſe l.mulier,quæ duobus,§.ſed enim,ff.ad S. C. Trebell· Ad fideicom miſſarium enim damnum pertinere, ad quem commodum non pertinet, contrariorum ratio nō patitur l. vlt. §.vlt. de leg.3. l. vnica,§. pro ſecundo,C.de caduc. tollend. tradit hanc limitationem ad d. l. in fideicommiſſariam Ripa num.18.& Hieron.Laur. num.35.

20 Sublimitatur hęc limitatio,vt con cluſioni deroget, quando damnū con tingit dolo, & culpa hæredis grauati, vel quando fuit grauatus reſtituere quantamcunq; pecuniam ad eum peruenerit, Secus ſi damnum ſine illius dolo,vel culpa contingit,& ſimpliciter fuit grauatus hæreditatē reſtituere, tunc enim, quemadmodum augumentū hæreditatis ex partu ancillæ,& per alluuionem ad fideicommiſſarium pertinet,ita etiam damnū, quod caſu accidit, arg.l.ſecundum na turam,ff.de reg. iur.

21 Limitatur Quinto ex ſententia Ripæ ad d. l. in fideicommiſſariam nu. 22. vt locum non habeat in fœtibus animalium ſubmiſſis,quāquàm enim animalium fœtus in fructu eſſe dicūtur,§. in pecudum inſtit.de rerum di uiſione vbi tamen ſubmiſſi ſunt,in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitu tionem veniunt,etiam ſi teſtator iuſſerit hæredem reſtituere hæreditatē ſuā,exceptis redditibus,Tex.eſt planiſſimus in l. deducta in §. hæreditatem,ff.ad S.C.Trebell.tradit Peregr. d.Art.43.nu.65.ratio autem iſtius limitationis eſt,quia illi fœtus ſubmiſſi in locum capitum inutilium, & de mortuorum, deſinunt eſſe in fructu, & ad redditus non referuntur, poſtquam ſunt ſubmiſſi, ſed ſunt partes gregis, qui debet in ſuo certo numero cōſeruari, cum vſusfructus ſit ius alienis rebus vtendi fruēdi,ſalua rei ſubſtātia Inſtit.in princ.de vſusfruct.

22 Limitatur Sexto cōcluſio ſupra poſita, vt locum nō habeat in fructibus medio tempore perceptis, poſt aditam ſcilicet hęreditatem,& ante aduentum diei vel conditionis fideicōmiſſi, de quibus agimus, vbi ſemina, ex quibus ortì ſūt eiuſmodi fructus, fuerunt ſata à teſtatore, per Tex. in l.in lege falcidia placuit,ff. ad legem falcid. vbi gloſ. & Alex qui eandem opinionem tenet ad l.Centurio,ff.de vulg. & pupill. & eandem ſequitur Hieron.Laurent. ad d.l. in fideicommiſſariam,ff. ad S. C. Trebell.nu.27. vbi pro hac eadem opinione Ripa de communi teſtatur nu. 12.qui tamen, optimis rationibus,hanc limitationē reprobat,& Ripæ opinionē nos quoquè ibi pluribus comprobauimus,& arbitramur veriſſimam eſſe,communis enim opinio locum habere poteſt in fideicommiſſo puro,vt per Peregr. de fideic.Art.49. nu. 16. nōn in conditionali de quo agimus.

23 Limitatur Septimo,vbi hæreditas non eſt diminutionem paſſa, vt procedat, ſi hęres ſit grauatus reſtituere hæreditatem nominatim,vel circum ſcriptiuè oratione indefinita,vt in d. l. in fideicōmiſſariā & in l.ſcribit Cel ſus & in l.deducta,§.vlt.ad S.C.Trebell.Secus ſi oratione vniuerſali,habente ſignū vniuerſale geminatum, & non coarctatum l.in fideicommiſſi §.nonnunquam,ff.de vſur.cuiuſmodi ſunt, quicquid, quantumcunq;,& ſimilia,l.Baliſta ad S.C.Trebel Tradit Bart.ad d.l.in fideicommiſſariam nu. 4.& DD. communiter & in primis Ripa nu.15.

24 Sublimitatur hæc limitatio,vt cōcluſioni deroget, quando ſigna illa vniuerſalia geminata ſunt adiuncta

Digitized by Google

nomini ſubſtantiuo, quo generaliter ſaltem exprimũtur etiam fructus, vt eſt pecuniæ nomen, & ita loquitur d. l. Baliſta, ſecus vbi ſignum vniuerſale ponitur abſolutè, & ſimpliciter, nam tunc fructus in reſtitutionem non veniunt, d. l. quod his verbis, & d. l. hæredes mei in principio docet Barto. ad d. l. Baliſta nu. 1. & 2.

25 Limitatur Octauo, vt nec locum quidem habeat dicta concluſio, vbi grauatus hæres oratione vniuerſali, in qua ſignum vniuerſale ſit coarctatum per verbum ſupererit, quoad fructus non conſumptos, & qui ſuperſunt, veniunt enim in reſtitutionem, Tex. eſt expreſſus in d. l. in fideicommiſſi in §. nonnumquam, ff de vſur.

26 Sublimitatur hæc limitatio, vt cõcluſioni tunc demum deroget, cum ſignum vniuerſale refertur ad hæreditatem, & bona ſimul, vel ad bona tãtum, quorum appellatio latior eſt, quàm hæreditas, vt puta, quia dictũ ſit, quicquid ſupereſt ex hæreditate, & bonis. & ita procedit d. §. nõnumquàm; ſecus ſi referatur ad hæreditatem tantum, quia tunc fructus in reſtitutionem non veniunt, iuxta Tex. in d. l. deducta, §. fi. ff ad S.C. Trebell. gloſa eſt in d. l. Titius eod. tit. quam ſequuntur Bart. & alij communiter, vt de communi teſtatur Ripa ad d. l. in fideicommiſſariam num. 16. in fine.

ARGVMENTVM.

An, & quando grauatus fideicommiſſo Gregem, vel Armentum reſtituere, teneatur reſtituere etiam fœtus non ſubmiſſos.

SVMMARIVM.

1 *Gregem reſtituere, ex particulari fideicommiſſo, purè grauatus, etiam fœtus reſtituere tenetur.*

2 *Gregem, acceſſoriè relictum, reſtituere grauatus fideicommiſſo particulari, ſub conditione, vel in diem, etiam fœtus tenetur reſtituere.*

3 *Gregem principaliter reſtituere grauatus particulari fideicommiſſo, in diem, vel ſub conditione, ſi dies, vel conditio eſt adiecta, in gratiam grauati non tenetur fœtus reſtituere.*

4 *Secus ſi dies vel conditio eſt appoſita in gratiam fideicommiſſarij, tunc enim indiſtinctè fœtus reſtituuntur.*

5 *Grex, vbi venit reſtituendus ex cauſa fideicommiſſi vniuerſalis, fœtus non ſubmiſſi, veniunt, & non veniunt in reſtitutionem, ſecundum diſtinctionẽ præcedentem, & ſubſequentes, aliorum fructuum.*

6 *Gregem reſtituere grauatus fideicommiſſo particulari, nec fœtus non ſubmiſſos tenetur reſtituere.*

7 *Limitatur, vt procedat in eo, qui grauatus eſt reſtituere Gregem, ſiue Armẽtum nominatim, & principaliter, ſecus ſi acceſſoriè.*

8 *Limitatur Secundo, vt nec procedat in eo, qui grauatus eſt reſtituere Gregẽ acceſſoriè, ſi grauatus eſt ſub conditione, vel in diem.*

9 *Sublimitatur, vbi conditio, vel dies eſt appoſita in gratiam grauati.*

10 *Fœtus veniunt in reſtitutionem Gregis ex fideicommiſſo vniuerſali, vel non veniunt, ſecundum diſtinctiones generales circa alios fructus.*

DISTINCTIO. LXXV.

Quia in præcedenti diſtinctione de fœtibus ſubmiſſis mentionẽ fecimus, libet hic breuiter, diſtinctione pariter adhibita obiter declarare An, & quando fidei-
1 commiſſo grauatus Gregem, vel Armentum reſtituere, teneatur etiã fœtus non ſubmiſſos reſtituere, qua de re latè etiam agit Peregr. de fideicõ. Art. 49. num. 64. cum ſeq. Aut igitur

Grex

Grex venit reſtituendus ex relicto particulari, Aut vniuerſali, Si ex particulari, Aut purè, Aut in diem, vel ſub conditione, Si purè, fœtus indiſtinctè in reſtitutionem veniunt l. Grege legato, ff. de leg. 1. & l. Equis,
2 §. æquitio. ff. de vſur. Si in diem, vel ſub conditione, Aut Grex venit reſtituendus acceſſoriè, Aut principaliter, Si acceſſoriè, puta cum fundo inſtructo, indiſtinctè fœtus in reſtitutionẽ veniunt, l. 3. in princ. ff. de fund.
3 inſtruc. Si principaliter, puta, quia nominatim Grex ſit relictus, Aut conditio eſt appoſita in gratiam grauati, Aut in gratiam honorati, Si in gratiā grauati, fœtus in reſtitutionem non veniunt arg. l. in fideicommiſſariam, ff. ad S. C. Trebell. & l. mulier, quæ
4 duobus in §. ſi hæres eod. tit. Si in gratiam honorati in reſtitutionem veniunt, l. fideicommiſſi, § nonnumquàm verſ. cum Pollidius, ff. de vſur.

5 Vbi verò relictus ſit Grex, vel Armẽtum ex cauſa fideicommiſſi vniuerſalis, ita vt vna cum hæreditate ſit reſtituendum, fœtus ipſi non ſubmiſſi, veniunt, & non veniunt in reſtitutionem, ſecundum proximam diſtinctionem, & ſubſequentes de alijs fructibus.

6 Duplicem igitur habemus ex hac diſtinctione concluſionem. Altera eſt, Gregem reſtituere grauatus fidei commiſſo particulari, fœtus non ſubmiſſos reſtituere non tenetur, arg. l. in fideicõmiſſariam, & l. mulier quæ duobus in, §. ſi hæres, ff. ad S.C. Trebell.

7 Limitatur Primum, vt procedat in eo, qui grauatus eſt reſtituere Gregem, ſiue Armentum nominatim, & principaliter, Secus ſi acceſſoriè, l. 3. in princ. ff de fũd. inſtruc. & inſtrum. legat.

8 Limitatur Secundo, vt nec procedat in eo, qui grauatus eſt reſtituere Gregem acceſſoriè, Si grauatus eſt in diem, vel ſub cõditione, l. in fideicommiſſi. §. non nunquàm verſ. cum Pollidius, ff de vſur.

9 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, vbi dies, vel conditio, eſt appoſita in gratiam honorati, Secus ſi in gratia grauati, d. l. in fideicommiſſariam.

10 Altera concluſio eſt, Fœtus nõ ſubmiſſi, vbi Grex debetur ex fideicommiſſo vniuerſali, quoad reſtitutionẽ, non differunt ab alijs fructibus.

ARGVMENTVM.

An, & quando fructus percepti ab hærede grauato poſt aduentum diei, vel conditionis fideicommiſſi, ante factam tamen verbalem illius reſtitutionem veniant reſtituendi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti poſt aduentum diei, vel conditionis, ante verbalem reſtitutionem fideicõmiſſi, ſi ita voluit teſtator, reſtituuntur.*

2 *Fructus ſati, à teſtatore reſtituuntur.*

3 *Fructus percepti ante verbalem reſtitutionem, poſt diei, vel conditionis aduentum, etiam in dubio reſtituuntur in caſibus, in quibus ante verbalem reſtitutionem trãſeunt actiones in fideicommiſſarium ipſo iure.*

4 *Secus in alijs caſibus, in quibus iura ipſo iure nõ tranſeunt, niſi hæres grauatus fuerit in mora.*

5 *Fructus percepti poſt aduentum diei, vel conditionis, ante verbalem reſtitutionem, in fideicommiſſarium reſtitutionem non veniunt.*

6 *Limitatur vbi conſtet de contraria voluntate teſtatoris.*

7 *Limitatur in fructib. ſatis, à teſtatore*

8 *Limitatur et vbi hæres grauatus fuerit in mora.*

Digitized by Google

DISTINCTIO LXXVI.

IN hac iuris controuerſia, quam latiſſimè tractat Peregrin. de fideicommiſſ. artic.49.nu 78. cum ſequen. cõſueui ego, ad l. in fideicom miſſariam. ff. ad S. C. Trebell. paucis plura perſtringendo, hoc pacto diſtin
1 guere, Aut teſtator expreſſit, vt fructus reſtituerentur, vel ex probabilibus coniecturis conſtat eum voluiſſe fructus reſtitui, Aut de illius voluntate tacitè, vel expreſsè non conſtat. Primo caſu reſtituuntur, d. l in fideicommiſſariam in 3. reſp. & l. Baliſta, vbi notatur, ff. ad S. C. Trebell. l. cum ita §. Pegaſus & l. Lucius, ff. de leg. 2. Mens enim teſtatoris, in vltimis voluntatibus, potiſſimum inſpicitur l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. tradit latè Peregrin. in d. artic. 49. num.
2 24, & 25. Secundo caſu, rurſus diſtinguendum eſt, nam, Aut verſamur in fructibus ſatis à teſtatore, pendentibus tempore mortis illius, recollectis tamẽ poſtquàm ceſſit dies fideicommiſſi, Aut in ſatis ab hærede, Si in ſatis à teſtatore, concludendũ eſt, indiſtinctè reſtituendos eſſe l. in lege falcidia, ff. ad legem falcid. Tradunt Iacob. de Arena Bald. Alex. & cæteri DD. communiter ad l. ſi quis bonorum, ff. de leg. 1. & nouiſſimè Peregr.
3 de fideicommiſſis, artic. 49. nu. 83. Si in ſatis ab hærede, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut verſamur in caſibus, in quibus, ante reſtitutionem verbalem, tranſeunt actiones in fideicõmiſſarium ipſo iure, de quibus per gloſ. in l. penult. C. ad S. C. Trebell. & tunc quoq; fructus in reſtitutionem veniunt, quia dominiũ in illis caſibus ipſo iure tranſit in fideicommiſſariũ, & iura hæreditaria apud hæredem remanent inutilia, vt latè per Ripam ad d. l. in fideicommiſſariam, num. 14. Tradit etiam Peregr. plures adducẽs, in ſæpius repetito Arit. 49. nume. 89.
4 cũ ſequen. Aut verſamur in caſibus, in quibus non tranſeunt iura in fideicommiſſarium, abſq; reſtitutione ſaltem verbali, quod regulare eſt, l. 1. in princ. l. cogi. & l. reſtituta, ff ad S. C. Trebell. & tunc, Aut hæres grauatus eſt in mora, Aut non, Si eſt in mora, tenetur reſtituere d. l. in fideicommiſſariam, cũ alijs adductis per Peregr. de fideicommiſſis in d. Artic. 49. nu. 85. vbi ſub nu. 86. & ſequenti, declarat quando hæres in mora eſſe dicatur. Si in mora non eſt, rurſus eſt diſtinguendum, quia, Aut fideicommiſſarius eſt præſens, & negligens in petenda reſtitutione, & tunc hæres fructus reſtituere non tenetur, nec in quartam imputare l. mulier quę duobus, §. ſi hæres ff. ad S. C. Trebell. Aut fuit abſens, & petere impeditus, & tunc dubium eſt, an hæres teneatur reſtituere fructus perceptos poſt aduentum diei, vel conditionis, ante factam reſtitutionem, communis tamen opinio eſt, vt fructus in reſtitutionem non veniant, per tex. in d. l. in fideicommiſſariam, vbi ſententiã hanc probat Angelus, num. 1. verſ. 6. fallit, & Alex. 1. u. 7.

5 Fructus igitur percepti poſt aduentum diei, vel conditionis, ante verbalem reſtitutionem in fideicommiſſariam reſtitutionem non veniunt, l. mulier. §. ſi hæres, l. poſtulante, §. 1. & l. in fideicommiſſariam, ff. ad S. C Trebell. cum alijs adductis per Pereg. de fideicommiſſ. d. Artic. 49. nu. 79.

6 Limitatur Primum, vt locum non habeat, vbi expreſsè, vel ex coniecturis conſtet de contraria volunte teſtatoris d. l. in fideicommiſſariam, in 3. reſponſo.

7 Limitatur Secundo, vt locum ſibi non vendicet in fructibus ſatis à teſtatore, qui pendebant tempore mortis illius d. l. in lege falcidia Tradit Peregr. d. artic. 49. num. 43.

8 Limitatur Tertio, vt nõ procedat, vbi hæres grauatus fuerit in mora, l.

mulier

Digitized by Google

mulier,§.ſi hæres,l.poſtulante,§.1.ff. ad S. C. Trebell.cum alijs,adductis per Peregr.in d.Artic.49.nu.85.

ARGVMENTVM.

An, & quando veniant in reſtitutionem fideicōmiſſariam fructus ciuiles,

SVMMARIVM.

1 *Fructus ciuiles, debiti ex contractu hæredis, vel actio ad illos in reſtitutionem fideicommiſſariam non veniunt.*

2 *Fructus ciuiles, debiti ex contractu defuncti, vbi dies venerit ante aditam hæreditatem, in reſtitutionē veniunt*

3 *Fructus ciuiles, debiti ex contractu defuncti, ſi dies ceſſit poſt aditam hæreditatem, ante reſtitutionem, ſi hæres fuit in mora reſtituuntur.*

4 *Secus ſi non fuit in mora.*

5 *Fructus non exacti ex contractu defuncti, vel actio ad illos, ſi venit dies poſt aditam hæreditatem, reſtituuntur.*

6 *Fructus ciuiles, debiti ex contracta hæredis, in fideicommiſſariam reſtitutionem, non veniunt.*

7 *Fructus ciuiles, debiti ex contractu defuncti, in reſtitutionem fideicommiſſariam veniunt.*

8 *Limitatur, vbi dies venit poſt additam hæreditatem, ante reſtitutionem, ſi hæres non fuit in mora.*

DISTINCTIO LXXVII.

AVt verſamur in fructibus ciui
libus, debitis ex contractu
hæredis, Aut in debitis ex
1 contractu defuncti, Primo caſu fru-
ctus ciuiles, vel actiones ad illos, in
fideicommiſſariam reſtitutionem nō
veniunt.l.poſtulante,§.vlt.in fi.ff. ad
S. C. Trebell. & l.deducta,§. penult.
2 eod.tit. Secundo autē caſu, Aut fru-
ctus ſunt exacti, Aut exacti non ſunt.
Si exacti, Aut venerat dies ante adi-
tam hæreditatem, Aut poſtea, Si an-
tea, reſtituuntur quia ſunt hæredita-
rij, arg l.ita tamen in § 1.ff. ad S.C.
Trebell tradit Caſtren.ad d.l poſtu-
3 lante in §.vlt. num.2. Aut venit dies
poſt aditam hæreditatem, antefactā
reſtitutionem,& tunc; Aut hęres eſt
in mora,& reſtituuntur, arg.l.mulier
§.ſi hæres & l poſtulante, §.1.ff. ad
4 S.C.Trebell. Aut non eſt in mora,&
in reſtitutionem non veniunt, l. de-
ducta, §. qui poſt.ff. ad S. C. Trebell.
5 tradit Caſtr.ad d.§.vltimum. Si ve-
rò exacti non ſunt, quia actiones, quę
ſitæ ex contractu defuncti ſunt hęre-
ditariæ, propterea indiſtinctè in reſti
tutionem veniunt, d.l poſtulante,§.
vlt. Huius diſtinctionis materiam,
tractat fuſius Peregr. de fideicōmiſſ.
artic.49.nu.100.

Ex diſtinctione, autem à nobis allata duæ principes eliciuntur concluſiones.

Altera eſt. Fructus ciuiles, qui de-
6 bentur ex cōtractu hęredis grauati,
in fideicommiſſariam reſtitutionem
non veniunt, l, poſtulante,§.vlt.in fi.
ff.ad S.C. Trebell.

7 Altera eſt. Fructus ciuiles, debiti, ex contractu defuncti, veniunt in fideicommiſſariam reſtitutionem, l.ita tamen,§.1.ff. ad S. C. Trebell. Caſtr. ad d.l.poſtulante,§.vlt.nu.2.

8 Limitatur, vt locum ſibi non vendicet, vbi ceſſit dies fideicōmiſſi poſt aditam hæreditatem, ante reſtitutionem, ſi hæres non fuit in mora l. deducta.§. qui poſt, ff. ad S. C. Trebell. Tradit Caſtr. in præallegato loco.

ARGVMENTVM.

An, & quādo liberi primi gradus teneantur fructus in Falcidiā, vel Trebellianicam imputare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *FRuctus recollectos ante mortem parentis, etiam liberi primi gradus tenentur in quartam imputare*

2 *Fructus, etiam perceptos poſt mortem parentis, ſi ab eo ſint ſeminati, tenentur liberi primi gradus, ex communi ſententia, in quartam imputare, licet contrarium ſentiat Auctor.*

3 *Fructus perceptos poſt moram, liberi quoq; primi gradus tenentur in quartam imputare.*

4 *Fructus perceptos poſt mortem teſtatoris, ante morã, non tenentur in quartam imputare liberi primi gradus, etiam ſi iuſſi ſint ſimpliciter eos imputare.*

5 *Secus ſi pater ſpecialiter iuſſit filium reſtituere fructus ab eo perceptos vltra legitimã, dubitat tamen Auctor.*

6 *Fructus perceptos poſt teſtatoris mortem, ante morã, liberi primi gradus, nec imputare tenentur, vbi extraneis hæreditatem ſint reſtituturi.*

7 *Fructus in Trebellianicam tenentur imputare filij naturales tantum.*

8 *Fructus perceptos poſt mortem patris, ante moram, filij legitimi, & legitimati, non tenentur imputare, ſiue detracturi ſint vnam quartam, ſiue duas, diſſentit tamen Auctor.*

9 *Fructus in falcidiam, vel in Trebellianicam imputare liberi primi gradus non tenentur, ſiue extraneis, ſiue fratribus ſint reſtituturi.*

10 *Limitatur in fructibus recollectis ante mortem parentis.*

11 *Limitatur, Secundo, in fructibus ſeminatis à defuncto patre.*

12 *Limitatur Tertio, in fructibus perceptis poſt moram.*

13 *Limitatur Quarto, ſi pater ſpecialiter iuſſit filium inſtitutũ reſtituere fructus percipiendos vltra legitimam.*

14 *Limitatur Quinto, in filijs naturalibus tantum.*

15 *Limitatur Sexto, in liberis primi gradus detrahentes duas quartas.*

DISTINCTIO LXXVIII.

1 AVt loquimur de fructibus recollectis ante mortem teſtatoris, & repertis in horreo, Aut de perceptis, & recollectis poſtea. Primo caſu ſine dubio imputantur in Trebellianicã, & in Falcidiã, quia capiuntur iure hæreditario, l. in
2 quartam vbi DD. communiter, ff. ad legem falcidiam, Secundo caſu, Aut verſamur in fructibus ſeminatis à parente, Aut in non ſeminatis à parente, Si in ſeminatis à parẽte defuncto, imputantur, ex communi interpretũ ſententia, ad l. in fideicõmiſſariã. ff. ad S.C. Trebell. per l. in lege falcidia placuit, ff. ad legem falcid. hanc tamen communem, ad d. l in fideicommiſſariam, reprobauimus nos, per generalitatem, l. iubemus. C. ad S.C. Trebel.
3 Si in non ſeminatis à Parente teſtatore, rurſus diſtinguendum eſt, quia Aut ſunt percepti poſt moram, Aut antea, Si poſt moram, imputantur, l. mulier, quæ duobus, §. ſi hæres. ff. ad
4 S.C. Trebell. Si antea, Aut pater iuſſit fructus imputari, Aut non, Si iuſſit, Aut iuſſit ſimpliciter fructus imputari, Aut iuſſit filium inſtitutum reſtituere fructus ab eo percipiẽdos vltra legitimam. Primo caſu non cogitur imputare, non obſtante iuſſu parentis, tex. eſt expreſſus in d. l. iubemus in princ. C. ad S.C. Trebell. Se-
5 cundo caſu cogitur reſtituere, vel imputare, vt tradit Peregr. de fideicommiſs. Art. 49. num. 60. ex Angel. Imol. Alex. & Claud. ad l. Baliſta, per illũ tex. ff. ad S.C. Trebell. ſequitur Ripa ad l. in fideicommiſſariam. ff. ad S.C. Trebell. num. 33. Cæphal. conſ. 777. Marzar. in Epit. fideicommiſſ. q. 49. hoc tamen apud me dubitationem recipit. Si verò pater de fructibus nihil
6 dixit, Aut verſamur in caſu vbi filius eſt reſtituturus extraneis, Aut non omnino extraneis, Sed fratribus, vel fratrum

Digitized by Google

fratrum filijs, Primo caſu communis eſt opinio,& vera,vt fructus non imputentur, & huius opinionis Auctores cumulat Ant.Gabr.in ſuis cōmu. concluſ.in tit.ad S.C.Trebell. concl. 12. num.5. & Ripa ad d.l.in fideicōmiſſariam,num. 29. vbi de communi teſtatur, quibus accedit Cagnol. teſtans de cōmuni, ad l. Papinianus. §. meminiſſe.ff. de inoff. teſtam. Beret. conſ.60. M.Ant. Eugen. noſter conſ. 34.num.9 & D.M.Sforz.Odd conſ. 8.num.33. necnon Peregr. de fideicō.
7 Art.49.num.7. & Fachineus lib.5.cōtrouerſ.iur cap.10.Secūdo caſu, Aut ſunt filij naturales tantum, Aut legitimi,vel legitimati, Si naturales tantum, tenentur imputare, arg.l.gene-
8 raliter. §. cum autem.C. de inſtit. & ſubſtit. Si legitimi, vel legitimati, Aut detracturi ſunt vnam tantū quartam,Aut duas,Si vnam,non imputāt d.l.iubemus.C.ad S.C Trebell.& cōſentiunt omnes, Si duas, dubia eſt controuerſia, magis tamen communis eſt opinio, vt pariter non imputent, ita tenet Bart.ad l.quod de bonis in §.quod Auus.ff. ad l.falcid.vbi eam ſequuntur Alex.& alij, quos refert Ant. Gabr.lib.4.com. concluſ.in tit. ad S. C. Trebellia.concluſ.1. nu. 2.quibus accedit Didacus Couar ad cap. Raynutius,§.11. nume. 8. de teſtam. Menoch. de Arbitrat. iud. lib. 2.caſ.255.num.35. Fachin.lib.5.controuerſiar.iuris cap.9.& Peregrin. de fideicom. plures adducens,& teſtans hanc in practica receptam eſſe in dicto Art 49 num.56.Hanc tamen ſententiam inter erroneas pragmaticorum opiniones numerat Ant. Faber. de error. Pragmatic. Decade.11. errore.5. ſentiens, tunc fructus debere etiā primi gradus liberos imputare (quod ante eum tenuerunt Caſtr. ad l. ſcimus,C.de innoff.teſt.& in conſ. 188.lib. 1. Alex.ad l.mulier,§. cum proponeretur,ff. ad S. C. Trebel. & alij, quos refert Ant.Gabr.in d.concluſ. 1. num. 10. quibus accedit Cephalus conſ. 153. num. 70. lib. 2.) & hæc ſententia mihi magis probatur, per tex.in d.l. iubemus, ponderando illum, vt per Fabru in allegato loco.
9 Concluſio igitur vnica eſt, vt fructus in Falcidiam, vel Trebellianicā imputare, liberi primi gradus non teneātur,ſiue extraneis, Siue fratribus ſint reſtituturi l. iubemus, C.ad S. C. Trebell.
10 Limitatur Primum, vt locum ſibi nō vendicet in fructibus recollectis ante mortem teſtatoris, & repertis in horreo qui,cum capiantur iure hæreditario,ſine dubio in Falcidiam imputantur, l. in quartam, ff. ad legem falcid.
11 Limitatur Secundo,vt non procedat in fructibus ſeminatis à parente defuncto, qui & ipſi,ex communi interpretum ſententia, ad l. in fideicōmiſſariam, ff. ad S. C. Trebell. per l. in lege falcidia placuit, ff. ad legem falcid. in quartam imputantur, Nos tamen ad d. l. in fideicommiſſariam reprobauimus hāc limitationem per generalitatem, d. l. iubemus.
12 Limitatur Tertio, vt non procedat in fructibus perceptis poſt morā filij, & hæredis, in hæreditate reſtituenda, qui pariter imputantur, l. mulier, quæ duobus,§. ſi hæres,ff.ad S.C. Trebell.
13 Limitatur Quarto, ſi pater ſpecialiter iuſſit filium inſtitutum reſtituēre fructus percipiendos vltra Legitimam, ex his quæ tradit Peregr. de fideicommiſſ. Art.49. num.60. hæc tamen limitatio apud me dubia eſt, cum videatur in fraudem, d. l. iubemus,C. ad S. C. Trebell. concepta.
14 Limitatur Quinto, in filijs naturalibus tantum, qui priuilegio, d. l. iubemus non gaudent, & propterea tenentur imputare, arg.l.generaliter §.cum autem, C. de inſtit & ſubſtit.
15 Limitatur Sexto,& vltimo,ſecundum aliquos, relatos in calce diſtin-

Digitized by Google

ctionis ſupra, vt non procedat, vbi liberi primi gradus ſunt detracturi duas quartas.

ARGVMENTVM.

An, & quando fructus imputentur in Falcidiam.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, vbi teſtator iubet eos in falcidiam imputari, in diſtinctè imputantur.*

2 *Fructus, qui capiuntur, non ſpecialiter ex rebus nominatim legatis, ſed ex hæreditate, ſi ſint recollecti ante mortem teſtatoris, vel pendentes, in falcidiam imputantur, vel ſunt in cauſa, vt minus de patrimonio teſtator erogaſſe, legando, videatur.*

3 *Fructus recollecti poſt mortem teſtatoris ex hæreditate, non ex rebus legatis, ſiue ante, ſiue poſt, aditam hæreditatem, in falcidiam non imputantur, ſed cedunt lucro hæredis.*

4 *Fructus, qui ſpecialiter capiuntur ex rebus nominatim purè legatis, quarũ dominium recta via in legatarios tranſeunt, vel vna cum re legata præſtantur, vel legatario volente, in falcidiam imputantur.*

5 *Fructus, qui ex rebus ſub conditione, vel in diem legatis capiuntur, ante diei, vel conditionis aduentum, in falcidiam imputantur.*

6 *Si verò percipiuntur poſt diei, vel conditionis aduentum, ſiue percipiantur negligentia non petentis ſiue mora nõ ſoluentis, ſemper, vel reſtituuntur, vel legatario volente, imputantur.*

7 *Fructus ſpecialiter percepti ex rebus nominatim legatis, quarum dominiũ recta via non tranſit in legatarios, poſt moram, aut reſtituuntur, aut imputantur in Falcidiam.*

8 *Ante moram autem, nec reſtituuntur, nec imputantur.*

9 *Fructus regulariter in Falcidiam imputantur, ſiue percipiantur ex hæreditate, ſiue ex rebus nominatim legatis, ſiue pure, ſiue in diem, aut ſub conditione, & ſiue percipiantur ante aduentum diei, vel conditionis, ſiue poſtea negligentia non petentis, vel mora non ſoluentis.*

10 *Limitatur in fructibus perceptis ex rebus legatis, quarum dominium ad legatarium recta via non tranſit.*

11 *Sublimitatur quando hæres fuit in mora.*

DISTINCTIO LXXVIIII.

1 Aut teſtator iubet fructus imputari, Aut non, Si iubet, imputantur, l. quod autem, ff. ad legem falcid. Si non iubet, ſed 2 in dubio verſamur, Aut loquimur de fructibus hæreditarijs, qui ex rebus non ſpecialiter legatis capiuntur, Aut de fructibus, qni capiuntur ſpecialiter ex rebus nominatim legatis. Primo caſu, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut loquimur de fructibus recollectis ante mortem teſtatoris, vel pendentibus, & imputantur, vel potius ſunt in cauſa, vt teſtator minus de patrimonio erogaſſe legando videatur l. in lege falcidia placuit, ff. 3 ad legẽ falcid. Aut loquimur de fructibus collectis poſt mortem teſtatoris, ante, vel poſt aditam hæreditatem, & in Falcidiam nõ imputantur, ſed cedunt lucro ipſius hæredis, l. in ratione, & l. in quantitate, ff. ad legem falcid. §. quãtitas Inſtit. eodem. 4 Secundo autem caſu, Aut verſamur in rebus legatis, quarum dominium recta via tranſit in legatarium, Aut in alijs. Primo caſu, Aut legatum eſt purum, Aut conditionale, vel in diem, Si purum, res legata vnà cum fructibus præſtanda eſt, vel, legatario volente, fructus ſunt in falcidiã imputandi, vt poſt gloſ. ſentit Bart.

ad

ad l. in fideicõmiſſariam, C. ad S.C.
Trebell.num.6. & ſequuntur DD.cõ
muniter, & in primis Ripa num. 48.
Si ſub conditione, vel in diem, Aut
agimus de fructibus perceptis ante
diei aduentum, vel conditionis, &
imputantur, l. quod de bonis, §. fru-
ctus, ff. ad legẽ falcid. vbi gloſ. l. Pau-
6 lus reſpondit, ff. eod. tit. Aut de his,
qui percipiuntur poſt aduẽtum diei,
vel conditionis, & tunc pariter, ſiue
negligentia non petentis, ſiue mora
non ſoluentis percipiantur, ſemper
vel reſtituuntur, vel, legatario volen
te, imputantur, & ita procedit com-
munis opinio, de qua per Ripam ad
d. l. in fideicommiſſariam t nu. 48. in
7 fin. Si verò verſamur in rebus, qua-
rum dominium, ſequuta teſtatoris
morte, legatario non quæritur, Aut
hæres eſt in mora, Aut non, Si eſt in
mora, cogitur reſtituere, vel imputa
re, vt per gloſ. ad d. l. in fideicommiſ-
8 ſariam. Si in mora non eſt, nec reſti-
tuere, nec imputare tenetur. d. l. Pau
lus reſpondit, in fin. ff. ad legẽ falcid.
9 Concluſio ergo eſt (vt plura in pau
ca conferantur) fructus in falcidiam,
Siue percipiatur ex hæreditate, Siue
ex rebus nominatim legatis, Siue pu
re, Siue in diem, aut ſub conditione,
& Siue percipiantur ante aduentum
diei, vel conditionis, Siue poſtea ne-
gligentia non petentis, vel mora nõ
ſoluentis, iuribus, & auctoritatibus
ſupra in corpore diſtinctionis prola-
tis.
10 Limitatur hęc concluſio, vt locum
ſibi non vendicet in fructibus perce-
ptis ex rebus legatis, quarum domi-
nium ad legatarios recta via nõ tran
ſit, d. l. Paulus reſpondit in fine, ff. ad
legem falcid.
11 Sublimitatur. vt concluſioni de-
roget, quando hæres non fuit in mo-
ra, Secus ſi fuit in mora, vt per gloſ.
ad d. l. in fideicommiſſariam, ff. ad S.
C. Trebell.

ARGVMENTVM.

Prælegata an, & quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Prælegatum propriè acceptum differt ab eo, quod præcipitur vel retinetur uniformiter quaſi ex legato.*

2 *Quaſi legatum in reſtitutionem fideicommiſſariam, regulariter, nõ venit.*

3 *Diſtinctio Antiquorum improbatur.*

4 *Prælegatum reſtituendum eſt, uel non, ſecundum expreſſam, vel coniecturatum teſtatoris mentem, vbi de ea conſtare poteſt.*

Prælegatũ hæredi fiduciario relictũ in reſtitutionẽ fideicõmiſſariã nõ venit.

5 *Prælegatum, in dubio, venit in totum reſtituendum, ubi hæres grauatus eſt uniuerſaliter reſtituere quicquid ex bonis, & hæreditate, uel patrimonio peruenerit, uel omnem ſuam hæreditatem, uel omnia bona, & ſic, ſiue ſignum uniuerſale ſit geminatum, ſiue ſimplex.*

6 *Niſi particularis facta ſit ſubſtitutio in prælegatis.*

7 *Prælegatum uniuerſum uenit in fideicommiſſariam reſtitutionem, ubi hæres granatus ſit ſimpliciter partem reſtituere.*

8 *Secus ſi partem hæreditatis, nam tunc non reſtituitur, niſi prælegati portio hæreditaria.*

9 *Prælegatum in fideicommiſſariam reſtitutionem non venit.*

10 *Limitatur, niſi conſtet de contraria teſtatoris uoluntate.*

11 *Limitatur, ubi grauatus eſt hęres per ſignũ uniuerſale, quicquid ex bonis, patrimonio, ſubſtantia, uel hæreditate, uel omnia bona, uniuerſam ſubſtantiam, & ſimilibus modis reſtituere.*

Digitized by Google

12 *Sublimitatur, vbi ſpecialis ſubſtitutio in prælegatis eſſet facta.*

13 *Limitatur etiam, vbi indefinitè ſit grauatus reſtituere partem ſimpliciter, nam tunc totum reſtituit, ſi vero grauatus eſt reſtituere partem hæreditatis, reſtituit portionem prælegati hæreditariam.*

DISTINCTIO LXXX.

1 PEr prælegata, in hac iuris con-
trouerſia, intelligo ea, quæ præ
cipere, iuſſus eſt, vnus ex plu-
ribus cohæredibus inſtitutis, & quæ
capiuntur difformiter, non antem ea,
quę inſtitutus ex aſſe deducit, vel prę
cipit, ſiue retinet; hæc enim, quæ ab
interprætibus ad l. in quartam, ff. ad
legem falcid. cum prælegatis confun
duntur, quemadmodum etiam à Pe-
regr de fideicōmiſſ. Art.7. non ſunt
ad prælegata propriè referenda, cum
vniformiter capiantur, iure quaſi hæ
reditario, ſeu ex quaſi legato, §. ſi
quis vna Inſtit. de fideicommiſſ. hæ-
2 red. & regulariter in reſtitutionem
fideicommiſſi non veniunt, vt rectè
ſentit Peregr. in d. Art.7. num.16 niſi
ſpecialiter teſtator aliud dixerit. De
veris igitur, & proprijs prælegatis
agendo, de quibus etiam loquitur
idem Peregr. in d. Art.7. num.21. &
Andr. Fachin. lib.5. controuerſ. iur.
cap.16. Nec non eruditus D. Gaſpar
Antonius Theſaur. lib.1. quæſt. foreſ.
q.17. ſic conſueuimus ad l. in fidei-
commiſſariam, ff. ad S. C. Trebell.
3 omiſſis Doctorum confuſionibus, &
exploſa Antiquorum diſtinctione,
an præceſſerit prælegatum, & ſubſe-
cuta ſit hæredis inſtitutio, & fidei-
commiſſum, an, econtra, prælegatū
ſit inſtitutionem, & reſtitutionem
ſubſequutum, quam nec Fachine. in
prællegato loco, nec Io. Vaud lib.1.
vari. quæſt. q. 8. recipiunt, breuiter
diſtinguere. Aut conſtat de volun-
tate teſtatoris, Aut verſamur in du-
4 bio, Primo caſu nihil ex prælegato,
vel prælegatum vniuerſum reſtitui-
tur, ſecundum coniecturatam ipſius
mentem l. liberto, §. filium, ff. de an-
nuis legat. l. Titia, ff. ad l. falcid. cum
alijs, adductis per Peregrin. in d. Ar-
tic.7. num.27. & poſt eum per D. Ga-
ſparem Anto. Theſaur. in d. q.17. vbi
latiſſimè agit de coniecturis volun-
tatis teſtatoris circa prælegatorū re-
ſtitutionem, Secundo Autem caſu,
vbi ſcilicet verſamur in dubio, Aut
hæres, cui prælegatum eſt relictum
grauatur vniuerſaliter reſtituere om
nia bona totum patrimonium, vni-
uerſam ſubſtantiam, vel quicquid ex
bonis, hæreditate, patrimonio, & ſub
ſtantia ad eum peruenit, Aut indefi-
nitè, & ſine ſigno vniuerſali reſtitue-
re grauatur, Si cum ſigno vniuerſali,
rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut
verſamur in hærede fiduciario qui ta
citam fidem interpoſuit, de reſtituen
do incapaci, Aut in hærede non fidu-
ciario, Si in fiduciario, prælegata in-
tegra retinet, l. eum qui §. pro parte,
ff. de ijs quibus, vt indign. vbi Bart.
tradit Peregr. in d. Art.7. num.58. ſi
in hærede non fiduciario verſamur,
Aut circa prælegatum, vel prælega-
ta, nulla facta, eſt ſpecialis prouiſio,
Aut facta eſt prouiſio ſpecialis per
particularem ſubſtitutionem, Si nul-
la facta eſt, in prælegatis, particularis
prouiſio, ipſa quoq; vniuerſa in reſti-
tutionem veniunt, l. cum virum, C.
de fideicommiſſ. l. cum pater, §. fidei
tuæ, ff. de leg.2. cum alijs, latè addu-
ctis per Peregr. de fideicommiſſ. Art.
5 7. num.23. cum pluribus ſequen. Si
vero facta eſt, in illis particularis ſub
ſtitutio, in vniuerſalem fideicommiſ
6 ſi reſtitutionem non veniunt, l. Lu-
cius, §. de pluribus, ff. ad S. C. Trebel.
vniuerſalis enim ſubſtitutio non re-
fertur ad ea, in quibus facta eſt ſpe-
cialis prouiſio, l. cohæredi, §. qui pa-
trem, ff. de vulg. & pupill. cum alijs
iuribus, & rationibus adductis per
Pere-

7 Peregrin in d. Art.7.num.30. Si indefinitè, & ſine ſigno vniuerſali, adhuc ſubdiſtinguendum eſt, nam, Aut hæres ſimpliciter grauatus eſt reſtituere partem, Aut eſt grauatus reſtituere partem hæreditatis, Si partem ſimpliciter, totum quoq; prælegatum reſtituere debet l. Marcellus, §. quidã liberis, ff. ad S.C. Trebell. Siue legatum præceſſerit inſtitutionem, & reſtitutionem, ſiue ſubſequutum fuerit, vt rectè ſentit Fachin. lib 5. controuerſ. iur. cap.16. quicquid dicat, eo modo cum Antiquis diſtinguendo, Peregr. in ſæpius repetito Artic. 7.num 34. cum ſequen. Si verò partẽ
8 hæreditatis, non totum prælegatum, tenetur reſtituere, ſed eam prælegati portionem, quam iure hæreditario accipit l. in fideicommiſſariam, ff. ad S.C.Trebell. in, §. vlt. l. ſi Titius ex parte, ff. de leg.3. tradit Fachineus in præallegato, cap.16.

9 Prælegatum igitur, regulariter, in fideicommiſſariam reſtitutionem, in totũ non venit, ſed ſolummodo quoad partem hæreditariam, l. in fideicommiſſariam, ff. ad S. C. Trebell.

10 Limitatur, vbi de contraria tacitè vel expreſsè cõſtet teſtatoris voluntate, l. liberto, §. filium, ff. de annuis leg.

11 Limitatur Secundo, vt non procedat, vbi hæres grauatus eſt, reſtituere quicquid ex bonis, patrimonio, ſubſtantia, vel hæreditate ad eũ peruenerit, vel omnia bona vniuerſam ſubſtantiam, & ſimilibus formulis, de quibus Peregrin. de fideicommiſſ. Artic.7.num.23. cum ſequen. Tex. eſt in l. cum virum, C. de fideicom. & in l. cum pater, §. fidei tuæ, ff. de leg.2.

12 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, quando nulla facta eſt vlterius in prælegatis prouiſio, ſecus ſi particularis ſubſtitutio in illis facta eſt, Tex. eſt in l. Lucius, §. de plutibus, ff. ad S. C. Trebell.

Limitatur etiam Tertio, & vltimo, vt locum habeat, ſi indefinitè ſit grauatus reſtituere partem hæreditatis, ſecus autem ſi partem ſimpliciter, nã tũc quoq; prælegatum vniuerſum in reſtitutionem venit, l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad S.C. Trebell.

ARGVMENTVM.

An, & quando per hæc, vel ſimilia verba, inſtituo filios meos hæredes, & illis non exiſtentibus, vel morientibus, ſubſtituo Meuium, intelligatur, virtute illius ablatiui abſoluti, vnà cum vulgari facta, etiam fideicõmiſſaria ſi deficiant filij ſine liberis poſt mortem teſtatoris, quandocunq;.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiuus abſolutus, indefinitè prolatus duplex, priuatiuus, & negatiuus.*
2 *Ablatiuus priuatiuus qui.*
3 *Priuatio præſupponit habitum.*
4 *Ablatiuus negatiuus qui.*
5 *Non viuens, non exiſtens dici poteſt etiam de eo, quod nunquã vixit nunquam extitit.*
6 *Negatio ſimplex non præſupponit habitum.*
7 *Ablatiuus abſolutus priuatiuus, deficientibus, morientibus, indefinitè prolatus, vbi de teſtatoris conſtat voluntate vltra vulgarem, inducit, etiam fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*
8 *Subſtitutio facta verbis communibus, virtute ablatiui abſoluti priuatiui, conditionem ſignificantis, comprahendit etiam fideicommiſſariam.*
9 *Ablatiuus abſolutus priuatiuus facilius*

lius includit tractum temporis poſt teſtatoris mortem, quàm ſimplex negatiuus.

10 *Voluntatis vltimæ effectus refertur ad tempus poſt mortem teſtatoris.*

11 *Hæreditas viuentis nulla eſt.*

12 *Mori, & deficere propriè dicitur qui poſt mortem teſtatoris ſuperfuit, deinde deceſſit.*

13 *Mancando, verbum Italicum, eſt priuatiuum.*

14 *Subſtitutio facta verbis merè directis, habens conditionem expreſſam per ablatiuum abſolutum priuatiuum, indefinitè prolatum, ad fideicommiſſariam non trahitur.*

15 *Compendioſa, facta à pagano verbis merè directis, euaneſcit poſt pubertatem.*

16 *Conditio expreſſa per ablatiuum abſolutum, merè negatiuum, non viuentibus, non exiſtentibus, non habet tractum: ſed ſtatim purificatur.*

17 *Subſtitutio concepta per ablatiuum abſolutum merè negatiuū, trahitur ad fideicomiſſariam, vbi conſtat de voluntate Teſtatoris.*

18 *Mens teſtatoris præfertur verbis.*

19 *Mens, vbi certa eſt, de verbis, quę illi ſeruiunt, non eſt laborandum.*

20 *Doctorum dicta intelliguntur ſecundū auctoritates ab illis allegatas.*

21 *Subſtitutio facta verbis directis, habens conditionem expreſſam per ablatiuum abſolutum negatiuum, indefinitè prolatum, ad fideicommiſſariam non trahitur.*

22 *Idem eſt ſi facta ſit verbis communibus, ſemper enim reſtringitur ad vulgarem.*

23 *Laderchij opinio, viri alioqui doctiſſimi, non admittitur.*

24 *Diſtribuatur, eſt verbum obliquum.*

25 *Subſtitutio facta per verba obliqua, vbi conditio eſt expreſſa per ablatiuū merè negatiuum, non trahitur ad fideicommiſſariam abſolutam, ſed vulgarem directam inducit, vel vulgarē fideicommiſſariam tantummodo.*

26 *Ablatiuus abſolutus indefinitè prolatus, vltra vulgarem, fideicommiſſariam non inducit.*

27 *Limitatur, vt non procedat, ſi de contraria conſtat teſtatoris voluntate.*

Limitatur Secundo, vt non procedat in ablatiuo ſubſoluto priuatiuo, ſi ſubſtitutio facta ſit verbis communibus, vel obliquis.

DISTINCTIO LXXXI.

IN propoſita iuris controuerſia, in
quadam cauſa, vertente coram Ex-
cellentiſſimo Montisferrati Sena-
tu, conſultus, de iure, ſic diſtinguen-
1 do, pro veritate reſpondebam. Aut
ablatiuus abſolutus, indefinitè pro-
latus, eſt priuatiuus, Aut ſimpliciter
negatiuus, per ablatiuum autem ab-
2 ſolutum priuatiuum, illum intelligo,
qui conceptus eſt participio priuati-
uo, nimirum deficientibus morienti-
bus, quæ non ſimplicem negationem
ſignificant, ſed priuationem quæ ha
3 bitum præſupponit, l. manumiſſiones
ff. de iuſt. l. decem vbi Bar. ff. de verb.
4 oblig. cum ſimilibus, & per ablatiuū
negatiuum, intelligo illum, qui ſit cō
ceptus participio merè negatiuo, nō
5 viuentibus, non exiſtentibus, poſſunt
enim verificari participia eiuſmodi,
etiam in his qui nunquàm extiterūt,
6 nunquam vixerunt, cum ſimplex ne-
gatio non præſupponat habitum, vt
7 ad ſenſum patet. Si igitur Ablatiuus
abſolutus, de quo agimus, eſt priua-
tiuus, Aut conſtat de voluntate te-
ſtatoris, volentis, vltra vulgarem in-
ducere fideicomiſſariam, Aut verſa-
mur in dubio. Primo caſu voluntas
diſponentis, ſine dubio, eſt attenden-
da, l. in conditionibus. ff. de cond. &
demonſtr. §. diſponat in Auth. de nu-
pt. Cranet. conſ. 121. Card. Mantic. de
coniect. vltim volunt. lib. 5. tit. 1 nu-
8 me. 9. Secundo autem caſu, Aut ſub-
ſtitutio facta eſt, per verba commu-
nia, Aut per verba merè directa, Si
per

Digitized by Google

per verba comunia, ablatiuus abſo-
lutus priuatiuus indefinitè prolatus
9 trahitur etiam ad fideicomiſſariam,
facilius enim ablatiuus abſolutus pri
uatiuus includit tractum temporis,
10 quàm negatiuus ſimplex, quia, cum
effectus diſpoſitionis teſtatoris refe-
ratur ad tempus poſt mortem illius
11 (nam viuentis nulla eſt hæreditas,
12 l.2 §.1.ff.de vulg.& pupill.) ille ma-
ximè propriè deficere, & mori dici-
tur, qui poſt mortem eiuſdem teſta-
toris exiſtit, deinde moritur, & defi-
cit, & in his terminis loquũtur Dec.
conſ.480.num.6.7.& 8. Pariſ. conſ.
18.num.43. volu.2. Roland. à Valle
conſ 39. num.54. cum ſeq. vol 4. nec
non Ruin.conſ.8.num.8 conſ.115.nu
me.4 & conſ.126. num.12. lib.1. vbi
videtur ſubodoraſſe differẽtiam ver-
borum negatiuorum, & priuatiuo-
rum, dum dicit [Sed quando fit men
tio de liberis priuatiuè, & indefini-
tè,] ita intelligendus eſt etiam Alex.
conſ.53.num 11 vol.6. necnon Surd.
ſi rectè perpendatur conſ.110.num.9
13 cum verbum Italicum [*mancando*]
& ipſum ſit priuatiuum, & in eiſdem
terminis loquitur Peregr. de fidei-
commiſſ. Artic 18. num.16. & Bart.
Socin.ad l.ſolemus.ff.de cond.& de-
monſtr.num.6 verſ.& aliud eſt, à cu
ius diſtinctione videtur fluxiſſe hæc
opinio de ablatiuo abſoluto, indefi-
14 nitè prolato. Si verò ſubſtitutio fa
cta ſit per verba merè directa, eiuſ-
modi ablatiuus abſolutus priuatiuus
non trahitur, in dubio, ad fideicomiſ
ſariam ſubſtitutionem, quandoqui-
15 dem etiam expræſſa compendioſa, in
dubio, ſi ſit facta, à pagano verbis me
rè directis euaneſcit poſt pubertatẽ,
& fideicomiſſariam, non comprehen
dit, ex veriori, & magis comuni opi-
nione, quam defendimus, quamplluri
mos etiam cumulando, ad l. præcibus
C.de impub & alijs ſubſtit.num 472
16 verſ his tamen cum ſeq. Aut verba
ablatiui abſoluti, indefinitè prolati
ſunt merè negatiua, quę propriè non
habent tractum, ſed ſtatim purifican
tur, & faciũt deficere ſubſtitutionẽ,
cuiuſmodi eſt ablatiuus, non exiſten
17 tibus, vel non viuentibus, & tunc
rurſus diſtingendum eſt, nam, Aut
expreſsè conſtat de voluntate teſta-
toris, qui ſcilicet voluerit etiam fi-
deicommiſſum compræhendere. &
intelligere, non exiſtentibus, ideſt
quandocunque non exiſtentibus, &
tunc etiam fideicommiſſum compræ
18 hendit, cum mens teſtatoris præfe-
19 ratur verbis, propterea quod, vbi-
cunq; mens, & voluntas eſt certa, de
verbis, quæ menti, & voluntati ſer-
uire debent, non curatur, l. 3. C. de
lib.præter l. Labeo.ff.de ſuppell. leg.
& in his terminis loquitur Roman.
conſ.56. Etenim in caſu, ſuper quo re
ſpõdit, fuerat inſtitutus Gulielmus,
& ſi Gulielmus in rerum natura non
foret, fuerat ſubſtitutus Marchobi-
nus, vulgariter, pupillariter, & per
fideicommiſſum, in quibus verbis po
tiſſimum facit fundamentum Roma-
nus, vt patet in eodem conſilio 56.
num.4. ea propter mirum non eſt, ſi
non reſtringitur ſolummodo ad vul-
garem, & ita intelligendus eſt, etiam
Iaſ.ad l.1.ff. de vulg.& pupill vbi al-
legat licet corruptè idem Roman.
conſiliũm, nec non in l cum propo-
nas. C. de hæred inſtit.num.10. vbi
20 pariter idem citat Romani reſpon-
ſum, & conſequenter ipſe, & alij,
qui auctoritate, d. conſilij nituntur,
Secundum terminos illius debent in
telligi, in caſu ſcilicet vbi conſtat de
voluntate teſtatoris per vulgatam
Bart.doctrinam ad l. non ſolùm in §.
ſi liberationis. ff. de liberat. leg. Aut
de mente teſtatoris non conſtat, ſed
verſamur in dubio, & tunc pariter
ſubdiſtinguendum eſt, Aut ſubſtitu-
21 tio eſt facta verbis directis, Aut cõ-
munibus, ſi directis, reſtringitur ſo-
lummodo ad vulgarem, rationibus
ſupra adductis in primo membro de

ablatiuo priuatiuo, in fortioribus enim terminis vigent in ablatiuo abſoluto tantum negatiuo, & vltra dictas rationes, ſupra adductas, Si rectè perpendatur caſus, l. vltimæ in. § ſin autem nihil tale. C. de hæred. inſtit. probat pariter in fortioribus terminis hoc membrum noſtræ diſtinctio

22 nis. Si verò ſubſtitutio facta eſt verbis communibus, pariter ad fideicommiſſum nõ trahitur, ſed ad ſolam vulgarem reſtringitur, & in his terminis loquitur Abbas conſ 40. num. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 102. num. 5. lib 2. Socin Iun. conſ. 180. num. 53. vol. 2 & conſ 100. num. 34. vol. 3. Tiber. Decian. cõſ. 1. num. 186. cum ſequen. vbi plures adducit, etiam teſtantes de communi, præſertim, ſub num. 190. volu. 1. nec non Menoch. plures pariter adducẽs lib. 4. præſump. præſumpt. 71. num. 10.

23 Nec puto habendam eſſe rationem Laderchij Imolenſ. viri doctiſſimi, & I. C. eminentiſſimi, alioqui apud mè ſummæ auctoritatis, qui contrarium, vt ſeruiret cauſæ, ad hanc inter ablatiuum priuatiuum, & negatiuum differentiam non aduertens, in his terminis reſpondit conſ. 10. num. 3. nam licet ibi plures adducat, omnes tamẽ loquũtur in diuerſis terminis, nimirum pleriq; quando conditio eſt priuatiua, & in ſpecie Romanus in d. conſ. 56. quando expreſſe conſtat de voluntate teſtatoris, quia dixit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, vt patet in d. conſil ſub nu. 4. Calcaneus autem conſil. 107. loquitur in caſu, vbi ſubſtitutio eſt compendioſa, vel facta per verbum, diſtribua

23 tur, quod eſt obliquum, vt per Io. Andr. ad c. ſi pater de teſtam. lib. 6. vbi idem tenet Francus noſter, tradit Caccialupus ad l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. circa fin. Imola ad cap. cum tibi num. 5. de teſtamen. Alex. conſ. 12. num. 2 lib. 3. præterea facit in d. conſ. 107. interpretationem illam Calcaneus potiſſimum ob fauorem piæ cauſæ, vt ipſemet conſiderat ſub num. 2. verſ. & pro hoc, nam, vt

25 ego ſentio, nec quando ſubſtitutio eſt facta per verba obliqua, ſi ablatiuus eſt merè negatiuus, trahitur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ, ſed ſemper reſtringitur, vel ad vulgarem directam, vel ad vulgarẽ fideicõmiſſariam, ſecundum ſubiectã materiam.

Vnica igitur eſt concluſio conſtituenda nimirum.

26 Ablatiuus abſolutus, indefinitè prolatus, vulgarem tantum ſubſtitutionem inducit, non etiam fideicommiſſariam l. vltima. §. ſin autem nihil tale. C. de hæred. inſtit. Abbas conſ. 40. num. 1. lib. 1. Menoch. lib. 4. præſump. præſumpt. 71. num 10. cum alijs ſupra adductis in corpore diſtinctiouis.

27 Limitatur Primo, vt non procedat, vbi conſtet de contraria voluntate teſtatoris per regulam legis in conditionibns. ff. de cond. & demonſtr. Roman. d. conſ. 56.

28 Limitatur Secundo, vt locum ſibi nõ vendicet, quando ablatiuus abſolutus eſt priuatiuus, & ſubſtitutio non eſt facta verbis directis. Dec. conſil. 480. num. 6. cum ſeq. Ruin. conſil. 126. num. 12. lib. 1.

ARGVMENTVM.

An, & quando ex pluribus coniunctis verbis tantum, vel re, & verbis ſimul, vno deficiente, ille, qui eidem deficienti ſit coniunctus per nomen collectiuum, cæteris in iure accreſcendi præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus per nomen collectiuum cæteris, verbis, vel re, & uerbis coniun-*

coniunctis, non præfertur, vbi teſtator præferri noluit.

2 *Voluntas teſtatoris obſeruatur uti lex, & dominatur ut regina.*

3 *Vocati per nomen collectiuum cum deficiente, non præferuntur nominatim uocato, qui fuiſſet, etiam non nominatus, ſub eodem nomine collectiuo comprahenſus.*

4 *Vocatus per nomen collectiuum cum deficiente, in iure accreſcendi non præfertur nominatim uocatis, ſi nomini collectiuo ſit adiecta particula diſtributiua, quiſquis, uel ſimiles.*

5 *Vocatus per nomen collectiuum cum deficiente non præfertur nominatim uocatis, ſi ab initio nomen illud collectiuum ad certas perſonas non referebatur.*

6 *Secus ſi ad certas perſonas potuit ab initio referri.*

7 *Vocatus per nomen collectiuum unà cũ deficiente, in iure accreſcendi præfertur cæteris nominatim uocatis uerbis tantum, uel re, & uerbis coniunctis.*

8 *Limitatur, ſi nominatim uocatus comprahenditur etiam ſub nomine collectiuo.*

9 *Limitatur, ſi nomini collectiuo ſit adiecta particula diſtributiua, quiſquis uel ſimilis.*

10 *Limitatur etiam ubi nomen collectiuum ab initio nõ potuit ad certas perſonas referri.*

DISTINCTIO. LXXXII.

1 Aut cõſtat teſtatorem noluiſſe præferre coniunctum nomine collectiuo ei, quem nominatim vocauit, Aut non conſtat,
2 Primo caſu non præfertur, l. interdũ ff. de hæred. inſtit. voluntas enim teſtatoris dominatur in teſtamento, veluti Regina, & tamquàm lex obſeruatur, l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtr. §. diſponat in Auth. de
3 nupt. Secundo autem caſu, Aut nominatim vocatus compræhenditur etiã ſub nomine collectiuo, per quod vna cum deficiẽte vocati ſunt etiam alij, ita vt ſit nominatus ad maiorem expręſſionem, & hoc quoq; caſu nominatim vocato non præferuntur ij, qui per nomen collectiuum vocati fuerunt, l. Lucius Titius, § Lucius
4 Titius, ff. de leg. 2. Aut non comprehenditur, & tunc rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut nomini collectiuo adiecta eſt, particula diſtributiua, quiſquis, vel ſimilis, vt in l. vltima, C. de impub. & alijs ſubſtit. & nec tunc præferuntur per nomen collecti
5 uum vocati, Aut non eſt adiecta particula diſtributiua, & tunc, Aut nomen collectiuum non potuit ab initio referri ad certas perſonas, & pariter non eſt locus prælationi, l. vtrũ
6 de reb. dub. Aut potuit referri ab initio ad certas perſonas, & tunc eſt locus communi concluſioni, nimirum, vt qui coniunctus eſt deficienti per nomen collectiuum, præferatur alteri nominatim inſtituto, ita tenet Bart. ad l. reconiuncti, ff. de leg. 3. nu. 29. per tex. in l. ſi quis Titio alias, ſi quis actio, ff. de vſufruc. accreſcẽ. iuncta, l. interdum, ff. de hæred. inſtit. & ſequuntur eum ibi communiter omnes interpretes, eandem ſententiam ſequitur etiam Duaren. lib. 2. de iure accreſcen. cap. 9. & nos eandem probauimus ad Rubr. C. quando non peten. part. num. 217 vbi eodem modo diſtinguebamus ſub, num. 221.
7 Eſt igitur concluſio, vt vocatus per nomen collectiuum vna cum deficiente, in iure accreſcendi præferatur cæteris nominatim vocatis verbis tã tum, vel re, & verbis coniunctis, d. l. ſi quis Titio, ff. de vſufruc accreſcen iuncta d. l. interdum de hæred. inſtit. DD. communiter ad d. l. reconiuncti ff. de leg. 3.
8 Limitatur primum, vt locum ſibi non vendicet, vbi nominatim vocatus, etiam ſub nomine collectiuo cõpræhenderetur, d. l. Lucius Titius, §.

Lucius Titius, ff. de leg. 2.

9 Limitatur Secundo, vt nec procedat, vbi nomini collectiuo eſſet adiuncta particula diſtributiua, quiſquis, vel ſimilis, iuxta l. vltima, C. de impub. & alijs ſubſtit. nec enim tunc per nomē collectiuum vocati, eſſent præferendi.

10 Limitatur etiam Tertio, vt locum non habeat dicta concluſio, vbi nomen collectiuum non potuit ab initio ad certas perſonas referri, l. vlt. ff. de reb. dub.

ARGVMENTVM.

An, & quando illæ ipſæ partes, quæ datæ ſunt in inſtitutione, cenſeantur repetitæ in Reciproca ſubſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Breuiloquæ in ſubſtitutione, coniuncti, diſiunctis præferuntur.*

2 *Breuiloqua ſubſtitutio, non refert inter legatarios, an proprijs nominibus vel appellatiuis fiat.*

3 *Subſtituti per breuiloquam intelliguntur inæqualiter, vel æqualiter ſubſtituti, ſecundum onerum proportionē.*

4 *Breuiloquæ ſubſtitutio quomodo intelligatur, quando non conſtat, an teſtator ſit vſus nominibus proprijs, vel appellatiuis.*

5 *Quid ſi nominibus proprijs ſit vſus.*

6 *Quid ſi nominibus appellatiuis.*

7 *Quid ſi tam proprijs, quàm appellatiuis.*

8 *Reciprocæ in ſubſtitutione, illæ ipſæ partes intelliguntur repetitæ, quæ fuerunt datæ in inſtitutione.*

9 *Limitatur Primo, quando in inſtitutione, partim ſunt coniuncti, partim diſiuncti, tunc enim coniuncti præferuntur diſiunctis.*

10 *Limitatur Secundo, vt non procedat quando ſubſtitutis, tam in legatis, quàm in hæreditate, iniuncta ſunt onera, tunc enim ſuccedunt pro onerū proportione.*

11 *Limitatur Tertio, vt non procedat, quādo ſubſtitutio facta eſt nominibus proprijs, tunc enim ſubſtituti ad inuicem ſuccedunt viriliter.*

12 *Sublimitatur vt concluſioni deroget, quando nomina propria ſunt diuerſa, vel ſingulariter enumerata. ſecus, ſi omnes vna nominatione eſſent ſubſtituti, puta. Titios inuicem ſubſtituo, tunc enim ſuccederent pro portionibus hæreditarijs.*

13 *Limitatur Quarto, vt nec procedat, ſi ſint ſubſtituti nominibus appellatiuis, quando in ſingulis facta eſt replicatio nominis appellatiui.*

14 *Limitatur Quinto, quādo aliqui ſunt vocati nominibus proprijs, aliqui appellatiuis, nam tunc inter vocatos nominibus proprijs, intelligitur facta ſubſtitutio pro partibus virilibus, inter vocatos nominibus appellatiuis, pro portionibus hæreditarijs.*

15 *Limitatur etiā Sexto, vbi omnes ſunt vocati, tam nominibus proprijs, quā appellatiuis, ſi propria nomina præcedunt, nam tunc quoque intelliguntur vocati in partes viriles.*

DISTINCTIO LXXXIII.

HAnc iuris controuerſiam, quam latiſſimè tractāt DD. ad Rubr. C. de impub. & alijs ſubſtit. cōſueui ego in d. Rubr. ad mentem Salyceti, & aliorum, & in primis Iaſ. & Dec. qui ampliando, & limitādo procedunt, diſtinguendo, hoc modo declarare, Aut aliqui ex cohæredibus
1 inuicem ſubſtitutis fuerunt in Inſtitutione re, & verbis coniuncti, Aut nō. Primo caſu, licet poſtea ad inuicem ſubſtituantur, ſi vnus ex duobus coniunctis decedat, coniunctus cæteris præfertur, l. cohæredi. §. qui diſcretas.

tas.ff.de vulg.& pupill.tradit Iaſ. ad l.primam.C.de impuber.& alijs ſubſtitutionibus, num.2. verſ.2. notabiliter limita, Idem ſentit ibidē Dec. num.10.in fin.& Purpur.num.21. declarans deficientibus omnibus coniunctis,diſiunctos eſſe admittendos, pro portionibus hæreditarijs, vt in d.l.1.C.de impub.& alijs ſubſtitutionibus, Alexan. conſ.30.num.4.lib.2. Duaren.ad titulum.ff. de vulg.& pu-
2 pillar.cap 25 in veſtibulo, Secundo autem caſu,vbi nulla poteſt haberi ratio coniunctionis, vel quia omnes cōiuncti ſint, vel quia nulla inter eos ſit hominis coniunctio, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut verſamur in legatis, Aut in hæreditate directa, vel fideicōmiſſaria,Si in legatis, Aut nullum eſt onus iniunctum, & indiſtinctè, ſiuè nominibus proprijs,ſiue appellatiuis facta ſit inter legatarios inuicem ſubſtitutio, in viriles æqualiter ſubſtituti intelliguntur, Tex.eſt in l.vnica,§.ſed vt manifeſtetur,iuncta gloſ. in verſ. Pro virili. C. de caduc.toll.& ibi notat etiam Caſtrenſ. tradit etiam Duaren. in d. cap. 25.
3 Aut illis iniunctum eſt onus,& tunc intelliguntur vocati æqualiter, vel inæqualiter,ſecundum onerum proportionem, vt notat gloſ. in d.§.manifeſtetur,& tradit Iaſ.ad d l.1.C.de impuber.& alijs ſubſtit. nu.2. verſic. Limita tamen, Si verò verſamur in hæreditate directa,vel fideicommiſſaria, pariter diſtinguendum eſt,Aut onus eſt iniunctum, Aut non, Si eſt iniunctum intelliguntur vocati ex diſparibus partibus,vel paribus ſecundum onerum proportionem, l. quoties.ff.ad S.C.Trebell.l.vtrum. §.vltimo,ff.de reb. dub. tradunt gloſ. & DD. ad d l.1.C.de impuber.& alijs ſubſtitut. & præſertim Dec. num. 10. vbi plura adducit, pro quantitate enim oneris æqualiter,vel inæqualiter iniuncti, emolumenti quantitas, æqualis,vel inæqualis colligitur, arg. l.ſecundum naturam . ff. de reg iur. tradit Fulgoſ.ad d.l.1.C.de impuber. & alijs ſubſtit. in fine, & Aret. ad l. quoties, nec non Purpur. ad d.l.1.C. de impuber. & alijs ſubſtit. num.18.
4 Si vero nullum onus eſt iniunctum, ita vt interpretatio ex verbis ſit ſumenda, rurſus diſtinguendum eſt, nā Aut non conſtat, quomodo ſit concepta ſubſtitutio,quia teſtes non recordantur, an teſtator dum ſubſtituit, vſus fuerit nominibus proprijs, vel appellatiuis, vel quia ſubſtitutio ſit facta per relatiua, vel pronomina, ita vt res ſit omnino in dubio, & tunc, illæ ipſæ partes intelliguntur in ſubſtitutione datæ, quæ fuerunt datæ in inſtitutione, vt in d.l.1.C.de impuber.& alijs ſubſtit.& in d.§.ſed & ſi ex diſparibus, inſtit. de vulg.& in d.l.ſi plures.ff.eod.tradit Iaſ. ad d. l.1.C.de impuber. & alijs ſubſtit. in fi.verſ.Sexto quando,& Dec.num.6. verſ. Secundo ampliatur, Aut con-
5 ſtat quibus verbis vſus ſit teſtator, & tunc rurſus diſtinguendū eſt, Aut ſubſtitutio facta eſt nominibus vniformibus, & vnius generis tantummodo, Aut nominibus difformibus, & plurium generū, Primo caſu, Aut facta eſt nominibus proprijs, Aut appellatiuis, Si proprijs, Aut diſtinctè prolata, & enumerata ſunt nomina, & tunc ſubſtitutio intelligitur facta in partes viriles,non in hæreditarias d.l.nonnumquā vbi gloſ.& DD.communiter ad d.l.1.C.de impuber.& alijs ſubſtit. & præſertim Alex. num. 1.Iaſ.num.2.Dec.num.8. in prima limitatione, Sapia nu.18. cum ſeq.Coraſ. num.13. cum ſeq. Ioan. Sichard. num. 5. & Hugo Donell.num.3. Aut non eſt facta nominum enumeratio, quia, cum omnes inſtituti, & ſubſtituti eſſent eiuſdem nominis, dictum eſt, Titios inſtitutos inuicem ſubſtituo, & tunc intelligitur facta ſubſtitutio pro portionibus hæreditarijs, vt poſt Comenſem in l.turpia, §.vlt.

ff. de leg. 1. tradit, ad d. l. 1. C. de impuber. & alijs ſubſtit. num. 1. in fine, licet, contradicat Purpur. ad d. l. 1. C. de impuber. & alijs ſubſtit. nu. 13. Si
6 verò facta ſit nominibus appellatiuis vt puta, quia ſit dictum. hæredes, vel fratres, vel filios inſtitutos, inuicem ſubſtituo, rurſus diſtinguendum eſt, quia Aut in ſingulis facta eſt replicatio nominis appellatiui, cum copula, puta, quia dictum eſt primum, & ſecundum, & tertium hæredes, inuicem ſubſtituo, & tunc intelliguntur ſubſtituti viriliter, perinde ac ſi fuiſſent nominibus proprijs nuncupati, vt per Soc. in l. vtrum. §. quæſitum, ff. de reb. dub. nu. 9. contradicit tamen Purpur. ad d. l. 1, C. de impuber. & alijs ſubſtit. num. 14. in fi. Aut nomine appellatiuo ſunt ſimul vocati, vt puta, quia dictum ſit, hæredes inſtitutos inuicem ſubſtituo, & tunc habet locum deciſio huius tex. quia illæ ipſæ partes, quæ ſunt expreſſæ in inſtitutione, tacitè intelliguntur compræhenſæ in ſubſtitutione, & ita procedit tex. in l. 1. C. de impub. & alijs ſubſtit. & §. & ſi ex diſparibus, Inſtit. eod. & l. ſi plures, ff. eod. & l. Lucius, §. Mæuia, huius initij ſecunda, ff. ad Trebell. & l. ſi hæredes nominatim, in fi. de leg. 1. tradunt DD. ad d. l. 1. C. de impuber. & alijs ſubſtit, & præſertim Dec. nume. 6. Secundo autem
7 caſu, vbi ſcilicet facta ſit ſubſtitutio nominibus difformibus, quia ſcilicet per appellatiua nomina ſimul, & propria ſubſtituti ſint vocati, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut aliqui ex ſubſtitutis ſunt vocati proprijs nominibus, aliqui appellatiuis, Aut omnes, tam proprijs, quàm appellatiuis, nominibus ſunt vocati, Primo caſu, ex ſententia Bart. & Salycet. quos refert Iaſ. in d. l. 1. C. de impuber. & alijs ſubſtit. num. 2. verſ. Quinto caſu (vbi tamen relinquit cogitandum) quo ad illos, qui proprijs nominibus ſunt vocati, ſubſtitutio intelligitur facta in partes viriles, quo ad alios autem, nominibus appellatiuis vocatos, ſubſtitutio intelligitur facta in partes hæreditarias, Secundo autem caſu, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut in ſubſtitutione concipienda, dum vocantur, præcedunt nomina propria, Aut appellatiua, Si propria intelligũtur vocati, in partes viriles, Si appellatiua in partes hęreditarias, l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipull. ſeruorum.

8 Concluſio eſt igitur affirmatiua, vt in reciproca ſubſtitutione illæ ipſæ partes intelligantur repetitæ, quæ fuerunt datæ in inſtitutione, l. 1. C. de Impuber. & alijs ſubſtitutionibus vbi DD. & ibi nos quoque tradidimus.

9 Limitatur Primum hæc concluſio, vt locum ſibi non vendicet, quando in ipſa inſtitutione, aliqui ex cohæredibus inuicem ſubſtituti, fuerunt re, & verbis coniuncti, nam tunc qui deficienti coniuncti ſunt, cæteris diſiunctis pręferuntur l. cohæredi. §. qui diſcretas, ff. de vulg. & pupill. Tradunt DD. ad d. l. primam, & in primis Iaſ. num. 2. & Dec. num. 10.

10 Limitatur Secundo, vt locum non habeat, vbi ſubſtitutis ſint impoſita onera, ſiue ſint ſubſtituti in legatis, ſiue in hæreditate, nam tunc ſuccedunt pro onerum proportione, gloſ. eſt in l. vnica in §. ſed vt manifeſtetur, C. de cad. tollen. Tex. eſt in l. quoties, ff. ad S.C. Trebell. & in l. vtrum, §. vlt. ff. de reb. dub.

11 Limitatur etiam Tertio, vt non procedat, quando ſubſtitutio facta eſt nominibus proprijs, nã tunc ſubſtituti ſuccedunt viriliter. l. nonnunquam. vbi gloſ. ff. ad S.C. Trebell.

12 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni tunc demum deroget, quando nomina propria ſunt diuerſa, vel ſingulariter enumerata, ſecus ſi omnes nominatione vnica eſſent ſubſtituti puta Titios inuicem ſubſtituo,

tunc

tunc enim ſuccederent proportionibus hæreditarijs, vt per Alex. ad d. l. primam, C. de impuberum, & alijs ſubſtit. num. 1. in fin.

13 Limitatur etiam Quarto, vt nec locum habeat, vbi nominibus appellatiuis inuicem ſint ſubſtituti, quando in ſingulis facta eſt appellatiui nominis replicatio, vt in exemplo ſupra poſito in corpore diſtinctionis, nam tunc quoq; viriliter intelligũtur ſubſtituti, non ſecus, ac ſi fuiſſent nominibus proprijs vocati, iuxta tradita per Soc. ad l. vtrum §. quæſitum, ff. de reb. dub.

14 Limitatur Quinto, vt non procedat, ſi aliqui ſint vocati nominibus proprijs, aliqui appellatiuis, propterea quòd, eo caſu, inter nominibus proprijs vocatos intelligitur facta ſubſtitutio prò partibus virilibus, inter vocatos autem nominibus appellatiuis, proportionibus hęreditarijs, vt ex Bart. & Salycet. docet Iaſ. ad ſæpius repetitam l. primam, C. de impub. & alijs ſubſtitutionibus nu. 2.

15 Limitatur Sexto, & Vltimo, vbi omnes ſunt vocati, tam nominibus proprijs;, quàm appellatiuis, ſi nomina propria præcedunt, nam tunc quoquè intelliguntur vocati in partes viriles, l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſeruorum.

Non me latet, quæ tradita ſunt, à nobis in hac diſtinctione difficultatem recipere propterea, ſi quis velit, quæ in ea dubia ſunt diſputatione diſcuſſa videre, ad noſtros confugiat comentarios ad d. l. primam, C. de impuber. & alijs ſubſtit. vbi, à num. 98. vſq; ad finem quinq; inſpectionibus latiſſimè materiã hãc examinauimus

ARGVMENTVM.

An, & quando ſubſtitutio Reciproca, mixta cum compendioſa, ſi fiat inter tres, vel plures, quorum duo ſint impuberes, eorum reſpectu, pupillarem comprehendat.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio Reciproca, non breuiloqua, ſeparatim pluribus orationibus concepta, facta inter tres, vel plures inæquales, & mixto cum compendioſa, reſpectu impuberum, etiam pupillarem comprehendit.*

2 *Subſtitutio breuiloqua, verbo communi concepta inter plures inæquales, reſpectu impuberum, ſi coniuncti ſint in inſtitutione, pupillarem comprehendit.*

3 *Secus ſi non erant coniuncti in inſtitutione, niſi de contraria ex coniecturis conſtet teſtatoris voluntate.*

4 *Subſtitutio Reciproca, mixta cum compendioſa, facta inter tres vel plures inæquales, nec reſpectu impuberum, pupillares comprehendit.*

5 *Limitatur, niſi ſit facta ſeparatim omnibus, in pluribus orationibus.*

6 *Limitatur ſecundo etiam quando facta eſt breuilocè, & communi verbo, ſi impuberes erant coniuncti in inſtitutione.*

7 *Sublimitatur, vbi conſtat de contraria teſtatoris voluntate.*

DISTINCTIO. LXXXIIII.

1 AVt ſubſtitutio Reciproca perſonis inæqualibus facta eſt, nõ breuilocè, ſed ſeparatim in pluribus orationibus concepta, & mixta cum compendioſa, hoc modo videlicet, inſtituo hæredem Titium, & Sempronium, & quandocumque deceſſerit Titius, ſubſtituo Sempronium, quandocunque deceſſerit Sempronius, ſubſtituo Titium, & tunc, licet perſonæ eſſent inæquales, pupillaris in perſona pupilli comprehenderetur,

deretur, quia ceſſaret ratio de communi verbo, qua nititur l. iam hoc iure, ff. eod. & quia voluntas teſtatoris videtur eſſe, vt non excludatur aliquod tempus, dummodo perſona ſit capax d. l. iam hoc iure, & in his terminis procedit opinio Caſtren. ad l. Lucius, ff. de vulg & pupill. num. 4. & aliorum, qui eamdem ſequũtur ibi opinionem, quos cumulauimus ad l. 2. C. de impuber. & alijs ſubſtitutio-
2 nibus num. 56. in fine. Aut communi verbo facta eſt ſubſtitutio, eoſq; inuicem ſobſtituo, & tũc, Aut illi duo impuberes erant coniuncti in ipſa inſtitutione, Aut coniuncti non erant, Primo caſu, eorũ reſpectu, Reciproca pupillarem comprehendit, vt per Bart. ad d. l. Lucius, nu. 8. & per alios à Menochio prolatos in d. præſumpt. 60. nume. 36. vbi reſpondet Ripæ, &
3 Alcia. contrarium ſentientibus, Secundo autem caſu, Aut ex coniecturis conſtat teſtatorem, pupillarem, reſpectu impuberum, comprehendere voluiſſe, & comprehenditur ex adductis per eumdẽ Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 60. nume. 30. Aut non conſtat de teſtatoris voluntate, & tunc pupillaris non comprehenditur, d. l. iam hoc iure, & d. cap. ſi pater; & hæc diſtinctio videtur eſſe, partim ex mente Emanuelis Coſtæ in d. cap. ſi pater, part. 3. in verbo perſonis nume. 3. & 4. & præſertim verſic. vnde primo infertur, partim ex mente Menoch. allegatis in locis.
4 Concluſio igitur eſt negatiua, ſubſtitutio reciproca, mixta cum compendioſa, facta inter tres, vel plures inæquales, nec reſpectu impuberum, pupillarem comprehẽdit, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. cap. ſi pater de teſtam. lib. 6.
5 Limitatur Primum, vt procedat quando breuilocè concepta eſt, ſecus, ſi ſeparatim facta, & pluribus orationibus, ſit mixta cum compendioſa d. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupillari, l. ſi quis filium, C. de liber. præterit. cum alijs adductis per Nattam conſ. 326. num. 2. in ſecunda parte, & ita intelligenda eſt opinio Caſtrenſ. ad d. l. Lucius num. 4 & aliorum, qui eum ſequuntur.
6 Limitatur Secundo, vt nec procedat, quando facta eſt breuilocè, & communi verbo, vbi impuberes, inter quos poteſt habere locum pupillaris ſubſtitutio, erant in inſtitutione coniuncti, nam tunc quoq; reciproca, facta inter perſonas inęquales, pupillarem cõprehendit, vt per Bart. ad d. l. Lucius num. 8.
7 Sublimitatur hæc limitatio, vt cõcluſioni deroget, quando verſamur in dubio, Secus autem quando ex cõiecturis de contraria conſtet teſtatoris voluntate, vt per Menochiu. libr. 4. præſumpt. præſumptione 60. nu. 30.

ARGVMENTVM.

An & quando, & quomodo reciproca ſubſtitutio, facta in codicillis ad reciprocum fideicommiſſum trahatur.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutio in codicillis facta ad fideicõmiſſum non trahitur, vbi conſtat teſtatorem voluiſſe, eam directo iure valere.*

2 *Reciproca ſubſtitutio, facta inter legitimos hæredes, in codicillis ab inteſtato, in dubio, trahitur ad fideicommiſſum poſt mortem.*

3 *Reciproca ſubſtitutio facta in codicillis, inter hæredes inſtitutos in teſtamento, trahitur ad fideicommiſſum poſt mortem.*

4 *Reciproca ſubſtitutio, facta inter fideicommiſſarios, continet vulgares directas in fideicommiſſo, non fideicommiſſarias*

Digitized by Google

miſſarias poſt mortem.

5 *Fideicommiſſum vulgare ſpirat agnitione, & acceptatione, quemadmodū ſubſtitutio vulgaris aditione.*

6 *L. Sceuola, ff. ad S C. Trebell. declaratur.*

7 *Reciproca ſubſtitutio in codicillis facta ad fideicommiſſum reciprocum trahitur.*

8 *Limitatur, vt procedat in dubio, ſecus vbi conſtat teſtatorem voluiſſe iure directo valere.*

9 *Limitatur, vt non procedat in reciproca facta inter plures fideicōmiſſarios ſubſtitutos, hærede inſtituto ex aſſe, tunc enim non trahitur ad fideicommiſſum abſolutum, ſed ad vulgare fideicommiſſum tantummodo.*

DISTINCTIO LXXXV.

1 AVt teſtator voluit reciprocā ſubſtitutionem in codicillis factam valere iure directo, & de eius voluntate conſtat, Aut dubia eſt teſtatoris voluntas, Primo caſu, ſubſtitutio ad fideicommiſſum nō trahitur, Angel. ad l. verbis ciuilibus ff. de vulg. & pupill. num. 1. & ibi Alexan. num. 8. Sebaſt. Sapia ad l. præcibus, C. de impub. & alijs ſubſtit. nu. 70. Menoch. lib. 4. præſumptionū præſumpt. 60. num. 73. & nouiſſimè Intrigliol. de ſubſtit. centur. ſecūda quęſt.

2 79. num. 10. Secundo autem caſu, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut codicilli, in quibus facta eſt reciproca ſubſtitutio, ſcripti ſunt ab inteſtato, Aut ad teſtamentum referūtur, Si ab inteſtato, ita vt legitimi hæredes inuicem ſint ſubſtituti, quia ſubſtitutio eiuſmodi directè, Secundum ſui naturam, valere non poteſt, ne omnino pereat, trahitur ad fideicommiſſum poſt mortem, vt per Ripam ad l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. nu. 43. verſ. Tertio limita, & ibi Alciat. num. 47. verſic cæterum, qui hanc opinionem aſcribunt Oldrado conſ. 33. ſequuntur Iaſon. ad d. l. verbis ciuilibus nu. 16. Iaon. Baptiſta Caccialupus ad l. præcibus, C. de impuber. & alijs ſubſtit. num. 50. & ibi Curt. Iun. num. 56 & Cagnol. num 206. & alij communiter, quos plena manu, congerunt Menoch. d. præſumpt. 60. num. 71. & Intrigliol. d. quæſt. 79. num. 8. Si verò

3 ad teſtamentum referuntur, iterum diſtinguendum eſt, nam, Aut illi ipſi, qui ſunt hæredes inſtituti in teſtamēto, ſunt poſtea in codicillis inuicem ſubſtituti, & tunc quoquè, ob eandē rationem, reciproca, de qua agimus, trahitur ad fideicōmiſſum poſt mortem, arg. l. Sceuola, ff. ad S.C. Trebell. & cōſequenter hoc quoque caſu, procedit recepta illa ſententia, de qua per Menoch. & Intrigliol. præallegatis in locis, quam in his terminis probat etiam Emanuel Coſta ad d. capit. Si pater, de teſtam. in ſexto, part. 1. in verbo obliqua num. 18. & in verbo, interdum, num. 27. verſi. adde tamen.

4 Aut vni hæredi inſtituto in teſtamento, plures ſubſtituti, in eodem teſtamento per fideicommiſſum, ſunt inuicem inter ſe ſubſtituti, vt puta quia dictum ſit in teſtamento, Titium hæredem inſtituo, eundemque Titium grauo, vt reſtituat hæreditatem Meuio, & Sempronio, deinde in codicillis. Meuius & Sempronius, fideicommiſſarij, ſint inuicem ſubſtituti, & tunc, ex ſententia Coſtæ in d. capit. ſi pater in 3. part. in verbo obliqua, nu. 25. & in verbo interdum, num. 27. reciproca hæc non trahitur ad fideicōmiſſum poſt mortem, ſed directam vulgarem in fideicommiſſo continet, per tex. (quem egregiè intelligit, & declarat) in d. l. Sceuola in fine, ff. ad S.C. Trebell. quaſi ſit ſenſus, vt ſi vnus ex ſubſtitutis per fideicommiſſū hæredi in teſtamento, & inuicē ſubſtitutis inter ſe in codicillis, antequā cedat dies fideicommiſſi, moriatur, vel poſtea delatum fideicommiſſum repudiet, alter per vulgarem in totū admit-

admittatur, non autem, ſi aliquis eorum poſt agnitum fideicõmiſſum moriatur, nam tunc ſpiraret per agnitionem fideicommiſſi, vulgaris ſubſtitutio, in fideicommiſſo reciprocè facta, quemadmodum, hæreditatis aditione, ſpirat vulgaris ſubſtitutio, quæ in hæreditate fit, & in ſucceſſione directa, l. poſt aditam, C. de impuber. & alijs ſubſtit. & hoc vltimum diſtinctionis membrum probat Coſta per tex. in d. l. Sceuola vbi filius impubes fuerat inſtitutus ex aſſe, deinde, in codicillis, eidem fuerant pupillariter ſubſtituti Primus, Secundus, & Tertius, ſummo iure pupillaris ſubſtitutio, vt potè, quæ directa eſt, in codicillis facta, non valebat trahitur tamen, ex benignitate, ad pupillaré fideicommiſſariam, quæ tantummodo habet locum, ſi ipſe decedat in pupillari ętate, nõ vltra; pupillaris enim ſubſtitutio, tam fideicommiſſaria, quàm directa, ſpirat aduentu pubertatis, Inſtit. in princ. de pupill. ſubſtit. cum vtraquè conditionem habeat, ſi deceſſerit in pupillari ætate, quod ſi accidat in caſu d. l. Sceuola, vt dictus impubes decedat antequam in ſuam tutellam veniat, legitimus ipſius hæres intelligitur grauatus, vt ſubſtitutis reſtituat ex fideicommiſſo vniuerſam, non teſtatoris tantummodo, ſed pupilli quoque hæreditatem, ſecundum Coſtam, & Caſtrenſem, deinde ſubdit tex. [Quod ſi inuicem fuerint ſubſtituti] id eſt ſi illi, qui pupillariter fuerant impuberi ſubſtituti, etiã in fideicommiſſo, quod illis debetur ex tali ſubſtitutione pupillari, in codicillis facta, inuicem inter ſe ſubſtituantur, [& in fideicommiſſo ſubſtitutionem valere] quaſi ſcilicet in primum caſum facta, & ideo ſubdit [vno quoque eorum mortuo] non ſcilicet poſt agnitum fideicommiſſum, quo caſu ſpirat vulgaris in ea reciproca comprehenſa, ſed antequam cedat dies fideicommiſſi, tunc enim, vt ſubdit [qui ſuperſunt totum accipiunt] per hãc ſubſtitutionem vulgarem in fideicommiſſo, quæ ſub reciproca, in codicillis facta, comprehendebatur, idem quoque fuiſſet, ſi delatum fidei commiſſum repudiaſſet, vt per eumdem Coſtam in d. verbo obliqua nu. 15. nec nouum eſt vulgarem in fideicommiſſis dari, vt patet ex Caſtrenſ. in d. l. Sceuola num. 4. & ex eod. Caſtrenſ. conſ. 152. quod incipit prę ſens dubium nume. 2. part. 1. & conſ. 422. part. 2. ex Cuma. conſ. 22. quod incipit Gherardus nu. 3. & 4 Corn. conſ 35. num 23. vol. 2. Alciat. conſ. 59. nu. 7. & 8. lib. 9. Socin. Iun. conſ. 42. num. 16 & num. 20. & conſ. 100. nu. 6. & 7. & conſ. 114. nume. 12. vol. 1. Gabriel. conſ. 117. num. 16. cum ſeq. Peregrin. de fideicommiſſ. articul 15. num. 4.

6

7 In hac autem diſtinctione, concluſio ponenda eſt affirmatiuè, hoc modo videlicet, Reciproca ſubſtitutio, facta in codicillis, ad reciprocum fideicommiſſum trahitur, vt per Ripam ad l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. nume. 43. cum alijs ſupra adductis in corpore diſtinctionis; facit d. l. Sceuola, ff. ad S. C. Trebell.

8 Limitatur Primum, hęc concluſio, vt locum ſibi vendicet in dubio, ſecus autem vbi conſtat teſtatorem voluiſſe iure directo valere, tunc enim nullo modo valeret, vt per Angel. ad l. verbis Ciuilibus, ff. de vulg. & pupill. num. 1. vbi Alex. cum alijs ſupra adductis.

9 Limitatur Secundo, vt locum habeat, quando reciproca ſubſtitutio eſt facta in codicillis inter plures hæredes inſtitutos, vel inter ipſos venientes ab inteſtato, Secus, ſi facta ſit inter plures fideicommiſſarios, ſubſtitutos hæredi ex aſſe inſtituto, nam tunc ad fideicommiſſum abſolutum non trahitur, ſed inducit tantummodo vulgare fideicommiſſum inter dictos fideicommiſſarios dicta l. Sceuola vbi Caſtrenſ. nume. 4.

&

Digitized by Google

& alij ſupra adducti in calce diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

An, & quando Reciproca ſubſtitutio, facta in teſtamento, non habẽte clauſulam codicillarem, ad fideicommiſſariã trahatur.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutio, mixta cum compendioſa, comprehendit fideicommiſſariam.*

2 *Reciproca ſubſtitutio, cum clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, comprehendit fideicommiſſariam.*

3 *Reciproca, facta in teſtamento, poteſt, ex coniecturata mente teſtatoris, comprehendere, etiam, fideicommiſſariã.*

4 *Reciproca ſubſtitutio facta in teſtamẽto, non habente clauſulam codicillarem, ad fideicommiſſariam non trahitur.*

5 *Limitatur, quando eſt mixta cum compendioſa.*

6 *Limitatur Secũdo, vbi adiecta ſit clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

7 *Limitatur Tertio, vbi ex coniecturis aliud appareat de voluntate teſtatoris.*

DISTINCTIO. LXXXVI.

1 AVt cum ſubſtitutione breuiloqua coniuncta eſt compẽdioſa, Aut eſt ſimplex, Primò caſu ſine dubio compræhendit, etiam fideicõmiſſariam; vt poſt Alexandrum, docent communiter omnes ad d. l. 2. C. de impuber. & alijs ſubſtit. nimirum Dec. num. 4. Curt. Iun. num 16. Sebaſt. Sapia nu. 19. Coraſ. num. 15. Si verò cum compendioſa non eſt coniuncta; Aut adiecta eſt clauſula inuicẽ ſubſtituo, vulgariter,
2 pupillariter, & per fideicomiſſum, & tunc quoq; etſi hoc ſit expreſſum, ſine dubio cõpræhendit fideicõmiſſariã, Alex. ad l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. nu 19. Curt. Iun. ad d. l. 2. C. de Impub. & alijs ſubſtit. nu. 16. in fine Sapia nu. 19. & Coraſ. nu 15. ita tamẽ, vt arbitror, vt nõ ſit in electione ſubſtituti, ex quacumq; velit ſubſtitutione, ſuccedere, vt cũ Bart. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. nu. 38. Sentiunt pleriq; ſed ita vt quælibet ſubſtitutio habeat locum in caſu ſuo, non enim conſtituenda eſt differẽtia inter illam expreſſionem in genere, quandocumque deceſſerit, & hanc in ſpecie, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ut rectè ſentit Emanuel Coſta in d. cap. ſi pater in tertia parte in verbo obliqua num. 9. vbi adducit pro opinione contra Bart. quãplurimos, Vbi uerò talis clauſula nõ ſit adiecta, rurſus generaliter diſtin-
3 guendum eſt, Aut conſtat de uoluntate teſtatoris coniectura, Aut non, Primo caſu comprehendit l. in teſtamento, huius initij prima, ſupra de teſta. milit. ubi Caſtr. & alij afferunt in mediũ aliquas coniecturas, eſt tex. optimus in l. iã hoc iure, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. in fin. tradit Areti. conſ. 37. nu. 8. ubi dicit huius rei coniecturã eſſe, ſi teſtator dicat, ut in caſu ſibi ꝓpoſito, quãuis hæredes mei, & ſubſtituti, ſatis ſint prohibiti à lege alienare res prædictas, quia res reſtitutioni ſubiacent, tamen ego quoquè, ad cautelam, prohibeo, non admitterem tamen cum Bar. in d. l. Centurio, ff. num. 38. & in l. recuſare, §. Titius in fin. ff. ad S. C. Trebell. reciprocam comprehendere fideicommiſſariam, ſi teſtator dicat eos inuicem inſtituo & ſubſtituo, licet hanc coniecturam probet etiam Dec. in d. l. 2. C. de impuber. & alijs ſubſtit. num. 4. etenim

ſi reciproca, facta verbo communi, nō comprehendit fideicommiſſariā, multo minus debet comprehendere, ſi fiat directis, & communibus verbis, nec dicatur faciendam eſſe hanc declarationem, ut uerbum, ſubſtituo aliquid operetur, quia ſatis eſt, vt ſtet declaratiuè, inſtituo, & ſubſtituo, ideſt ſubſtituo, vbi verò ſumus penitus in dubio, vēdicat ſibi locum communis illa, de qua ſupra in primo articulo, quæ negat reciprocam comprehendere fideicommiſſariam.

Eſt igitur concluſio, in hac materia, negatiua, nimirum.

4 Reciproca ſubſtitutio, facta in teſtamento, non habente clauſulam codicillarem, ad fideicommiſſum non trahitur, cap ſi pater de teſtam. lib. 6. tradit Bart. ad l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. num. 20. & ſequuntur eum ibi DD. communiter, vt de communi teſtatur ibi Iaſ. num. 29.

5 Limitatur Primum hęc concluſio, vt non procedat, quando cum breuiloqua mixta eſt compendioſa, DD. communiter ad l 2 C. de impuber. & alijs ſubſtit. & præſertim Dec. nu. 4.

6 Limitatur Secundo, vt non procedat vbi, cum breuiloqua, ſit adiecta clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, nam tunc quoque ſine dubio fideicommiſſariam cō prehendit, vt per Alex. ad d. l. Lucius ff. de vulg. & pupill. num. 19.

7 Limitatur Tertio, & vltimo vbicumq; appareret ex coniecturis teſtatorem voluiſſe etiam fideicommiſſariam comprehendere l. iam hoc iure, ff de vulg & pupill. in fine, l. in teſtamento, 1. C. de teſtam. milit. vbi Caſtrenſis.

ARGVMENTVM.

An, & quando poſſit filius hæreditatem paternā repudiare, & legitimā petere, vel retinere.

SVMMARIVM.

1 *Filius non poteſt paternam hæreditatem ab inteſtato repudiare, & legitimam retinere.*

2 *Filius, ſi ex patris diſpoſitione habeat legitimam iure legati, quia hoc ex ſtatuto fieri poſſit, poteſt legatam legitimam retinere, & paternam hæreditatem repudiare.*

3 *Filius ſubſtitutum habens, ſi non ſit grauatus legatis, non poteſt retinere legitimā, & hæreditatem repudiare.*

4 *Filius ſubſtitutum habens, ſi ſit legatis grauatus, de rebus proprijs, poteſt legitimam retinere, & hæreditatem paternam repudiare, ſi de rebus hæreditarijs, nequaquam.*

5 *Filius paternam hæreditatem repudiare, & legitimam petere, vel retinere, non poteſt.*

6 *Limitatur vbi filius coheredē habeat, ſi legitima titulo legati ei ſit relicta, quia poſſit hoc fieri ex diſpoſitione ſtatuti.*

7 *Limitatur Secundo, vt non procedat, vbi filio inſtituto, legatis grauato, ſit datus vulgaris ſubſtitutus.*

8 *Sublimitatur, ſecundum aliquos, vt deroget concluſioni, ſi ſit legatis grauatus de rebus proprijs, ſecus ſi de rebus hæreditarijs.*

DISTINCTIO LXXXVII.

PRopoſitam difficultatem, ſoluere conſueui, ad mentē Bart. Soc. ad l. 1. ff. de vulg. & pupill. & Alex. Trentacin. in tractatu, de ſubſtit. parte prima cap 9. nu. 27. cum
1 ſequen. hoc pacto diſtinguendo, Aut dubitamus numquid filius poſſit hæreditatem repudiare, & retinere legitimam ab inteſtato, Aut ex teſtamento, Primo caſu non poteſt hoc facere, vt ex Abba: in cap. Raynutius de teſtam. Docet Bartho. Socin. ad d. l. 1. nu. 32. verſ. Septimus, & vltimus caſus.

Digitized by Google

caſus, Alex.ad l.quia poterat,ff.ad S.C.Trebell. & in conſ.75. lib. primo, & alij relati per Trentacin. in d.cap. 9.num. 26.ea ratione, quia legitima dicitur quota hæreditatis, l. Scimus in princ.C.de inoff.teſtam.hęreditas autem, nec ab inteſtato poteſt pro parte acceptari, pro parte repudiari, l.1.cum ibi notatis,ff.de acquiren.hęreditate, licet nõ nulli dubitauerint.

2 Secundo autẽ caſu, Aut filius eſt ſimpliciter inſtitutus, Aut non, Si ſimpliciter eſt inſtitutus,ita vt neque cohæredem habeat, neque ſubſtitutũ, repudiare hæreditatem, & legitimã retinere,non poteſt, & in ijs terminis potiſſimum procedit communis opinio,etiam ſi filius eſſet legatis grauatus, ut ſentit Caſtrenſ. ad d.l.3.C. de impuber. & alijs ſubſt. & probat tex. in d.l. ſi libertus patrono in fi.ff. de bon libertorum, & dicit eſſe communiter de mente Doctorum Socin. in d.l.1.num.32.uerſ. quartus caſus, & communem hanc ſententiam acerrimè defendit Fachin.lib. 4. controuerſiarum iur. cap. 65 reſpondendo argumentis pro contraria ſententia, quam tenuit Ludouic. Rom.ad l.1.ff. de acquir. hæred. & alij adducti per Trentacinquum de ſubſt. part.1.cap. 10. nu. 24. quibus tamen accedit Ioannes Vaud.lib.1. Variarum quæſt. q.52.cuius argumẽta Fachineus,qui fortè eum non uidit,nõ ſoluit & ego in pũcto iuris ueriorem eſſe arbitror ſententiam contra communem,quicquid ſit. Si non ſimpliciter, Aut cohæredem habet, Aut ſubſtitutũ vulgarem, Sed cohæredem, Aut habet legitimam ſeparatim iure legati puta, quia fieri hoc ex diſpoſitione ſtatuti poſſit,& tunc poteſt, retenta legitima iure legati, hæreditatem repudiare,arg.l.filio pater de legat.primo, ita intelligendus eſt Bald. ad l. ſcimus.ff.de acquir. hęredita.vt rectè docet Socin.Sen.in d.l.1.nu. 32. verſ. Secundus caſus, Aut non habet ſeparatim iure legati,& non poteſt,ſecundum communes traditione, ex his, quæ,ſupra adducta ſunt pro communi opinione,Si vero ſubſtitutum habet, Aut nõ eſt grauatus legatis, Aut

3 legatis grauatus eſt, Primo caſu,non poteſt hæreditatem dimittere,& legitimam conſequi, vt ſentiunt communiter DD. qui volũt duo requiri, ad hoc,vt ſit locus,l. ſi libertus patrono, in §. quid ergo de bon. libert. vt ſcilicet datus ſit ſubſtitutus,& ſit impoſitus legatorum onus: vt poſt Caſtrenſ. ad l. 3. C. de impuber. & alijs ſubſt. tradit Soc. in d. l 1.nũme.32. verſ Tertius caſus, nec non Trenta-

4 cinq; in d.cap.9.num.29.Secundo autem caſu,quando ſcilicet legatis grauatus eſt, Aut grauatus eſt de rebus proprijs, & poteſt legitimã acceptare,& reliquam hæreditatem repudiare, vt plures adducens; Docet Socin. Sen.ad d.l.1.ff.eod.num.32.verſ Sextus caſus,& Tretacin. ad d. cap.9.nu. 27. qui,& ipſe plura adducit,& contraria remouet,Aut eſt legatis grauatus ſimpliciter, vel de rebus hæreditarijs, & tunc,ſecundum Socin.in d. l.1.num.32.verſ. quartus caſus,& nõ nullos alios, quos adducit, nõ poteſt legitimam acceptare, & hæreditatẽ repudiare, magis communis, tamen opinio eſt, vt ipſemet Socin ibi fatetur, filium poſſe legitimam capere, & hæreditatem repudiare, & de cõmuni teſtatur etiam Trentacinqu: in d.cap.9.num.28. ad quem me refero.

5 Filius ergo paternam hęreditatem repudiare, & legitimam petere,vel retinere, regulariter non poteſt, vt per Bartholom. Socin. ad leg.1.ff. de vulg.& pupill.nu.32.verſ Septimus, & vltimus caſus.

6 Limitatur Primum, vt locum ſibi non vendicet concluſio eiuſmodi, Si filio inſtituto, cui datus ſit cohæres, legitima ſit titulo legati, ex ſtatuti diſpoſitione, relicta,vt per Socin. ad d.l.1. nũ. 32.facit tex. in l. filio pater de leg.1.

Digitized by Google

7 Limitatur Secundo, vbi filio inſtituto, legatis grauato, ſubſtitutus vulgaris datus ſit, vt per Socin. in præallegato loco.

8 Sublimitatur tamen, ſecundum nõ nullos, vt concluſioni deroget, ſi filiis ſit legatis grauatus de rebus proprijs, ſecus ſi de alienis, vt per Socin. ad ſæpius repetitam, l. 1.

ARGVMENTVM.

An, & quando mercenario, qui tẽpore aliquo aduerſa valetudine laborauit, merces conuenta omnis debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Famulo infirmo debetur ſalarium, vel non debetur pro tempore, quo fuit infirmus, ſecundum loci conſuetudinem.*

2 *Mercenario, ſeu famulo conducto dietim, vel ſine temporis præfinitione, pro diebus, quibus fuit infirmus, merces non debetur.*

3 *Mercenario, ſiue famulo, pro tempore, quo fuit infirmus, merces non debetur, ſi culpa ſua eſt infirmus.*

4 *Secus ſi culpa vacauit, & morbus fuit breuis, ita vt non fuerit neceſſarium alium conducere.*

5 *Seruire nobis intelliguntur etiam ij, quos ægros curamus.*

6 *Mercenarius, qui diu fuit infirmus, ſi non poteſt, vel recuſat ſupplere, pro eo tempore, quo fuit infirmus, mercedem habere non debet.*

7 *Mercenarius, qui vult, & poteſt æque habilis reſarcire damnum temporis, quo fuit infirmus, ſi operas certi temporis promiſit non auditur.*

Secus ſi promiſerat ſeruire per annum vel menſem, non per certum annum, vel menſem.

9 *Mercenario, vel famulo infirmo, pro eo tempore, quo fuit infirmus, merces conuenta non debetur.*

10 *Limitatur, vbi contraria ſeruetur conſuetudo.*

11 *Limitatur Secundo, vbi morbus fuit breuis, & non culpoſus.*

12 *Limitatur Tertio, ſi velit ſupplere operas non præſtitas ob infirmitatem.*

13 *Sublimitatur, ſi ſit conductus certo menſe, vel anno, nam tunc, nec ſupplere poteſt, per operas alterius temporis.*

DISTINCTIO LXXXVIII.

1 In hac, ſatis controuerſa quæſtione, quam varijs in locis tractant DD & in primis ad l. diē functo, ff. de officio aſſeſſor. vbi Iaſ. nume. 47. cum ſeq. diſtinguebam ego quandoque tam publicè profitendo, quàm reſpondendo de iure hoc modo. Aut circa hoc extat conſuetudo, Aut non; Si extat conſuetudo eſt ſeruanda, l. excepto, vbi not. C. locat. Caroc. in tract. locat. & cond. parte 1. in tit. de famulis, & pediſſequis. q. 8.
2 num. 26. Si non extat, Aut eſt conductus mercenarius dietim, vel ſine tẽporis præfinitione, Aut ad certum tempus puta per annum, Primo caſu pro diebus, quibus fuit infirmus ſalarium non debetur, & ita poteſt intelligi tex. in l. ſi vno in §. item cum quidam, ff. locat. vbi Bald. tradit expreſſè Port. ad, §. Apum Inſtit. de rerum diuiſ. num. 21. & ſequitur Caroc. in tract. locati part. 1. in tit. de famulis,
3 & pediſſequis, q. 10. num. 31. Secundo caſu, Aut infirmitas fuit culpoſa, Aut culpa vacauit; id quod medicorum iudicio poterit diiudicari, argumento l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homini. Si culpoſa, ſalarium non debetur, vt rectè ex Floriano ad l. arboribus, §. de illo, de vſufruct. docet idem Caroc. in præallegato loco nume. 28. & ante eum, tradiderat Aufre. in addit. ad Deciſ. Capellæ Tholoſan. q. 36. num. 1.

Digitized by Google

nu. 1. ſi verò culpâ vacauit, arbitror rurſus diſtinguendum eſſe, Nam, Aut aliquibus diebus mercenarius, conductus per annum, fuit infirmus, ita, vt Domino non fuerit neceſſarium alium conducere, Aut diuturno, puta duorum vel trium menſium morbo laborauit. Primo caſu ſine dubio omnis debetur conuenta merces, & dies illi anno imputandi ſunt, vt aperte ſtatuit I.C. in l. cum hæres Reipublicæ, §. Stichus ſi hæredi, verſ. Sed ſi quibuſ
5 dam diebus, ff. de ſtatulib. Seruire enim nobis intelliguntur etiã ij, quos curamus egros, qui cupientes nobis ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediuntur, facit l. vlt. §. penult ff. ad l. Rhodi. de iact. l. ſi addes, §. cum quidam l. qui operas, ff. locat. necnon, l. poſt duas, C. de aduoc. diuerſ. iud. & ita intelligẽda eſt opinio gl. in d. l. arboribus, §. de illo in verbo egrotante, quam ſequutus eſt Siluanus, teſtans, ſecundum eam plures fuiſſe iudicatum, conſ. 28. nu. 2. & 23. Innoc. Io. Andr. & Barb. ad c. 3. extra loc. vbi Imola communem dicit, cũ alijs adductis per Aufre. ad Capell. Tholloſ. q. 269. num. 2. & in his termi nis locum ſibi vendicat ſine difficultate opinio Io. Vandi lib. 1. variatum quæſtionum, cap. 7. aduerſatur enim omni æquitati, vt ex afflictione corporis res etiam familiaris affligatur, l. ſi is qui animo. ff. de acquir. poſſeſſ. iure ſuccurſũ, ff. de iur. dot. facit l. Diuus Marcus, ff. de off. præſ. Secundo
6 autem caſu, Aut famulus non vult, ſanus, & æque habilis, per tantumdẽ temporis operas præſtare, & ſine dubio omnis illi conuenta merces non debetur per tex. in l. ſi vno in §. item cum quidam, ff. locat. vbi Bart. nu. 8. & ita procedit opinio eiuſdem Bart. ad l. operæ, ff. de vſufruct. leg. Butr. Anch. Imolæ, & aliorum ad c. propter ſterilitatem extra locat. Abb. ad c. 1. de clerico ægrotante vel debilit. nu. 6. Couarr. variarum reſolut. lib. 3. cap. 143. Alber. ad d. l. operæ & ad d. l. arboribus, §. de illo ff. de vſuf. & DD. ad l. diẽ functo, ff. de offic. Aſſeſſ. vbi Iaſon nu 48. Cagnol. nu. 215 Boloegn. nume. 72. Viui. lib. 1. commun. opin.
7 opinione 108. Aut ſanus vult, & poteſt ęque habilis damnũ operę nõ pręſtitæ reſarcire, & tunc rurſus, diſtinguerem ex ſentẽtia Bart. ad d. §. item cum quidam nu. 8. Aut famulus promiſit ſeruire, & operas certi temporis præſtare puta præſentis anni vel menſis Auguſti vt dicit Bart. Aut ſimpliciter promiſit ſeruire per annum, Primo caſu non poteſt ſupplere operam alio anno vel menſe argumento, l. vſusfructus mihi in trienium, ff. de vſufruct. leg. facit, l. ſi non ſortem, ff.
8 de cond. indeb. Secundo autem caſu poteſt, vt per Bart. in d. §. item cum quidã tradit Bald. ad l. vlt. in fin. ſub num. 9. C. de condit. inſertis, & alij adducti per Caroc. in d. tit. de famulis & pediſſequis q. 10 num. 29.

9 Mercenario, vel famulo, qui, tempore aliquo, aduerſa valetudine laborauit, merces conuenta vniuerſa nõ debetur, l. ſi vnum, §. itẽ cum quidam ff. locat. vbi Bald. tradunt DD. communiter ad l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſor.

10 Limitatur Primo, vt locum ſibi nõ vendicet vbi vigeat contraria cõſuetudo, l. excepto, vbi not. C. locat.

11 Limitatur Secundo, vt non procedat, vbi morbus fuit breuis, & non culpoſus, l. quarta, §. Stichus ſi hæredi, verſ. ſed ſi quibuſdam diebus, ff. de ſtatulıber.

12 Limitatur Tertio, vt locum ſibi nõ vendicet, vbi mercenarius, qui fuit infirmus velit reſarcire damnum, & iacturam operarum quas aduerſa valetudine impeditus nõ præſtitit. Bal. ad l. vlt. in fine ſub num. 7. C. de condit inſertis.

17 Sublimitatur, vt concluſioni deroget, ſi ſit conductus ad annum vel ad menſem ſimpliciter ſecus ſi ad annũ

certum,

certum, vel ad certum menſem, puta ad præſentem annum, vel ad menſem Auguſti, nam tunc, ſupplere non poteſt per præſtationem operarum alterius temporis, Bart. ad l. ſi vno in, §. ita cum quidam, ff locat. num. 8. Sentit etiam Bald. in d. l. vlt.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo ei, qui conuenit cum aliquo, vt centum acciperet, & victum per annum illi, ſecum conuiuenti, ſubminiſtraret, ſi ante finitum annum conuictor, ſeu commenſalis moriatur, centum integrè debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Conuictorem recipienti, pro certa annua mercede, ſi conuictor moriatur ante finitum annum, non debetur precium alimentorum reſidui anni, ſed merces habitationis dumtaxat, & operarum præſtandarum, niſi alteri, poſt illius mortem, in locū illius ſuffecto, locauerit, nam tunc nō debetur merces, niſi pro rata temporis, quo vixit.*

2 *Conuictore recedente, ante finitum annum conuentum ex cauſa, puta, belli, vel peſtis, locatori nihil pro reſiduo anno debetur, cum caſus dicatur accidere ex parte locatoris.*

3 *Secus ſi ſine cauſa, tunc enim tenetur ad totale intereſſe.*

4 *Cubiculum conductitium habenti, & ſic operas, & habitationem cum lecto præſtanti, pro certa mercede, per annum, ſi conductor, ante conuentum annum moriatur, vel ſine cauſa recedat, totius anni merces debetur.*

5 *Secus ſi cum cauſa recedat ob bell. vel peſtem, vel quia vexetur à ſpiritibus immundis.*

DISTINCTIO LXXXIX.

CONſueui Ego, in propoſita difficultate, ad l. diem functo. ff. de officio aſſeſſor. hoc pacto diſtin-
1 guere, Aut is, qui domeſticum conuictorem recipit, ſubminiſtrat de ſuo alimenta, quo caſu, vulgo dicitur, *tenere à dozina*, Aut præſtat tantummodo habitationem, & ſeruitia neceſſaria ad victum, & operas, quo caſu cubiculum locare dicitur, ſeu conductitium habere, quod nos appellamus, *camera locanda*. Primò caſu rurſum diſtinguendum eſt, quia Aut conuictor, & commenſalis, moritur ante annum conuentum, Aut recedit, Si moritur, Aut quæris, an reſidui temporis precium victus debeatur, & concludo negatiuè, per l. nam hoc natura de condit. indebiti, iuncta l. lectos. ff. de peric. & comm. rei. vend. Aut quæris, an teneatur ad mercedem habitationis, & operæ pro reſiduo anno, & tunc, Aut ſublocauit habitationem, & operas, alterum in locum illius recipiendo conuictorē, & non debetur merces, niſi pro eo tempore, quo vixit defunctus conuictor, vel vacuus fuit locus, l. ſed addes, in fine locati, facit etiam, l. diem functo, ff. de off. aſſeſſor. Aut non ſublocauit, & tunc omnis habitationis, & operæ merces debetur, per d. l. ſed addes in fin per l qui operas. ff. locati, & per d. l. diem functo, & in his terminis poteſt locum ſibi vendicare opinio Chriſtophori Portij ad §. vlt. Inſtit. de locat. & condut. num. 4. vt ſentit etiam Alciat. ad d. l. diem functo, num. 27. Quod ſi non moriatur
2 conuictor: ſed recedat ante finitum annum conuentum, rurſus diſtinguēdum eſt, quia, Aut recedit cum cauſa, puta, ob bellum, vel peſtilentiam, & non

& non tenetur ad aliquid, quia caſus accidit, re vera, ex parte locatoris, habita ratione loci, quod quando vſu venit, non tenetur conductor, niſi pro tempore, quo vſus eſt re, vel opera, l. habitatores. § fin. cum gloſ. l. ité quæritur, §. exercitor, & l. ex conducto, §. 1 ff. locati. Sentit Io. Baptiſta Caccialup. ad. d. l. diem functo de officio aſſeſſ. q. 40. num. 53. Alex in Apoſtil. ad Bald. in d. l. ſi vno. §. ita cum quidam, & in conſil. 44. volum. 1. Ripa in tract. 1. de peſte, in titul. de priuileg. contrac. cauſ. peſt. nu. 18. tradit Porcius in d. §. fin. inſtit de locat. & conduct. facit, l. ſi quis domum. §. 1. & l. ſi quis fundum. §. Imperator, & l. ſi vno. §. item cum quidam. ff. lo-
3 cat. Aut recedit omnino ſine cauſa, & tunc non modo tenetur ad mercedem operæ, & habitationis, ſed ad totale intereſſe, l. dominus horreorũ
4 §. fin. ff. locat. Aut loquimur de Cubiculi locatore, qui habitationem præſtat, & ſeruitia ad victum neceſſaria, non autem victum, & tunc eodem modo eſt diſtinguendum, Aut conductor cubiculi per annum moritur ante tempus, vel recedit ſine cauſa, & hæredes illius vel ipſemet reſpectiuè tenetur ſoluere mercedem integri anni, & ſic reſidui temporis, per d. l. ſed addes in fin. ff. locat. cum alijs adductis, niſi ſublocauerit, Aut recedit
5 ex cauſa, puta peſtis, vel belli, vel quia d. domus à ſpiritibus immundis vexaretur, & tunc non tenetur ad aliquid, quia caſus accidit, ex parte locatoris, vt ſupra dicebamus, per tex. in l. ſi quis domum. §. 1. ff. locati, cum alijs ſupra adductis.

Concluſiones non colligo, ne vtar verboſa repetitione earum rerum, quæ nec meliore ordine, nec paucioribus verbis explicari poſſunt.

ARGVMENTVM.

An, & quando merces, vel ſalarium honorificum debeatur in principio, vel in fine anni.

SVMMARIVM.

1 *Merces locanti operas vulgares, & ſeruiles, debetur in fine anni.*

2 *Salarium honorificum, quod debetur intuitu ſolius dignitatis, debet ſolui in principio anni.*

3 *Salariũ honorificum, quod debetur principaliter ob impenſas, in principio anni ſolui debet.*

4 *Medicus habens ſalarium à priuatis, debet habere in fine curationis, vel in fine anni, à Publico autem in anni principio.*

5 *Magiſtratibus, Officialibus, & Aduocatis debetur ſalarium in principio anni, poſt cœptam adminiſtrationem.*

DISTINCTIO XC.

1 Aut dubitamus nunquid in fine anni, vel in principio debeatur merces, quæ debetur pro opera ſeruili, Aut de honorario ſiue ſtipendio, quod pro opera liberaliori debetur. Si de mercede concludẽdum eſt deberi in fine anni, per cap. propter ſterilitatem vbi Abbas num. 4. extra locati, & per ea quæ tradit Bart. ad l. Iulianus in § offerri in ff. de act. empt. Si de honorario, vel
2 ſtipendio, Aut datur ſolius dignitatis intuitu, Aut ob incommoda, & occupationem; Primo caſu debetur ab initio Arg. §. filiusfam. Inſtit. quibus modis ius patr. poteſt. ſoluitur Auth. Epiſcopalis. C. de epiſc. & Cle-
3 ric. Secundo autem caſu, Aut principaliter datur ob impenſas, & ſoluitur ab initio, l. legatus antea quam. ff. de legibus in fin. & l. 2. C. eod. lib. 10.
4 Aut principaliter ob honeſtum laborem, & occupationem, & tunc, Aut loquimur de Medico curante infirmos, Aut de magiſtratibus, officialibus,

bus, & Aduocatis, & alijs virtute præditis; Primo caſu, Aut Medicus habet ſalarium à priuato, & illud debet conſequi in fine curationis, d. l. Archiatri, Aut habet ſalarium publicum, & illud debet habere in principio; quia ceſſat in ſalario publico ratio, qua nititur deciſio, d. l. Archiatri,

5 Si verò verſamur in alijs virtute præditis, indiſtinctè, ſiue ſalarium publicum ſit, ſiue priuatum, debetur in principio; vel ſaltem poſt cęptam adminiſtrationem, non in fine, l. vlt. C. de Aduoc. diuerſ. Iud. l. qui operas. ff. locati, & l. 1. in §. diuus. ff. de var. & extraord. cognitioni.

Concluſiones, quæ poſſent ex diſtinctione colligi, ſatis aperte in corpore illius ponuntur, & in ſummarijs indicantur, propterea ſuperuacanea repetitione non vtor.

ARGVMENTVM.

An, & quando Magiſtratus electus, qui ſe accinxit itineri, & fecit impenſas ſi moriatur ante ingreſſum officij, tranſmittat ſalarium ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, ſecuta electione, conſequitur immunitatis, titulos, & prærogatiuas, quæ tribuuntur ratione ſolius dignitatis.*

2 *Magiſtratu, ſtatim ſecuta electione, moriente, emolumenta, quæ debentur ratione impenſarum, & honeſtæ occupationis, conſiſtentis in illius exercitio, hæredibus non debentur.*

3 *Magiſtratu moriente poſt electionem, & poſt factas impenſas & præparationes, ante aduentum temporis officij; hæredes illius conſeruandi ſunt tantummodo indemnes.*

4 *Magiſtratu moriente poſt factas præparationes, & impenſas, & poſtquam venit tempus officij, ſi officium illud ſeparatim habet aliquod emolumentum pro impenſis, & incommodis itineris; illud tantum pertinet ad hæredes.*

5 *Si verò nihil habet ratione itineris, tranſmittitur ad hæredes integri anni ſalarium.*

DISTINCTIO XCI.

IN hac materia ad l. diem functo de officio aſſeſſor. ſic diſtinguebam, Aut dubitatur de emolumentis, quæ debentur ratione vnius, & ſolius dignitatis, vt ſunt liberatio à patria poteſtate, immunitates, tituli, & ſimilia, & intelligunt acquiſita ſtatim ſecuta electione. §. filiusfam. Inſt. quibus mod. ius patr. poteſ. diſſ.
2 & Auth. ſed Epiſcopalis, C. de Epiſc. & Cler. Aut de emolumentis, quæ
2 debent pro rône impenſarũ, & honeſtæ occupationis conſiſtentis in exercitio illius officij, & tunc, Aut præceſſit mortem tantummodo electio, & nihil debetur per locum à ceſſante cauſa, iuxta l. adigere in §. quamuis. ff. de iure patr. & in cap. cum ceſſante
9 de appellat. Aut præceſſit electio, & præparatio, non ſine incommodo, & impenſa, & tunc, Aut ante mortem non venit tempus officij, & ſatis eſt eo caſu, vt conſeruetur indemnis, arg. l. ſi pecuniam, de condit. ob cauſam, Aut venit dies, & tunc, Aut
4 ſeparatim habet aliquod emolumentum, pro viatico, & pro impenſis, & pro incommodis itineris, & tunc nõ niſi illud tranſmittit ad hæredes, quia ſpecialis prouiſio derogat generali beneficio, l. in toto, de reg. iur.
5 & l. ſanctio legum. C. de pœnis. Aut nihil habet ratione viatici, & tranſmittit illius anni integrum ſalarium ad hæredes, & ita poteſt intelligi opinio Bart. in l. 1. in §. diuus. ff. de varijs & ex-

& extraordin. cognitio. & in l. poſt duos. C. de Aduocat. diuerſor. Iud. quem ſequuntur alij plures ad d. l. diem functo. ff. de officio Aſſeſſorũ, & præſertim Iacob. Nigr. num. 41. Sebaſt. Sapia, nnm. 24. Curt. Iun. num. 39. cum ſequent. Purpuratus, nu. 216. cum ſeq. Cagnol. num. 206. cum ſeqq. qui eandem opinionem, aſcribit et iã Claud. Aquenſ. & probat eãdem opinionem Bologn. ibi, num. 52. verſ. & tenendo, & eandem defendimus ad d. l. diẽ functo pluribus rationibus.

Nihil neceſſe eſt colligere, & reaſſumere concluſiones, ex hac diſtinctione, quæ planiſſimè ſunt explicatæ in corpore eiuſdem diſtinctionis.

ARGVMENTVM.

An, & quando locatore operarum, vel conductore per annum, mortuo, ante finitum annum, integrum totius anni ſalarium debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Locatore operarum ſeruilium, & vulgarium per annum, moriente ante annum finitum, ſalarium non debetur hæredibus, niſi pro rata temporis.*

2 *Conductore autem moriente, debetur integrum ſalarium locatori, niſi alteri operas locauerit.*

3 *Magiſtratui, iuris profeſſori, vel alteri liberaliores operas locanti per annũ, ſi ante illum finitum conductor moriatur, integrum debetur ſalarium, ſi alijs operas non locauit, ſi locauit, pro rata temporis, quo operas præſtitit & quo vacuus fuit.*

4 *Locatore autem moriente antea quàm ſalarium cœperit deberi, nihil hæredibus debetur.*

5 *Locatore operarum liberaliorum, puta Aduocato in certa cauſa, moriente poſtquàm cœpit ſalarium deberi, vbi vnica conſtituta eſt pro opera præſtatio, integrum debetur, niſi per eum ſtetit, quò minus operam ante mortem perficeret.*

6 *Locatore nobilium operarum moriente ante finitum annum, etiam vbi multiplex ſit ſalarij præſtatio, ſi vnica eſt obligatio, vt contingit regulariter in iuris interpretibus, integrum tranſmittitur ad hæredes.*

7 *Peruſini Gymnaſij moderatorum benigna obſeruatio cum ſuis publicis profeſſoribus.*

8 *Locatore nobilium operarum moriente ante annum, ſi ſtipẽdij multiplex ſit, & præſtatio, & obligatio, non vniuerſum ad hæredes tranſmittitur.*

9 *Mercenario ante annum conductionis, morienti, omnis conuenta merces non debetur.*

10 *Mercenarius, conductore, ante finitum annum, moriente, integram ad hæredes mercedem tranſmittit.*

11 *Limitatur, niſi alijs operas ſuas locauerit.*

12 *Stipendium integrum debetur hæredibus officialium morientium, ante finitum annum.*

13 *Limitatur Primo, quando ſtipendium nondum cœpit deberi.*

14 *Limitatur Secundo, quando ſtetit per locatorem, quo minus ab eo viuente opera certa, ad quam fuerat conductus, perficeretur.*

15 *Limitatur Tertio, vbi multiplex eſt ſtipendi obligatio.*

DISTINCTIO. XCII.

VT vno qnodammodo intuitu poſſit intelligi, an, & quando transferatur ſalarium, vel ſtipendium totius anni ad hæredes, mortuo officiali, vel publico Profeſſore, ante finitum tempus, vel alio quocumq; qui operas locauerit, al-

Digitized by Google

tius repetendo materiam, adhibenda eſt hæc diſtinctio, Aut dubitamus
de ſalario, & mercede, quæ debetur
pro locata opera ſeruili, vulgari, &
mercenaria, & ſic pro mero labore,
Aut de ſalario honorifico, quod ſtipendium, vel honorarium propriè dicitur, vt latè per Ripam in tractatu
de Peſte in tit. de priuileg. contract.
au. peſt num. 116. quod debetur pro
liberaliori opera, & pro peritia, &
probitate intellectus, iuxta tradita
per Surd. conſ. 42. num. 2. & poſt eum
per Excell. D. Ioannem Baptiſtam Coſtam, in ſuo tractatu, de portione rata
q. 13. num. 11. Primo caſu, Aut moritur ante tempus locator, & non debetur merces, niſi pro tempore, quo opera fuit præſtita, arg. l. ſi vno. §. item
cum quidam, & l. cum in plures. ff. locati. labor enim, tempus, & pecunia
recipiunt diuiſionem l. Seio in princ.
ff. de annuis legat. vbi Bart. ſentit
Surd. d. conſ. 42. num. 10. & Io. Baptiſta Coſta in d. tract. de rata q. 13. nu-
2 me. 3. & 4. Aut moritur conductor,
& tunc rurſus diſtinguendum eſt,
quia, Aut locator eaſdem operas locauit alteri, ita vt eandem mercedem
acceperit, & hæredes mortui conductoris non tenentur arg. eorum quæ
tradunt Doctores ad l. diem functo.
ff. de officio aſſeſſorum. & ad l. ſed addes in fin. cum l. ſeq. ff. locati faciunt
tradita per Surd. conſil. 42. num. 22.
verſic. 5. reſpondeo, Aut alteri non
locauit, & tenentur hæres mortui cõductoris ad integram mercedem, d. l.
ſed addes in fin. & l. qui operas. ff. locat. Secundo autem caſu, rurſus di-
3 ſtinguendum eſt, quia, Aut moritur
is, qui debet ſalarium, vel ſtipendiũ,
Aut is, cui debetur, Si moritur is,
qui debet, Aut illi cui debebatur fuit
cum alijs, a quibus pro opera, quam
defuncto præſtitiſſet, idem ſtipendiũ,
vel honorarium accipit, & nihil debetur, niſi pro opera præſtita, & quãdiu fuit vacuus. Aut non fuit cum alijs, & tunc integrum reſidui temporis ſtipẽdium debetur, vt in d. l. diem
functo, & in l. ſed addes in fin. vbi
4 vero is moritur, cui honorarium debetur, Aut non cœpit deberi antequã
moreretur, vel quia liceat pœnitere,
vel quia recipiat conditionem, vel
ob aliam ſimilem cauſam, & nihil debetur arg. l. ſi pecuniam in princip. de
cond. ob cauſam, iuncta declaratione
Bartoli ad l. 1. in §. diuus. ff. de varijs,
& extraord. cognitio, nu. 13. faciunt
tradita per Alcia. ad d. l. diem functo,
5 num 28. Aut cœpit deberi antequam
moreretur, & tunc, Aut vnica eſt honorari præſtatio, Aut multiplex, Si
vna & pro certo facto, vt puta quia
promiſſi ſint centum aurei Aduocato, pro defenſione cauſæ, & tunc, Aut
per eum, cui honorarium debetur,
ſtetit quo minus viuens rem perficeret, Aut per eum non ſtetit, Si per eũ
ſtetit, quo minus perficeretur antequàm moreretur, integrum ſalarium
ad hæredes non tranſmittit, Si non
ſtetit tranſmittit integrum d. l. 1. in
6 §. diuus. Si verò præſtatio eſt multiplex, quia diuiſum ſit honorarium in
plures præſtationes, Aut pluriũ præſtationum vnica eſt obligatio, vt contingit in honoraris Interpretum, &
publicorum profeſſorum, quibus regulariter debetur annua quantitas,
ex vnica obligatione, licet cuiuslibet
anni ſalarium, commoditatis ſoluentium gratia ſit diſtributum, vt plurimum in plures præſtationes, vt in
hoc Ticinenſi Gymnaſio, in quo ſingulo trimeſtre ſoluitur, præſtatur
quarta pars ſtipendij, & tunc totum
debetur, l. diem functo, ff. de officio
Aſſeſſorum vbi DD cõmuniter Bart.
ad l. 1. in §. diuus, num. 6. ff. de varijs,
& extraordin. cognitionibus, tradit
Vincen. Carot. in tract. locat. & conduct. par. 4. in tit. de remiſſione mercedis, q. 8. num. 195. vbi plures adducit,
& latiſſimè materiam hanc tractat,
tradit Surd. in ſuo conſ. 42. num. 3. &
nouiſſime

Digitized by Google

nouiſſimè D. Io. Baptiſta Coſta in d. tract. de Rata, q. 13. num. 1. Quæ in re liberaliter cum ſuis interpretibus agunt Perusini Gymnaſij Moderatores, quos Sapiẽtes ſtudij appellamus, qui nõ modo ſemper hæredibus mortui profeſſoris ante finitum annum, totius anni integrum, quod cæperat deberi, ſtipendium præſtant, ſed quandoq; hæredibus Petri Pauli Bartolini Iuris Ciuilis Interpretis ordinarij, qui repentina morte cecidit poſt ſchedas tranſmiſſas ad ſuos auditores, in quibus notata erant Doctorũ loca præuidenda, ea nocte, quæ antecedebat diem, à quo ſtudia ipſa auſpicabantur, integrum illius anni ſtipendium, quod nondum cæperat deberi hæredibus illius liberaliter ſolui iuſſerunt, Aut eſt multiplex obligatio,

8 vt puta quando ſtipendium eſt menſtruum, vel annum, ſingulorum enim annorum, & menſium ſingulæ ſunt obligationes, & tunc ſolummodo illius præſtationis fit translatio, in hæredes, cuius tempus cæptum erat, & non finitum, cum iſ moreretur, cui debebatur, vt latius per Bart. ad d. l. 1. in §. diuus, num. 17. Sentit. Bologn. ad d. l. diem functo, num. 50.

9 Ex hac diſtinctione tres, adnotatione dignæ, colliguntur concluſiones. Prima eſt.

Mercenario ſi moriatur ante finitum conductionis annum, nõ omnis merces debetur, l. ſi vno, §. ità cũ quidam & l. cum in plures, ff. locati, cum alijs ſupra adductis.

10 Secunda eſt, vt eidem mercenario, moriente conductore ante annum cõductionis finitum, integra debeatur merces, l. ſed addes in fin. & l. qui operas, ff. locati.

11 Limitatur hæc concluſio, vt locũ non habeat, quãdo mercenarius alijs operam ſuam locauit, l. ſed addes in fin. cum l. ſeq. ff. locati faciunt ea quæ habentur in l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſorum.

12 Tertia, & vltima concluſio eſt, ſtipendium omne debetur hæredibus officialium, & publicorum profeſſorum ante finitum annum moriẽtium, l. diem functo, vbi DD. communiter, ff. de off. Aſſeſſorum.

13 Limitatur Primum, vt locum non habeat tertia hæc concluſio, quando operarum liberaliorum locatores moriuntur antea quàm ſtipendium incipiat deberi, arg. l. ſi pecuniam in princ. ff. de cond. ob cau. iuncta declaratione Bart. ad l. 1. in, §. diuus, ff. de varijs, & extraord. cognitio. nu. 13.

14 Limitatur Secundo, vt non procedat in conducto ad certam operam liberaliorem, ſi moriatur antequam operam perficiat, & per eum ſteterit, dum viuebat, quo minus perficeretur, d. l. 1. in §. diuus vbi Bart.

15 Limitatur Tertiò, ut locum ſibi non uendicet, ubi non modo multiplex eſt præſtatio, ſed etiam obligatio, nam tunc non tranſmittitur ad hæredes, niſi illa pars ſtipendi, quæ cœperat deberi locatori uiuenti, ut per Bart. ad d. §. diuus, num. 17.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo locans operam per annum, recedens ſponte, ante finitam operam, vel officium, debeat habere ſalarium.

SVMMARIVM.

1 *Merces locanti operas mercenarias per annum, ſi ante annum finitum recedat, non niſi pro rata debetur.*

2 *Stipendium totius anni nõ debetur officiali, vel publico profeſſori, ſi receſſit ex cauſa, puta, peſtis, vel belli ante annum finitum, & interim alijs operas præſtitit.*

3 *Secus, ſi alijs operas non præſtitit.*

4 *Stipendium, recedens, & deſerens munus ſine cauſa, & ſine licentia, ſi munus ſit indiuiduũ, integrũ amittit.*

5 *Secus autem, ſi ſit diuiduum, nam tunc non niſi pro parte amittit, pro qua non ſeruiuit.*

6 *Stipendium pro parte amittit, etiam recedens ſine cauſa cum licentia, ſi interim alteri operas præſtat.*

7 *Stipendium futuri temporis amittit etiam qui interim alijs operas non locauit, ſi cum licentia receſſit non reuerſurus.*

8 *Si vero receſſit reuerſurus, & ſalariũ erat à publico conſtitutum, debetur etiam pro eo tempore, quo abſuit, ſecus ſi erat à priuatis conſtitutum.*

9 *Mercenario conducto per annum, ſi ante annum recedat, ſiue ex cauſa, ſiue ſine cauſa, & ſiue cun licentia, ſiue ſine licentia, non niſi pro rata merces debetur.*

10 *Stipendium totius anni non debetur officiali, vel Doctori, qui receſſit ante finitum annum, immo vniuerſum amittit, ſi munus ſit indiuiduum.*

11 *Limitatur, ſi receſſit ex cauſa, puta peſtis, vel belli.*

12 *Sublimitatur, ſi alijs operas locauit*

13 *Limitatur Secundo, etiam vbi recedit ſine cauſa, ſi recedat cum licentia.*

14 *Sublimitatur, ſi alij operas locauit.*

15 *Limitatur tertio in eo, qui receſſit reuerſurus.*

16 *Sublimitatur, ſi ſalarium ſit conſtitutum à priuato.*

DISTINCTIO LXXXXIII.

1 AVt dubitamus de mercede
debita mercenarijs, pro me
ro labore, Aut de ſtipendio
debito, pro liberaliori opera, hono-
rifico locatori. Primo caſu indiſtin-
ctè recedens ſponte, ſiue cum cauſa,
ſiue ſine cauſa, ſiue cum licentia, ſiue
ſine licentia, pro eo tempore, quo ab
fuit priuatur ſalario, niſi reddat ope-
ras omiſſas, arg. eorum, quæ tradit
Bart. ad l. ſi uno. §. item cum quidam,
ff. locati circa finem, & ad l. diem fun
cto, ff. de offic. Aſſeſſorum Iaſ. num.
46. Cacialup. q. 34 num. 45. ſequitur
Io. Petrus Surd. conſil. 42. nume. 21.
2 uol. 1. Secundo antem caſu, Aut is,
qui debet habere honorarium rece-
dit cum cauſa, uel ſine cauſa, Si cum
cauſa, ut puta peſtis, uel belli, Aut
interim alteri operas præſtat, Aut
non, Si præſtat pro eo tempore non
debet habere ſalarium pro munere à
quo receſſit arg. d. l. diē functo, ff. de
offic. Aſſeſſorũ, & l. ſed addes in fine
iũcta l. ſeq ff. locati tradit Ripa in tra
ctat. de poſt. in tit. de priuileg. cõtract.
cauſa poſt, nu. 123. Surd. cõſ. 42. nu 22
3 uerſ. quinto reſpondeo, Aut non lo-
cauit operas alteri, ſed ſuit uacuus,
& integrum debet habere ſalarium,
quia per eum non ſtetit, l. qu operas,
ff. locati Ripa in d. loco nu. 114. cum
4 ſequent. Surdus in allegato loco, Aut
receſſit, & deſeruit munus ſine cau-
ſa, & tunc, Aut ſine licentia, Aut cũ
licentia, Primo caſu, Aut munus erat
indiuiduum, & integrum amittit ſa-
5 larium, arg. l. etiam ſi parti. de lega-
tis primo, Aut diuiduum, & amittit
pro à parte, pro qua non ſeruiuit arg.
l. ſi fundus, §. ſimiliter, ff. locati, Aut
6 cum licentia, & tunc, Aut interim lo
cauit operas alteri, Aut non, Si loca-
uit no debet, pro ea parte, habere ſa-
larium, arg. l. diem functo, ff. de offic.
aſſeſſorum, ſentit Surdus d. conſ. 42.
num. 22. uerſ. quinto reſpondeo, Si
7 non locauit, Aut receſſit non reuer-
ſurus, & futuri temporis ſalarium nõ
debet habere, ſatis eſt enim, ut libe-
retur ab implemento muneris, Aut
receſſit reuerſurus, & tunc, Aut ho-
norarium, quod habet is, qui recedit
eſt conſtitutum à publico, & pro eo
etiam tempore debetur, & ita proce
dunt adducta per Iaſ. num 41. cũ ſeq.
Aut debebatur à priuatis, & non de-
betur, per ea quæ tradit Surd. in d.
conſ.

Digitized by Google

conſ.42.nu.20.uerſ.quarto reſpōdeo.

8 Ex hac diſtinctione duplex colligitur concluſio, Altera eſt. Mercenario conducto per annum, ſi ante annum recedat, ſiue ex cauſa, ſiue ſine cauſa, & ſiue cum licentia, ſiue ſine licentia, pro eo tempore, quo abfuit, priuatur mercede, niſi reſtituat operas omiſſas, argumento eorum quæ tradunt Bart. & DD. ad l. diem functo, ff. de off. Aſſeſſorū ubi Iaſon, n.46.

9 Altera eſt, Stipendium totius anni non debetur Doctoribus, uel Magiſtratibus, ſi recedunt ante finitum annum; immo uniuerſum amittunt, ſi munus ſit indiuiduum arg. l. etiam ſi partis. ff. de leg. 3. iunctis traditis per DD. ad d. l. diem functo.

10 Limitatur Primum hæc concluſio, ut procedat in eo, qui receſſit ſine cauſa, Secus ſi ex cauſa, puta pestis, vel belli, l. qui operas, ff. locati, Ripa in tract. de peſt. in tit. de priuil. contract. cau. peſt. num. 123.

11 Sublimitatur hæc limitatio, vt concluſioni tunc demum deroget, quando ex cauſa recedēs, alijs operas ſuas non locauit, ſecus ſi alijs locauit operas ſuas, argumento d. l. diem functo, & l. ſed addes in fine, iuncta, l. ſequenti, ff. locati, tradit Ripa in præallegato loco.

12 Limitatur Secundo, vt nec locum habeat dicta concluſio in eo, qui recedit ex cauſa, Si recedat obtenta licentia à Domino conductore, arg. d. l diem functo, ſentit Surd. cōſ. 42. nu. 20. verſ. 4. reſpondeo.

13 Sublimitatur hæc quoque limitatio, vt concluſioni tunc demum deroget, quando alijs operas ſuas, cum licentia recedens, non locauit, Secus autem ſi alijs operas locauit, nam tūc pro ea parte ſalarium habere non debet d. l. diem functo vbi DD. Surd. d. conſ. 42. num. 22.

14 Limitatur Tertio, dicta concluſio, vt procedat in eo, qui receſſit non reuerſurus, Secus autem, ſi cum licentia reuerſurus receſſit, & ita procedunt adducta per Iaſonem ad d. l. diſuncto, num. 41. cum ſeq.

15 Sublimitatur tamen hæc quoque limitatio, vt concluſioni deroget, ſi ſalarium ſit conſtitutum à publico, ſecus ſi à priuato, vt per Surd. d. cōſ. 42. num. 15. & num. 20. & per D. Io. Baptiſtam Coſtanj in ſuo tractatu de portione rata, q. 93. num. 12.

ARGVMENTVM.

An, & quando res empta à pupillo poſſit vſucapi.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem ſcienter à pupillo, non adhibitis requiſitis ſolemnitatibus, nec dominium acquirit, nec vſucapiendi conditionem.*

2 *Secus ſi cum decreto, & cæteris neceſſarijs ſolemnitatibus adhibitis.*

3 *Emens à pupillo, ignorans eum pupillum eſſe, ſi res empta ſit pupilli, ſiue ſit mobilis, ſiue immobilis, indiſtinctè non vſucapit.*

4 *Emens à pupillo, ignorans eum pupillum eſſe, rem alterius immobilem, eam non vſucapit.*

5 *Adultus res immobiles alienare nō pōt.*

6 *Emens à pupillo, etiam rem mobilem, quæ ſeruando ſeruari poteſt, eam non vſucapit.*

7 *Secus, ſi ſeruando poteſt ſeruari.*

8 *Emens rem à pupillo, non acquirit dominiū, neque vſucapiendi cōditionē.*

9 *Limitatur, ſi requiſitas ſolemnitates adhibeat.*

10 *Limitatur etiam, vbi non adhibuit ſolemnitates, ſi ignorauit venditorem pupillum eſſe.*

11 *Sublimitatur ſi res empta ſit pupilli.*

12 *Sublimitatur in re immobili, vel in re mobili, quæ ſeruando ſeruari poteſt, etiam ſi non ſit pupilli.*

DI-

DISTINCTIO XCIV.

IN propoſita iuris controuerſia, breuis hæc, ad mentem Bart. ad l. pro emptore in §. ſi à pupillo
1 nu.4 ff. pro emptore, adhibenda eſt diſtinctio. Aut emens ſcit venditorem pupillum eſſe, Aut ignorat, Sed putat eſſe adultum, Si ſcit, Aut emit ſolemnitatibus non adhibitis, Aut adhibitis ſolemnitatibus, Si ſolemnitatibus requiſitis minime adhibitis, nec dominium acquirit, nec vſucapiendi conditionem, d.l. pro emptore, §. ſi à pupillo in fin. ff. pro emptore,
2 Si verò, ſolemnitatibus adhibitis, & cum decreto, ſi dominus eſt pupillus, emptor dominium acquirit, Si non dominus vſucapiendi conditionem d.l. pro emptore in §. tutor, &
3 toto titulo, ff. de reb. eorum. Si verò ignorat, quia putat adultum eſſe, rurſus diſtinguendũ eſt, quia, Aut emit à pupillo rem eiuſdem pupilli, Aut alterius, Si rem pupilli indiſtinctè, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis, vſucapio locum non habet, l. bonæ fidei, ff de acquiren. rerum domin. l. 3. ff. de auct. tut. latè Surd. deciſ. 45. num. 9. & latè Primarius in hoc Ticinẽſi Gymnaſio ſacrorũ canonum interpres Io. Baptiſta Coſta, vir doctus & integerrimus, in ſuo tractatu de facti ſcientia, & ignor. Regula 13. nume. 3. & 4.
4 vbi plures adducit, Si rem alterius, Aut immobilem, Aut mobilem, Si immobilem, vſucapio non procedit,
5 quia ſciuit, vel ſcire debuit, nec adultum eiuſmodi rem alienare, & vendere poſſe, l. vbi lex, cu glo. ff. de vſuc.
6 Si rem mobilem, Aut talem quæ ſeruari poteſt, Aut quæ ſeruando ſeruari nõ poteſt, Si quæ ſeruari poteſt, nõ procedit vſucapio, l. lex quæ tutores
7 ff. de adminiſtratio. tut. Si quæ ſeruando ſeruari non poteſt vſucapio locum habet, vt Docet Barto. ad dicta leg. pro emptore in, §. ſi à pupillo, ff. pro emptore nume. 4.

8 Concluſio igitur regularis eſt, vt emens rem à pupillo, neque dominiũ acquirat, neque vſucapiendi conditionem, l. pro emptore, §. ſi à pupillo in fin. ff. pro emptore.

9 Limitatur Primo hæc concluſio, vt procedat, quãdo ſolemnitates requiſitas in alienationibus rerum pupillorum non adhibuit, Secus autem vbi neceſſario requiſitas ſolemnitates, & iudicis decretũ adhibuit d. l. pro emptore in §. Tutor & tot. tit. ff. de rebus eorum.

10 Limitatur Secundo, vt nec locum ſibi vendicet, vbi emptor requiſitas ſolemnitates non adhibuit, ſi ignorauit venditorem eſſe pupillum, vt per Bart. ad d.l. pro emptore in, §. ſi à pupillo, ff. pro emptore num. 4.

11 Sublimitatur Primum hæc limitatio, vt concluſioni deroget, ſi res empta pupilli non ſit, Secus autem, vbi ſit empta, res pupilli, in qua indiſtinctè vſucapio locum non habet l. bonæ fidei ff. de acquir. rerum domin. l. 3. ff. de auctorit. tut. cum alijs adductis in corpore diſtinctionis.

12 Sublimitatur Secundo, vt concluſioni deroget in emptione rei mobilis alterius, quæ ſeruando ſeruari nõ poteſt, ſecus ſi in immobilibus, vel in mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, l. lex quæ tutores ff. de adminiſtr. tutel.

ARGVMENTVM.

An, & quando res empta ab eo, qui ſit pretium conſumpturus, poſſit vſucapi.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem ab eo, cui bonis eſt interdictum, vſucapiendi conditionem non acquirit.*

2 *Emens à minore precium conſumpturo, non vſucapit, licet ignorauerit*

eum

eum conſumpturum.

3 *Emens à maiore, ſciens eum precium conſumpturum, ſed ignorans, in quem vſum, validè emit, & vſucapit.*

4 *Secus ſi ſciebat eum in aliquem certum malum vſum conſumpturum.*

5 *Venditor malè conſumpturus precium, ſi mutato conſilio, vtiliter illud impenderit, non auditur, ſi, locupletior factus, rem petat, & precium non reſtituat.*

6 *Locupletior cum aliena iactura nemo fieri debet.*

7 *Emens ab eo, qui male conſumpturus ſit precium, nec dominium, nec vſucapiendi conditionem acquirit.*

8 *Limitatur, vt procedat in emente a prodigo, cui bonis eſt interdictum, vel à minore, ſecus ſi à maiore, quem ignorabat in quem vſum eſſet male precium conſumpturus.*

DISTINCTIO. XCV.

1 PRopoſita quæſtio, breui hac diſtinctione, facile ſoluitur. Aut emit quis rem ab eo, cui bonis ſit interdictum, Aut ab alio, cui bonis interdictum non ſit, Primo caſu cum contractus ſit inualidus, nulla transfertur vſucapiendi cōditio l. qui fundum, §. qui ſciens, ff. pro emptore.

2 Secundo autem caſu, Aut venditor eſt minor, Aut maior, Si minor, quod eo modo agitur non valet, & nō procedit vſucapio, l. quod ſi minor, §. penult. ff. de minor. & l. ſi verò, §. ſi adoleſcens. ff. mandati, Si maior, rurſus

3 diſtinguendum eſt, quia, Aut emens ſciebat venditorem conſumpturum preciū, ſed ignorabat in quē vſum, & tūc valet emptio, & emptor tamquā bonæ fidei emptor vſucapit. d. l. ſi qs cum ſciret in princ. vbi Bart. nu. 1 in

4 fin. ff. pro empt. Aut ſciebat ipſum in aliquē certum malum vſum conſumpturum, & tunc contractus eſt inualidus, & vſucapio locum habere non poteſt, d. l. ſi quis cum ſciret in fin. ff. pro emptore, vbi Bart. num. 1. cui diſtinctionem hanc adnotatione dignā acceptum ferre debemus quem DD. communiter ſequuntur, & in primis Angelus in d. l. ſi quis cum ſciret. Illud tamen admonendi ſumus hic, in caſibus vbi contractus non valet, ſi venditor meliori conſilio vſus, in vtilem cauſam expendit, audiendum nō eſſe, ſi locupletior factus rem petat et precium non reſtituat, ex his quæ tradit Io. Andreas in addit. ad Speculat. in rubr. de oblig. & ſolut. circa princip. verſ. antequam quæſt. Pilin. refragatur enim vulgaris iuris regula nemo locupletior debet cum aliena iactura, l. nam hoc natura, ff. de condit. indeb. cap. locupletior. de regu. iur. lib. 6.

5 Vnicam igitur habemus ex hac diſtinctione concluſionem cum ſua limitatione. Concluſio eſt eiuſmodi Emens ab eo, qui dilapidaturus, & male conſumpturus ſit precium, neq dominium, nec vſucapiendi conditionem naciſcitur, l. ſi quis cum ſciret in fi. ff. pro emptore vbi Bar. nu. 1.

6 Limitatur hæc concluſio, vt procedat in emente à prodigo, cui bonis eſt interdictum, vel à minore, ſecus ſi à maiore, vbi ignorabat, in quem vſum eſſet male precium conſumpturus, d. l. ſi quis cum ſciret in princ. vbi Bar. num. 1. in fin.

ARGVMENTVM.

An, & quando valeat contractus emptionis, & venditionis, vbi res nobis à ludente vendatur.

SVMMARIVM.

1 *EMptio rei, quam emit colluſor à colluſore, non valet, & venditor de*

Digitized by Google

de euictione non tenetur.

2 *Secus ſi alius.*

DISTINCTIO XCVI.

1 BReuiter Bart. ad. l. Si quis cum ſciret ff. pro emptore, num. 2. Sic diſtinguitur, Aut à colluſore emit colluſor, Aut alius, Si colluſor contractus non valet, ita vt vendens, nec de euictione teneatur, quia ſimul delinquunt, l. vlt. §. vlt. ff. quarſi rerum actio non datur, faciunt notata in d. l. ſi quis cũ ſciret, & in l. quod ſi minor. §. penul. ff. de minor. Si alius valet, vt tradit Bar. in d. l. ſi quis cum ſciret in fine, adducens in argumento tex. in l. vlt. in §. vlt. ff. de aleatori. hanc diſtinctionem communiter recipiunt. DD. in d. l. ſi quis cum ſciret, & alibi, & in primis Stephanus Coſta in ſuo tractatu de ludo in ſexto articulo principal. num. 4. Pariſ. à Puteo pariter in tractatu de ludo, num. 19. & Io. Baptiſta Caccialupus in ſimili de ludo tract. num. 34. quibus in locis latius declarant, an & quando vẽdẽs in ludo de euictione teneatur.

Ex hac diſtinctione quilibet ſine difficultate concluſionem poteſt cum ſua limitatione colligere.

ARGVMENTVM.

Emens rem, ſibi per fideicommiſſum reſtituendam, an, & quando ſibi praiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius, emens ſibi rem fideicommiſſo relictam, ab alio, quàm ab eo. à quo fuit relicta, non ſibi praiudicat.*

2 *Fideicommiſſarius, emens rem ſibi per conditionale fideicommiſſum relictã ab eo, à quo erat ſibi reſtituenda, nõ cenſetur fideicommiſſo renuntiare, etiam ſi fideicommiſſi ſcientiam habuerit.*

3 *Fideicommiſſarius emens à grauato rem ſibi fideicommiſſo reſtituendam ſcienter, praiudicat ſibi.*

4 *Secus ſi ignorat.*

5 *Fideicommiſſarius, emens rem fideicommiſſo ſibi relictam, praiudicat ſibi.*

9 *Limitatur, ſi ab alio emat, quàm ab eo, à quo eſt ſibi reſtituenda.*

7 *Limitatur Secundo, vt nec procedat, ſi emat ab eo, à quo eſt ſibi reſtituenda, ſi fideicommiſſi notitiam non habeat.*

8 *Limitatur Tertio, vt nec procedat, vbi ſciat per fideicommiſſum ſibi relictã eſſe ſi fideicommiſſum ſit cõditionale.*

DISTINCTIO XCVII.

1 AVt fideicõmiſſarius emit rẽ non ab eo, à quo relicta eſt ſibi, Aut ab eo à quo eſt ſibi relicta, Primo caſu non praiudicat ſibi in iure fideicommiſſi, §. ſi res aliena, Inſtit. de leg. l. planè. §. quod ſi rem emiſſem. ff. de leg. primo. Secun
2 do caſu, Aut res relicta erat ementi ſub conditione, Aut purè, Si ſub conditione, emens nõ cenſetur renunciare fideicommiſſo, ſiue illius ſcientiã
3 habuerit, ſiue non, l. fundo. ff. ad legẽ falcid. Si purè, Aut emens ſcit rem, quam emit ſibi fideicommiſſo relictam, Aut ignorat, Si ſcit, praiudicat ſibi in iure fideicommiſſi, ſecundum Dyn de cuius tamen opinione dubitat Bart. ad l qui Romæ, in §. duo fratres. ff. de verb. oblig. num. 26. l Filius ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Si
4 ignorat, ſibi in iure fideicommiſſi nõ praiudicat, l. cui res de act. empt. & l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. ff. de leg. 1. ita ad mẽtem Dyn. diſtinguit Bart. ad d. §. qui Romæ, num. 26.
5 Eſt igitur concluſio, Fideicommiſſarius, emens rem, ſibi fideicommiſſo relictam, ſibi praiudicat Bart. ad l.

qui

Digitized by Google

qui Romæ, in §. duo fratres, num. 26. ff. de verb. oblig.

Limitatur Primum, vt non procedat, ſi ab alio emat, quam ab eo à quo eſt ſibi, ex fideicommiſſi cauſa, reſtituenda. §. ſi res aliena, Inſtit. de leg. l. planè, §. quod ſi rem emiſſem. ff. de leg. 1.

Limitatur Secundo, vt nec locum ſibi vendicet, ſi emat ab eo, à quo eſt ſibi reſtituenda, vbi ignoret ſibi per fideicommiſſum relictam eſſe, l. cui res de act. empt. & l. huiuſmodi. §. qui ſeruum de leg. 1.

Limitatur Tertio, vt nec procedat, vbi fideicommiſſi notitiam habeat, ſi fideicommiſſum ſit conditionale, l. fundum. ff. ad legem falcid.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & quomodo ſecunda oppignoratio, vel alienatio, & venditio pignoris, præiudicet primo creditori.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei oppignoratæ, ignorante creditore, ei non præiudicat.*

2 *Alienatio rei oppignoratæ creditori, qui nec conſenſit, nec præſens fuit, non præiudicat.*

3 *Creditor, qui fuit præſens, & tacuit, dum debitor rem ſibi oppignoratam, alteri oppignorauit, ſibi non præiudicat.*

4 *Creditor, conſentiens certæ alienationi rei ſibi oppignoratæ, ſi alia ſequatur, præiudicat nihilhominus ſibi.*

5 *Niſi ſua interſit potius alienatam eſſe vno alienationis genere, quã altero.*

6 *Creditor præſens, & tacens, dum debitor alienat ſeruum pignoratum, manumittendo, ſibi præiudicat.*

7 *Creditor præſens, & tacens, creditore pignus alienãte, ſi creditor Fiſcus ſit, vel Pia cauſa, ſibi præiudicat.*

8 *Creditor præſens, & tacens, debitore alienante, rem ſibi oppignoratam, ſi Iudex miſit proclama per Ciuitatem, vt quicunq; contradicere velit compareat, tacendo ſibi præiudicat.*

9 *Secus, ſi non miſit proclama, niſi tacuerit animo decipiendi.*

10 *Creditor conſentiens expreſsè oppignorationi rei ſibi prius oppignoratæ, præiudicat ſibi, vel non, ſi conſtat de omnino remittendi, vel non remittendi ius pignoris.*

11 *Creditrix conſentiens oppignorationi rei ſibi oppignoratæ, intelligitur remittere in dubio ius ſuum tantummodo quò ad illum ſecundum, cui res oppignoratur.*

12 *Creditor autem præiudicat ſibi quo ad omnes.*

13 *Creditor conſentiens alienationi, & venditioni rei ſibi oppignoratæ, ſi dubium ſit, an res alienata deſierit eſſe in bonis debitoris, poterit adhuc agere actione hypothecaria, & aduerſus debitorem excipientem, ſe alienaſſe, eo conſentiente poterit doli mali exceptionem obijcere.*

14 *Creditor, qui conſenſit alienationi pignoris, ſi conſtat rem non deſijſſe in bonis debitoris eſſe, ſi tamen eſt deſitura, intelligitur ſibi præiudicaſſe, ſecus ſi neceſſariò non ſit deſitura eſſe in bonis illius.*

15 *Creditor, qui conſenſit expreſsè alienationi pignoris, vbi conſtat deſijſſe in bonis debitoris eſſe, ſi ex eadẽ cauſa ſit deinde reuerſa ad ipſum, ius pignoris adhuc ſaluum habet.*

16 *Secus ſi ex alia cauſa reuerſum ſit.*

17 *Creditor, qui conſenſit alienationi pignoris, vbi pignus non eſt reuerſum ad eum, poſt quam deſijt in illius bonis eſſe, ſi ſimpliciter conſenſit, ſibi abſolutè præiudicat.*

18 *Vbi verò non ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſi ſibi ſatisfiat, ſibi nullo modo præiudicat.*

19 *Si ſub modo præiudicat ſibi, quo ad extra.*

Ff

traneum poſſeſſorem, non quo ad debitorem.

20 *Alienatio pignoris facta creditore ignorante, vel eodem, nec præſente, nec conſentiente, ei non præiudicat.*

21 *Creditor præſens pignorationi rei, ſibi prius oppignoratæ, & tacens, ſibi non præiudicat.*

22 *Creditor præſens, & tacens, debitore pignus alienante, ſibi non præiudicat.*

23 *Limitatur, vbi alienatur ſeruus oppignoratus, manumiſſione.*

24 *Limitatur Secundo, ſi debitor alienãs, ſit Fiſcus, & Pia cauſa, vel ſimilis priuilegiata.*

25 *Limitatur Tertio, ſi Iudex miſit proclama, vt comparere deberet qui contradicere vellet.*

26 *Creditor conſentiens expreſſe oppignorationi rei ſibi prius oppignoratæ, præiudicat ſibi.*

27 *Limitatur primum, vbi conſtat creditorem conſenſiſſe, non animo remittendi ius pignoris.*

28 *Secundo limitatur in muliere creditrice, vt intelligatur ſibi præiudicaſſe tantum, quo ad ſecundum creditorẽ.*

29 *Creditor, qui cõſẽſit expreſſe alienationi rei ſibi oppignoratæ, præiudicat ſibi.*

30 *Limitatur Primo, vbi dubium ſit, an res deſierit eſſe in bonis creditoris, quia ab eo poſſideatur, nec conſtet neceſſariò deſituram eſſe in illius bonis.*

31 *Limitatur Secundo, ſi res reuertatur ad debitorem ex eadem cauſa.*

32 *Limitatur Tertio, quando nõ conſenſit ſimpliciter, ſed, vt ſibi ſatisfieret.*

33 *Sublimitatur, vt detrahet concluſioni, ſi cõditionaliter dixit, ſi ſibi ſatisfieret, ſecus ſi modaliter, vt ſibi ſatisfaceret; eo enim caſu, præiudicat ſaltem ſibi, quo ad extraneum poſſeſſorem.*

DISTINCTIO XCVII.

TRactatur vtilis, & difficilis hæc iuris controuerſia pleniſſimè à Bart. tam ad l. ſicut, lud videamus, & in §. non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypoteca ſoluitur, quam etiam ad l. vltimam, C. de remiſſione pignoris. Ego autem omnia illius dicta varijs in locis, paucis perſtringendo, ſic plenius etiam, & dilucidius diſtinguo,

1 Aut res fuit alienata à debitore, ignorante creditore, Aut eo ſciente, Si creditore ignorante ei non præiudicat, l. debitorem, C. de pignoribus, l. ſi debitor de diſtract. pignor. l. vlt. C. de remiſſ. pignorum, tradit Bart. ad d. §.

2 non videtur num. 2. Si verò, creditore ſciente, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut non fuit præſens, nec conſentit alienationi; Aut præſens fuit, Si non fuit præſens, nec conſentit, ſibi non præiudicat, per reg. l. id quod

3 noſtrum de reg. iur. Si præſens fuit, Aut tacuit, Aut conſenſit expreſſè. Si tacuit, Aut tacuit debitore oppignorante alteri rem prius ſibi oppignoratam, Aut alienante, vel vendente rem ipſam, Si eo oppignorante ſibi præiudicium non fecit d. l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſol. Bar. ad d. l. vltimam, C.

4 de remiſſ. pign. num. 2. circa fin. Si eo vendente, vel alienante, Aut creditor conſenſit vni alienationi, & ſecuta eſt altera, Aut illi, quæ facta fuit, nominatim cõſenſit, Primo caſu, Aut poteſt conſiderari aliquod intereſſe, ſaltem affectionis, vt potius fieret alienatio, cui cõſenſit, quàm alia, Aut nõ. Si poteſt conſiderari, ſibi non præ-

5 iudicat, Si non poteſt conſiderari, ſibi præiudicat d. l. ſicut, §. ſed ſi promi

6 ſerit, Aut debitore alienante manumittendo, Aut alio modo, Si debitore manumittente ſeruum pignoratũ,

7 ſibi præiudicat tex. eſt in l. 1. C. de remiſſ. pign. Si eodem debitore alio modo alienãte tacuit, Aut is qui alienauit fuit Fiſcus, vel Eccleſia, vel Pia cauſa, Aut alius quilibet priuatus nõ priuilegiatus, Primo caſu creditor ſibi præiudicat l. ſi hypothecas, C. de remiſſ. pignoris, iunctis traditis per

Bald.

Digitized by Google

Bald. ad l. vltimam, eodem titulo, in
8 veſtibulo. Secundo autem caſu, Aut
Iudex miſit proclama per ciuitatem,
vt quicunq; contradicere velit com-
pareat, Aut non, Si miſit, præiudicat
ſibi creditor preſens, & tacens, l. ſi eo
9 tempore, C. de remiſſ. pign. Si non mi
ſit, rurſus diſtinguendũ eſt, quia, Aut
tacuit animo decipiendi, Aut non, Si
animo decipiendi præiudicat pariter
ſibi l. ſicut, §. non videtur, C. ad S.C.
Vellei. Si non animo decipiendi, ne-
quaquam, d. l. ſicut, §. non videtur,
vbi Bart. ff. quibus mod. pign. vel hy-
10 pot. ſoluitur. Si expreſsè conſenſit,
pariter ſubdiſtinguendum eſt., Aut
conſenſit pignorationi rei ſibi antea
pignoratæ; Aut venditioni & aliena-
tioni ipſius rei, Primo caſu Aut con-
ſtat numquid creditor conſenſerit pi
gnorationi animo remittendi ius ſuũ
vel non remittendi, & ſtatur certo, vt
inquit Bart. in d. l. vlt. C. de remiſſio-
ne pignoris, num. 2. circa fin. per l. cre
ditor qui prior in, §. vlt. ff. qui pot. in
pign. habe. Aut de hoc animo non cõ
ſtat; ſed verſamur in dubio, & tunc
rurſus, ex Bart. ſententia, diſtinguen-
11 dum eſt, quia, Aut eſt mulier credi-
trix conſentiens, Aut vir, Si mulier
intelligitur remittere ſuũ ius pigno-
ris ſolummodo quo ad illum ſecun-
dum creditorem, cui cõſentit, vt res
obligaret, arg. l. Iubemus, C. ad S.C.
Velleia. Si vir præiudicat ſibi, quoad
12 omnes, l. Paulus in princ. vbi Bart. ff.
quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Se-
13 cundo autem. ſ. caſu; quando con-
ſenſit alienationi, & venditioni ip-
ſius rei ſibi oppignoratæ, adhuc eſt
diſtinguendum, Aut dubium eſt, an
res alienata deſierit, vel non deſierit
eſſe in bonis debitoris, Aut conſtat,
Si dubium eſt, puta, quia adhuc poſſi-
deat debitor, poterit adhuc creditor
agere hypothecaria, & ſi debitor ex
cipiat alienaſſe eo conſentiente, po-
terit idem creditor doli mali replica
tionem obijcere, d. l. ſicut, §. ſuperua-
cuum vbi Bart. ff. quibus mod. pign.
vel hypot. ſoluitur, Si conſtat, Aut cõ
ſtat non deſijſſe in bonis debitoris eſ
ſe, Aut deſijſſe conſtat, Primo caſu,
14 Aut debitor tenetur tradere, ita vt
res neceſſariò ſit deſitura eſſe in bo-
nis illius, Aut non, Si tenetur, credi-
tor conſentiendo ſibi præiudicauit;
intelligitur enim pignus extinctum,
Si nõ tenetur tradere, nequaquam d.
l. ſicut, §. ſi debitor, ff. quibus mod. pi-
15 gn. vel hypot, ſoluitur. Si verò con
ſtat pignus venditum vel alio modo
alienatum, conſentiente creditore,
deſijſſe in bonis debitoris eſſe, Aut
rurſus ad eum reuerſum eſt, Aut nõ,
Si reuerſum eſt, Aut ex eadem cauſa,
Aut ex alia, Si ex eadem ius pignoris
ſaluum eſt, l. volũtate, ff. quibus mod.
pign. vel hypot. ſoluitur vbi Bart. ſi
16 ex alia nequam, l. vlt. C. de remiſſ. pi-
gnor. Si verò pignus alienatum non
17 eſt reuerſum, ad debitorem, poſtquã
deſijt in illius bonis eſſe, Aut credi-
tor conſenſerat alienationi ſimplici-
ter, Aut non ſimpliciter, Si ſimplici-
ter, ſibi abſolutè præiudicat, d. l. vlti-
ma, & d. l. ſicut, in, §. ſuperuacuum,
tradit Bart. ad eamdem l. ſicut in, §. il
18 lud videamus, num. 1. Si non ſimpli-
citer, Aut ſub conditione, ſi ſibi ſa-
tisfiat, Aut ſub modo, vt ſibi ſatisfiat
Si ſub conditione, non ſibi præiudi-
cat, & propterea agit hypothecaria
aduerſus quemcunq; d. l. ſicut, §. ſed
19 ſi permiſerit, Si ſub modo, præiudi-
cat ſibi quo ad extraneum poſſeſſorẽ,
non quo ad debitorem, qui ſi fidem
non implet committit dolum, ex quo
poteſt aduerſum eum excipientem,
vel illius hæredem replicare, d. §. il-
lud videamus in primo reſponſo vbi
Bart. num. 1. in fine.

20 Ex hac diſtinctione plures colli-
guntur, adnotatione dignæ, conclu-
ſiones, prima eſt.

Pignoris alienatio, facta credito-
re ignorante, vel eodem, nec præſen
te, nec cõſentiente, eidem creditori

non præiudicat, l. debitorem, C. de pignor. l. ſi debitor, ff. de diſtract. pign. iuncta, l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur. cum alijs ſupra adductis in corpore diſtinctionis.

21 Secunda concluſio eſt creditor præſens oppignorationi rei ſibi prius hypotecatæ, & obligatæ, & tacens, non ſibi præiudicat, l ſicut, §. non videtur ff. quibus mod. pign. vel hypote. ſolu. Bart. ad d. l. vltimam, C. de remiſſ. pign. num. 2. in fin.

22 Tertia concluſio eſt. creditor præſens, & tacens, debitore rem ſibi oppignoratam alienante, non ſibi præiudicat d. l. ſicut, §. non videtur vbi Bart. ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſoluitur.

23 Limitatur Primum, vbi eſt præſens, & tacens alienationi ſerui oppignorati, ſi alienetur manumiſſione, l. 1. C. de remiſs. pignorum.

24 Limitatur Secundo, vt non procedat dicta concluſio, ſi debitor alienans præſente, & tacente creditore, ſit Fiſcus, & Pia cauſa, vel ſimilis priuilegiata, nam tunc quoq; ſibi præiudicat, l. ſi hypotecas. C. de remiſs. pignor iunctis traditis per Baldum ad l. vlt. eod. tit. in princ. ſui cõmentarij.

25 Limitatur Tertio, vt locum nõ habeat, vbi Iudex miſerit ꝓclama per ciuitatem, vt quicunq; contradicere velit, compareat, nam tunc quoq;, ſi non contradicat, præiudicat ſibi, l. ſi eo tempore. C. de remiſs. pign.

26 Quarta concluſio eſt, vt creditor conſentiens expreſsè oppignorationi rei, ſibi prius oppignoratæ præiudicet ſibi l. Paulus in princ. vbi Bart. ff. quibus mod. pign. vel hypotec. ſoluitur.

27 Limitatur Primum, vbi conſtat creditorem conſenſiſſe non animo remittendi ius pignoris, vt per Bart. ad d. l. vltimam. C. de remiſs. pign. nu. 2. circa fin. ad l. creditor q ſi prior iſt. §. vltim. ff. qui potiores in pignore habeantur.

28 Limitatur Secundo, vt non procedat in muliere creditrice, quatenus ipſa non in intelligitur ſibi præiudicaſſe, niſi quo ad illum ſecundum creditorem, cui conſentit, vt res obligetur, argumẽto l. iubemus. C. ad Senat. Conſult. Vellei.

29 Quinta, & vltima concluſio eſt, vt creditor, qui conſenſit expreſſæ alienationi rei ſibi oppignorate, præiudicat ſibi, l. vlt. C. de remiſs. pign. l. ſicut in §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypot ſoluitur.

30 Limitatur Primum hæc concluſio, vt non procedat, vbi dubium ſit, an res deſierit eſſe in bonis creditoris, quia ab eo ſcilicet poſſideatur, nec conſtet neceſſario deſituram in illius bonis eſſe, l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus mod. pignus, vel hypoteca ſoluitur.

31 Limitatur Secundo, vt locum ſibi non vendicet, ſi res reuertatur ad eundem debitorem alienantem, ex eadẽ cauſa, nam eo quoq; caſu ius pignoris ſaluum eſt. l. voluntatem. ff. quibus mod. pign. vel hypoteca ſoluitur, vbi Bartol.

32 Limitatur Tertio, vt procedat quãdo ſimpliciter conſenſit, Secus ſi non ſimpliciter, ſed reſeruata ſibi ſatisfactione d. l. ſicut. § ſed ſi permiſerit.

33 Sublimitatur tamen hæc limitatio vt concluſioni tunc demum derogat, quando conditionaliter conſenſit, ideſt, ſi ſibi ſatisfieret, non autem vſquequaq; derogat, ſi modaliter conſentiat, videlicet, vt ſibi ſatisfiat, eo enim caſu præiudicat ſaltem ſibi quo ad extraneum poſſeſſorem, l. ſicut in §. illud videamus in primo reſponſo vbi Bart. num. 1. infra.

ARGVMENTVM.

An, & quando conſentiens venditioni rei ſuæ, videatur conſentire animo donandi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 VEnditioni rei ſuæ conſentiens, quæ ſibi neque à venditore, neque ab eo, à quo venditor cauſam habuit, fuit antea donata, non cenſetur conſentire animo donandi.

2 Venditioni conſentiens rei ſuæ, ſibi antea ab eodem venditore donatæ, cenſetur conſentire animo donandi.

3 Venditioni conſentiens rei ſuæ, ſibi antea ab eo, à quo venditor cauſam habuit, donatæ, ſi venditor ſit domini conſentientis patronus, vel patroni hæres cenſetur conſentire animo donandi.

4 Conſentiens venditioni rei ſuæ re ipſa, quæ fuerat ſibi à venditoris auctore donata, cenſetur conſentire animo donandi.

5 Conſentiens venditioni rei ſuæ, non re, ſed ſpe, ſi venditio illa, & alienatio erat cauſa, ob quam res illa vendita, niſi conſenſiſſet venditioni ad conſentientem ipſum, re ipſa perueniſſet, cenſetur ius, quod ſperabat donaſſe.

6 Secus ſi venditio, cui conſenſit non fuiſſet ſibi cauſa acquiſitionis.

7 Venditioni rei ſuæ conſentiens, non cenſetur conſentire animo donandi.

8 Limitatur Primum, ſi res, quæ venditur, fuerat antea à venditore ipſi conſentienti donata.

9 Limitatur Secundo, etiam ſi fuerat eidem conſentienti ab auctore vendentis donata.

10 Sublimitatur, ut concluſioni deroget, quando venditor eſt patronus, vel hæres patroni conſentientis, ſecus ſi alius quilibet.

11 Limitatur Tertio, ut non procedat, ſi res ſit conſentientis ſpe tantum, non re ipſa.

12 Sublimitatur tamen, ut deroget concluſioni, quando ex illa alienatione, cui conſenſit, fuiſſet res vendita effecta ſua re ipſa, ob illam alienationem, ſecus ſi ob aliam cauſam.

DISTINCTIO. XCIX.

1 AVt res vendita non fuerat an
tea donata conſentiēti, Nec
à venditore, Nec ab eo, à
quo venditor cauſam habuit, Aut cō
ſentienti fuit antea donata, Primo
caſu dominus non cenſetur conſenti-
re animo donandi, l. mater, & l. cum à
2 matre. C. de rei vendicat. Secundo
caſu, Aut fuerat conſentienti dona-
ta ab eodem venditore, Aut ab au-
ctore illius, vel ab eo, cui venditor
fuit hæres, Si à venditore ipſo, cenſe-
tur conſentire venditioni animo do-
nandi l. ſi verò non. §. inde Papinia-
nus. ff. mandat. Si ab eo, à quo vendi
3 tor cauſam habuit vniuerſaliter, vel
particulariter ſuccedendo, Aut is,
qui vendit domino conſentiente, eſt
illius domini Patronus, vel patroni
hæres, Aut alius quilibet, Si patro-
nus, vel hæres, in dubio, & niſi aliud
appareat, præſumitur donatio l. co-
dicilli. §. 1. ff. de leg. 2. Si nec patro-
4 nus, nec patroni hæres, Aut res quæ
venditur eſt conſentientis re ipſa,
Aut ſpe, Si re ipſa præſumitur domi-
nus animo donandi venditioni con-
ſentire l. ſi fundum per fideicommiſ-
5 ſum. ff. de leg. 1. Si ſpe, Aut venditio
illa, & alienatio erat cauſa, ob quam
res illa ad conſentientem res ipſa per
ueniſſet, niſi alienationi conſenſiſſet,
Aut non, Primo caſu cenſetur donaſ
ſe, & fideicommiſſi ſpei renunciaſſe,
tex. eſt in l. cum pater in §. libertis. ff.
6 de leg. 2. Secundo autem caſu nequa-
quam l. fundo. ff. ad legem falcid. cum
alijs adductis per Bart. à quo diſtin-
ctionem hanc ſumus mutuati, ad l.
quæ dotes. ff. ſolut. matrim. in fin. Vbi
autem conſenſus venditioni præſti-
tus domino non præiudicit, quia ſpe-
re debeat aduerſus venditorem actio
ne, docet idem Bart. ad d. l. ſi fundum
per fideicommiſſum. ff. de leg. 1. n. 2.
7 Eſt igitur concluſio venditioni rei

ſuæ conſentiens, non cenſetur conſentire animo donandi, l. mater, & l. cum à matre. C. de rei vendicat.

8 Limitatur Primum, hęc concluſio, vt locum ſibi non vendicet, ſi res, quę vendita fuerat antea ipſi conſentienti ab eo ipſo, qui vendit donata, l. ſi verò non. §. iude Papinianus. ff. mandati.

9 Limitatur Secundo, etiam ſi fuerat eidem conſentienti ab auctore vendentis donata l. codicilli. § 1. ff. de leg. 2.

10 Sublimitatur hæc limitatio, vt cõcluſioni deroget, quando venditor eſt patronus, vel hæres patroni conſentientis, ſecus ſi alius quilibet d. l. codicilli. § 1. ff. de leg. 2.

11 Limitatur Tertio, vt locum non habeat, ſi res ſit conſentientis ſpe tantum, non re ipſa l. cum pater in §. libertus. ff. de leg. 2. l. fundum. ff. ad legem falcid.

12 Sublimitatur tamen hæc limitatio, vt concluſioni deroget, quando ex illa alienatione, cui conſenſit, res vendita, re ipſa, conſentientis fuiſſet effecta, ob illam eamdem alienationem.

ARGVMENTVM.

An, & quando accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus, pendente accuſatione, vel inquiſitione, poßit eligi, & ad officia, & dignitates promoueri.

SVMMARIVM.

1 *ACcuſatus, pendente cauſa, vbi conſtat de calumnia accuſatoris, poteſt eligi.*

2 *Accuſatus, à non legitima perſona, poteſt eligi.*

3 *Accuſatio vniuerſitatis non impedit electionem vnius, vel alterius illius vniuerſitatis.*

4 *Accuſatus ſpecialiter, & nominatim, vel inquiſitus, ſi praceſſit diffamatio apud probos, & graues viros, pendente cauſa, non poteſt eligi, vel promoueri.*

5 *Secus, ſi ſolummodo erat diffamatus apud viles perſonas.*

6 *Accuſatus, nulla præcedente diffamatione, pendente adhuc accuſatione, vel inquiſitione, poteſt eligi.*

7 *Accuſatus pendente cauſa non poteſt eligi.*

8 *Limitatur Primo, vbi conſtat de calumnia accuſatoris.*

9 *Limitatur Secundo, vbi accuſatio non legitimè ſit facta, vel à perſona non legitima.*

10 *Limitatur Tertio, vbi non ſit accuſatus nominatim, & ſpecialiter, ſed cum vniuerſitate.*

11 *Limitatur Quarto, quando accuſationem, vel inquiſitionem non præceſſerit diffamatio.*

12 *Limitatur etiam vbi præceſſit diffamatio, quando erat diffamatus tantummodo apud viles perſonas.*

DISTINCTIO C.

HAnc, de iure reſpondendo pro veritate, in hac materia ex DD. ad cap. Omnipotens extra de accuſat. adhibebam diſtinctio-
1 nem, Aut conſtat de calumnia accuſationis, Aut non, Si apparet de accuſatoris calumnia, poteſt eligi, vt ex Goffred. ad d. cap. Omnipotens, docet Felinus, num. 3. verſ. limita niſi
2 apparet. Si non conſtat, Aut accuſatio non tenet, quia non ſit facta à legitima perſona, Aut tenet, Si non tenet, non eſt impedimento quominus accuſatus eligatur, c. meminimus de accuſat. vbi DD. Felin. in præallegato loco, num. 2. verſ. item limi-
3 ta Si non legitimè facta, Aut reus eſt accuſatus cum vniuerſitate, Aut ſpecialiter

cialiter,& nominatim, Si eſt vniuer-
ſitate, puta quia ſit accuſatum colle-
gium,& tunc quoque,pendente lite,
dicta vniuerſitatis accuſatio non eſt
impedimento, quo minus vnus ex il-
lis de Collegio promoueatur, vt ex
Archidiacono, & alijs; docet idem
Felin.in d.cap. Omnipotens, num.2.
4 verſ.tertio, niſi. Si nominatim, Aut
Inquiſitionem, vel accuſationem præ
ceſſit diffamatio, Aut non, Si præceſ-
ſit, Aut perſona inquiſita, vel accuſa-
ta fuerat diffamata apud probos, &
graues homines, Aut apud viles, Si
apud probos,& graues, licet DD.nō
conueniant inter ſe, magis tamen cō
munis eſt,& recepta opinio, vt eligi,
& promoueri non poſſit,& ita eſt in-
telligendus tex. in cap. Omnipotens
de accuſat. vbi Innocent. & alij, &
canon,tantis 81. diſtinct. l.reum cri-
minis.C.de procur.l.qui de libertate
ff.de libert.cauſa l.reus. ff. de muner.
& honor. l.qui ſtatus. ff. de re milit.
cum ſimilibus tradit Io Andr.ad d.
cap. Omnipotens, num.1. Abbas, &
Petr.de Anchar.vterque,nu.4.Felin.
num.2. & alij communiter, nec non
Roma.conſ.297.quod incipit,In caſu
5 in fin. Si apud viles, poteſt eligi, vt
tradit idem Felinus, ex Romano ſin-
gulari 443.quod incipit, Accuſatꝰ de
crimine pendente, & c.ad d.cap.Om
nipotens, num. 2. poſt Hoſtienſem,
quem DD. communiter ſequuntur,
ad cap. meminimus extra de accuſa-
6 tio. Si verò diffamatio non præceſ-
ſit inquiſitionem, vel accuſationem,
eadem inquiſitio, vel accuſatio non
eſt impedimento, quo minus accuſa-
tus, vel inquiſitus eligi, & promo-
ueri poſſit, vt per DD. communiter
allegatos ad d.cap. Omnipotens de
accuſationibus.

7 Concluſio ergo eſt negatiua, vt ac
cuſatus non poſſit regulariter ad of-
ficia,& dignitates eligi,& promoue-
ri, cap. Omnipotens vbi DD. com-
muniter,extra de accuſatio.

8 Limitatur Primum, vt non proce-
dat, vbi conſtat de calumnia accuſa-
toris,vt per Felin. ad d.cap.Omnipo
tens,num.3.verſ.Limita niſi apparet.

9 Limitatur Secundo, vt nec locum
habeat, vbi accuſatio non legitimè
ſit facta, vel à perſona minus legiti-
ma cap.meminimus de accuſatio.Fe-
lin.in preallegato loco,verſ.item li-
mita, Si eſt legitimè facta.

10 Limitatur Tertio, vt non proce-
dat in eo, qui fuit accuſatus non no-
minatim,& ſpecialiter, Sed cum vni-
uerſitate, quia ſcilicet fuerit accuſa-
tum Collegium, Nam particulares de
Collegio accuſati,nec pendente cau-
ſa eligi prohibentur Felin. in d.cap.
Omnipotens,num.2. verſ.tertio niſi.

11 Limitatur Quarto, vbicunq; accu
ſationem,vel inquiſitionem non præ-
ceſſerit diffamatio,nam tunc eligi po
terit,non obſtante accuſatione,DD.
communiter ad d.cap.Omnipotens,
quos adduximus ſupra in corpore di-
ſtinctionis.

12 Limitatur Quinto,& vltimo,etiā
vbi præceſſerit diffamatio tantummo
do apud viles perſonas,non apud gra
ues viros, nam tunc quoque poterit
eligi, vt ex Romano, & alijs tradit
Felinus ad ſæpius repetitum cap.Om
nipotens, num. 2. de accuſat. & eſt
communis opinio. Laus Deo.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

ABlatiuus abſolutus in nominibus conſiſtens qui refertur ad tempus præſens vel præteritum condicionem non inducit. Diſt 18. num 1. pag. 67

Ablatiuus abſolutus in nominibus conſiſtens relatus ad tempus futurum condicionem inducit, 18.2. 67

Ablatiuus in participijs conſiſtens ſi referatur ad orationem præſentis vel præteriti temporis in condicionem non reſoluitur, ſed reſoluitur per dictiones quia, dum, poſtquam, 18.3. 67

Ablatiuus abſolutus in participijs conſiſtens relatus ad orationem præſentis vel præteriti tẽporis, ſi eidem orationi repugnet cõdicionẽ nõ importat, ſed reſoluitur per dictionẽ quamuis, 18.6 *pag.* 68

Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, relatus ad orationem futuri temporis, ſi caſus futuri temporis non pendeat à praexiſtentia effectus, qui ablatiuo abſoluto comprahẽditur, nunquam inducit condicionem, ſiue repugnãter, ſiue exceptiue, vel narratiue ponatur, 18 11. 68

Ablatiuus abſolutus in participijs conſiſtens, relatus ad orationem futuri temporis, ſi caſus futuri temporis pendeat, aut videatur pendere, à praexiſtentia effectus ablatiui abſoluti ſignificantis euentum cauſalem, in diſpoſitionibus inter viuos, condicionem facit, 18.12. 68

Ablatiuus abſolutus in participijs conſiſtens, relatus ad orationem futuri temporis, ſi caſus futuri temporis pendeat, aut pendere videatur à praexiſtentia effectus ablatiui abſoluti ſignificantis euentum voluntarium poteſtatiuum, & ad creditorem referatur, in diſpoſitionibus inter viuos, condicionem importat, 18.14. 69

Ablatiuus abſolutus in participijs conſiſtens, relatus ad orationem futuri temporis, ſi caſus futurus, pendeat à præexiſtentia effectus ablatiui abſoluti ſignificantis euentum voluntarium, & poteſtatiuum, & ad debitorem referatur, in diſpoſitionibus inter viuos non facit condicionem, ſed ampliat obligationem, 18 15. 69

Ablatiuus abſolutus per participium enunciatus, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat à præexiſtentia effectus, ablatiui abſoluti, ſignificantis euentum cauſalem, in vltimis voluntatibus condicionem inducit, 18.17. 69

Ablatiuus abſolutus in participijs conſiſtens, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat, à præexiſtẽtia effectus ablatiui abſoluti ſignificantis euentum poteſtatiuum, & voluntarium, & referatur ad hæredis inſtitutionem condicionem inducit, 18.18. *pag.* 69

Ablatiuus abſolutus, per participium pronuntiatus, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat à praexiſtentia effectus ablatiui abſoluti ſignificantis euentum poteſtatiuum, & dubium ſit, ad quemnam ex grauatis, vel honoratis in vltimis voluntatibus, executio actus referatur, condicionẽ non inducit, ſed retentionem, 18.19. 69

Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat à præexiſtẽtia effectus ablatiui abſoluti, qui ſignificat euentum poteſtatiuum, & referatur ad grauatum in vltimis voluntatibus, condicionem non inducit, ſed vel prælegatum, vel retentionem, 18. 22. 69

Ablatiuus abſolutus, in participijs conſi-

ſtens,

Digitized by Google

ſtens, ad orationem futuri temporis relatus, ſi caſus futurus pendeat à praexiſtentia effectus ablatiui abſoluti, qui ſignificet euentum poteſtatiuum, & referatur ad honeratum in vltimis voluntatibus, condicionem ex ſententia auctoris importat, 18.23. 69

Ablatiuus abſolutus, in participijs conſiſtens condicionem inducit, 18.26.70. cũ ſuis limitationibus vſq; ad num. 32.

Ablatiuus abſolutus indefinitè prolatus duplex, priuatiuus, & negatiuus, 81.1. pag. 198

Ablatiuus priuatiuus qui, 81.2. 198

Ablatiuus negatiuus qui, 81.4. 198

Ablatiuus priuatiuus abſolutus deficientibus, morientibus, indefinitè prolatus, vbi de teſtatoris conſtat voluntate vltra vulgarem, inducit etiam fideicommiſſariam ſubſtitutionem, 81.7. 198

Ablatiuus abſolutus priuatiuus facilius includit tractum temporis poſt teſtatoris mortem, quàm ſimplex negatiuus, 81.9. pag. 199

Ablatiuus abſolutus indefinite prolatus, vltra vulgarem fideicommiſſariam non inducit, 81.26 200. cum ſuis limitationibus vſq; ad num. 28.

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, ſi inter viuos proferatur, ſiue ab homine, ſiue à lege ſemper diſpoſitionẽ inducit ampliatiuam, vel reſtrictiuam diſpoſitionis principalis, 19.1. 71

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, ſi in vltima voluntate proferatur à teſtatore, iubente hæredem accepta quota, reſtituere hæreditatem, inducit retentionem partis hæreditatis iure hæreditario cum ſuo onere. 19.2. 71

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, ſi proferatur à teſtatore iubente hæredem inſtitutum ex aſſe reſtituere hæreditatem, re aliqua, vel quantitate nõ hæreditaria ab eo accepata, quem ob præcedentem honorem grauare poterat, inducit fideicommiſſum, cauſa conditionis implendæ, 19.3. 72

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, ſi proferatur à teſtatore iubente hæredem inſtitutum ex aſſe deducere ſpetiem, vel quantitatem certam hæreditariam, inducit retentionẽ illarum ſpetierum iure, quaſi legati atq; ita apud hæredem ſine onere remanent, 19.4. 72

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, ſi proferatur à teſtatore iubente hæredem inſtitutum pro parte, qui cohæredes habeat, reſtituere accepta ſpetie, vel quantitate non hæreditaria cohæredi, quem grauare potuit, inducit fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, 19.6. 72

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, ſi proferatur à teſtatore iubente hæredem inſtitutum pro parte, qui cohæredes habeat, reſtituere, deducta ſpetie, corpore, vel quatitate, quæ futura erat communis inter cohæredes, inducit prælegatum, 19.7. 72

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inducens, prolatus à teſtatore iubente hæredem pro parte inſtitutum, qui cohæredes habeat, reſtituere, deducta ſpetie, vel quantitate ex propria portione, quaſi legatum inducitur, ideſt retentio ſine onere, 19.9. 72

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionẽ inducens, ſi à teſtatore proferatur, iubente hæredem pro parte inſtitutum, qui cohæredes habeat, reſtituere retenta ſpetie, vel quantitate ex cohæredum portione, inducit fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, 19.9. 72

Ablatiuus abſolutus diſpoſitionem inter viuos inducẽs, à lege, vel ab homine prolatus ſemper inducit diſpoſitionem ampliatiuam, vel reſtrictiuam principalis diſpoſitionis, 19.10. 73

Ablatiuus abſolutus in vltima voluntate ad inſtitutum ex aſſe relatus, inducit retentionem iure hæreditario, 19.11 73. cum ſuis limitationibus vſq; ad nu. 13.

Ablatiuus abſolutus relatus ad inſtitutum pro parte, inducit prælegatum, 19.14.73 cum limitationibus vſq; ad num. 16.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & ad illud trahitur, 24.3. 83

Acceſſio, quæ fit fundo per teſtatoris diſpoſitionem,

Digitized by Google

ſtionem, vel per alluuionem, rei non perſona accreſcit, 13.24. 43
Accuſatus pendente cauſa, vbi conſtat de calumnia accuſatoris poteſt eligi.100.1. pag. 230
Accuſatus à non legitima perſona poteſt eligi,100 2. 230
Accuſatio vniuerſitatis non impedit electionem vnius, vel alterius illius vniuerſitatis,100.3. 230
Accuſatus ſpecialiter, & nominatim, vel inquiſitus, ſi praceſſit diffamatio apud probos, & graues viros, pendente cauſa, non poteſt eligi, vel promoueri. 100. 4. pag. 231
Secus, ſi ſolummodo erat diffamatus apud viles perſonas,100.5. 231
Accuſatus nulla pracedente diffamatione, pendente adhuc accuſatione, vel inquiſitione poteſt eligi. 100.6. 231
Accuſatus pendente cauſa non poteſt eligi, 100.7.231 cum ſuis limitationibus vſque ad nu.12.
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu forma, euaneſcit, 22.2. 78
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu materia, ex qua euaneſcit,22.7. 78
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt defectu ſubiecti, vel materia, in qua ſi defectus ſit totalis, & eſſentialis, euaneſcit,22.11. 78
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu accidentali, & non totali materia, in qua non euaneſcit, 22.13. 78
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu materia circa quam, in cuius locum lex aliam non ſubrogat, euaneſcit,22.15. 78
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu materia circa quam, in cuius locum lex ſubrogat aliam, non euaneſcit.22.20. 79
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, deficiente cauſa finali in totum euaneſcit, ſecus ſi pro parte, 22.24. pag. 94
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu cauſa efficientis, niſi poſſit perfici ab alia cauſa, euaneſcit, 22.25. 79
Actus perfectus deueniens ad caſum, à quo incipere non poterat, defectu cauſa finalis, non euaneſcit,22.27. 79
Actus perfectus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu cauſa inductiua, & conſeruatiua, euaneſcit. 22.28. 79
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defecta cauſa inductiuę tantum, ſi defectus ſit facti, non euaneſcit. 22.31. 79
Actus deueniens ad caſum à quo incipere non poteſt, defectu cauſa intrinſeca euaneſcit 22.40. 80
Actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, defectu cauſę extrinſecę, non euaneſcit,22.43.&c. cum limitationibus, & ſublimit. vſq; ad num. 47.
Acta in iudicio poſſeſſorio non faciunt fidē in petitorio,22 3. 117
Adulterium pręſumitur ex oſculis impudicis,25.15. 84
Adulterium cum clam, & occulto committi ſoleat, eſt difficilis probationis, 27.6. pag. 88
Adulterium coniecturis, & pręſumptionibus probari poteſt,27.7. 88
Adulterij commiſſi coniectura ſufficiens, ex ſolis oſculis impudicis non inducitur, ſed futuri adulterij inditium duntaxat, 27.8. 88
Adultus res immobiles alienare non poteſt 94.1. 222
Aedificium conſtructum extare etiam in pręſenti pręſumitur, cum illius diſtructio ſit facti,14.23. 51
Agnatio ſui haredis, qui reperit ſe pręteritum, deſtruit formam, & obſeruationem teſtamenti,22.6. 78
Affirmatiua non deſtruit ſed confirmat, omne affirmatum, & negatum.
Affirmationes duę non negant,9.2. 25
Agens poſſeſſorio, vt ſuſpendeat petitoriū, quod ante propoſuerat, non eſt condemnandus in expenſis, & cur.42.1. 117

Digitized by Google

Agens poſſeſſorio recuperandæ ſi ſpoliatus, petitorio, quod prius propoſuerat, renunciat, vt agat poſſeſſorio recuperandæ, non condemnatur in expenſis, & cur. 42.3. 118

Agens poſſeſſorio ſi petitorio, quod prius propoſuit, renuntiauerit, & iuſtam litigandi cauſam habuerit, non eſt condemnandus in expenſis, 42.4. 118

Agens poſſeſſorio ſi petitorio, quod prius intentauerat, renunciauerit, & iuſtam litigandi cauſam non habuerit, in expenſis eſt condemnandus, & cur 42.5. 118

Agens petitorio, ignorans ſe poſſidere, non cenſetur poſſeſſorio renũtiare, 43.1. 119

Agens petitorio, & titubans, an poſſideat, non intelligitur poſſeſſorio renuntiaſſe, 43.2. 119

Agens petitorio, & ſciens ſe per alium poſſidere, non amittit poſſeſſorium, 43.4. 119

Agens petitorio, & ſciens per ſe poſſidere, etiam ſi erret in iure, non tamen cenſetur poſſeſſorio renuntiare 43.5. 119

Agens petitorio, & ſciens ſe per alium non poſſidere, ſi in iure non erret, cenſetur poſſeſſioni renuntiaſſe, 43.7. 119

Agens petitorio cenſetur renuntiare poſſeſſorio retinendæ 43.8. 119. cum ſuis limitationibus vſq; ad num. 12.

Agens actione confeſſoria pro itinere, actuq; priuato debet probare itineris conſtitutionem per pact. vel vlt. voluntatẽ, vel per præſcriptionem, quæ non niſi tempore immemorabili procedit, 37.6. 110

Agere hominis ſecundum naturam, non poteſt eſſe continuum, 14.12. 50

Agere hominis ſecundum naturam non poteſt eſſe perpetuum. 15.12. 55

Alienandi licentia conceſſa a domino Vaſſallo vel emphiteutæ, non trahitur ad bona ante licentiam alienata, contra Soci. & alios, 16.34. 62

Alienandi licentia poteſt efficere, vt quod vaſſallus nulliter alienauit, valide alienet, 16.35. 63

Alienatio rei oppignoratæ ignorante creditore, ei non præiudicat, 97.1. 226

Alienatio rei alicui nominatim relictæ facta ab hærede, nulla eſt, 67.9. 75

Alienatio rei oppignoratę creditori, qui nec conſenſit, nec præſens fuit, non præiudicat 97.2. 226

Ancilla, ſiuè pareat cum conceperit, in libertate, ſiue ancilla recipiat, & libera facta pareat, liber filius ſemper naſcitur, 5.19. 15

Animalium ſpecies conſtituentes vniuerſitatem aut plures continent fœminas, quàm maſculos, vt oues capræ, aut tot maſculos, quot fœminas, cum ſinguli maſculi cum ſingulis fœminis coniunguntur ad ſobolem procreandam, vt Columba. 12.19. 37

Ante, & post, dictiones relatiuæ mutuo ſe reſpicientes, certam temporis formam non reſpiciunt, 21.1. 75

Ante, dictio ad actum inſtantaneum relata, tempus ſignificat, quod actum antecedit. 21.2. 75

Ante, dictio relata ad actum habentem tractum ſucceſſiuum, ab incoatione vſq; ad perfectionem, vt annus, menſis, bellum, cæna, intelligitur ante actum finitum, 21.3. 75

Ante, dictio relata ad actum ſucceſſiuum habentem tractum, & durationem poſt ſui perfectionem, vt nuptiæ, põtificatus, & ſimilia diſpoſitiue prolata, intelligitur ante actum captum, 21.4. 75

Ante, dictio in actu ſucceſſiuo, habente tractam poſt ſui perfectionem enunciatiue prolata refertur ad principium actus, niſi hoc modo intelligendo ſequatur contrarietas, & repugnantia, 21.5. 75

Ante, & poſt, dictiones ad tempus relatæ illud ſignificant, quod præcedit, vel ſubſequitur actum, etiam non finitum, 21.6. 76. cum ſuis limitationibus vſq; ad nu. 9. & ſublimit.

Appellatio interpoſita a ſcomunicato ſi appellet non poteſt excomminicationem, quæ illius complementum præceſſit ſuſpendere, trahit enim executionem, quæ per appellationem ſubſecutam non tollitur. 14.36. 52

Appellatio ſuſpendit iuriſdictionẽ, 45.11. 124

A principali, conſiderato cum ſua qualita

Digitized by Google

te relatiua ad acceſſorium infertur, de neceſſitate, eſt fundus inſtructus, ergo habet inſtrumentum, eſt ſeruus peculiaris ergo habet peculium, 24.1. 82
A principali conſiderato ſine qualitate relatiua ad acceſſorium infertur, quo ad iuris diſpoſitionem, non quo ad ſubſtituendi conſequentiam, 24.2. 83
A principali infertur ad acceſſorium. 24.6 83. cum limitatione, & ſublimitatione.
A præparatorio, quod præcedit natura, non tempore, ad principale, quod ineſt actualiter in eo, tanquam in ſua neceſſaria cauſa neceſſario infertur, 25.1. 84
A præparatorio, quod præcedit tempore ipſum principale, & ratione cauſæ neceſſariæ non habet, infertur mentaliter, & præſumptiue ad principale non actualiter, 25.5. 84
A præparatorijs infertur ad principale, 25.16. 85. cum limitat. & ſublimitatione.
A principali ad præparatorium, etiam non neceſſarium in his, quæ pendent a voluntate diſponentis, & operantis, ſi appellatione principalis præparatorium quoq; inſpecta ſaltem verborum generalitate continetur, ſecus in alijs. 26.1. 85
Aqua tepida habet remiſſum calorem, & remiſſam frigiditatem, 6.7. 17
Aquila eſt nomen ſolius fœminini generis, 11.4. 33
Argumĕtum ab Ethymologia, quæ reſpicit ſubſtantiam, valet tam affirmatiue, quam negatiue, 7.14. 20
Argumentum ab Ethymologia donationis valet tam affirmatiue, quod negatiue, 7.20. 20
Argumentum a genere ad ſpeciem, non valet, niſi negatiue, 7.22. 20
Argumentum ab Ethymologia materiam rei reſpiciente, non valet niſi negatiue, 7.23. 20
Argumentum ab Ethymologia reſpiciente formam valet tam affirmatiue, quàm negatiuè, 7.31. 21
Argumentum ab Ethymologia municipis, valet tam affirmatiue, quam negatiuè, 7.35. 21
Argumĕtum ab Ethymologia, quæ reſpicit partem integralem, valet tantum negatiuè, ratione quantitatis, & integritatis, non ratione eſſentiæ, 7.37. 21
Argumentum a tugurij Ethymologia valet tantum affirmatiuè, 7.40. 21
Argumentum a ſpecie ad genus, non valet niſi affirmatiuè, 7.41. 21.
Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente partem ſubiectam, non niſi affirmatiuè valet. 7.42. 21.
Argumĕtum ab Ethymologia, vel alluſione ſacelli, non valet, niſi affirmatiuè, 7.44. 21
Argumĕtum ab Ethymologia litis, valet affirmatiuè, non negatiuè. 7.46. 22
Argumentum ab Ethymologia, poſſeſſionis, & lapidis reſpiciente accidens commune, neq; affirmatiuè valet, neq; negatiuè, 7.48. 21
Argumentum ab Ethymologia reſpiciente proprium proprijſſimè ſumptum, valet. 7.52. 22
Argumĕtum ab Ethymologia bouis ſumpta ab illius proprietate, valet affirmatiuè, & negatiuè, 7.54. 22
Argumentum ab Ethymologia inſtrumĕti, valet tam affirmatiuè quam negatiuè, 7.57. 22
Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente illud proprium, quod competit ſpeciei ſoli, ſed non omni, valet tantum affirmatiuè, 7.58. 22
Argumentum ab Ethymologia exceptionis, valet tantum affirmatiuè, 7.61. 22
Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente proprium, quod competit omni, ſed non ſoli, valet negatiuè, 7.62. 22
Argumentum ab Ethymologia interdicti, valet negatiuè, 7.64. 22
Argumentum ab Ethymologia lapidum, quatenus dicuntur quaſi larium pedes, valet affirmatiuè non negatiuè, 7.65 22
Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente proprium, quod competit ſoli omni, ſed non ſemper, non niſi affirmatiuè valet 7.66. 22
Argumentum ab Ethymologia Iudicis, valet affirmatiue, non negatiue, 7.70. 22

Argu-

Digitized by Google

Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente rei eſſentiam, valet affirmatiuè, & negatiuè, 7.71. 23

Argumentum ab Etymologia, reſpiciente accidens commune nullo modo valet. 7.74. 23

Argumentum ab Ethymologia, reſpiciente rei proprietatẽ, valet affirmatiuè. 7.75. pag. 23

Argumentum à deriuatione, in vniuocis valet affirmatiuè, & negatenè, 8.5. 23

Argumentum à deriuatione in æquiuocis, valet, & non valet, vt ab Ethymologia, & alluſione, 8.6. 23

B

Beneficium habens curatũ, ſi aliud curatum beneficium obtineat, incompatibile cum primo, & poſtea impetrat à Papa diſpenſationem, vt poſſit obtinere duo beneficia curata. Diſpenſatio trahitur retro ad conualida nõdum ſecũdum beneficium curatum, quod ante diſpenſationem obtinuerat, reprobatur nu. 31. diſtinctione, 16.29. 62

Breuiloqua in ſubſtitutione concunctis, diſiunctis præferuntur, 83.1. 202

Breuiloqua ſubſtitutio, non refert inter legatarios, an proprijs nominibus, vel appellatiuis fiat, 83.2. 203

Breuiloqua ſubſtitutio quomodo intelligatur, quando non conſtat, an teſtator ſit vſus nominibus proprys, vel appellatiuis, 83.4. 203

C

Capitur ex teſtamento, aut neceſſario aut contingenter, 58.4. 159

Capit hæres extra cauſam teſtamẽti quod fuiſſet conſecutus, etiam non facto teſtamento, 58.3. 159

Capiuntur ea, de quibus dubitari poteſt, an in falcidiam imputentur, an extra cauſam teſtamenti, aut ex teſtamento, 58.1. 159

Capta extra cauſam teſtamẽti in quartã, in dubio non imputantur, 65.1. 169

Capta extra cauſam teſtamenti, ſi de expreſſa, vel tacita teſtatoris conſtat voluntate ab initio, vt imputentur, imputantur, 65.2. 169

Secus ſi ex poſt facto.

Capta non figura conditionis in vim modi, vel in vim præcij in quartam imputantur, 65.5. 170

Capta extra cauſam teſtamenti in falcidiam non imputantur, 65.16. 170

Capta ex cauſa teſtementi contingenter in quartam imputantur, 65.19. 171

Capta neceſſario, & vniformi, & ex cauſa teſtamenti, non iure hæreditario, vel quaſi in falcidiam non imputantur, 65.22. 171

Capta à filio ex teſtamento patris in vim modi, vel in vim præcij in legitimam imputantur, 72.1. 179

Capta ex relicto, cauſa conditionis implenda, an, & quando in legitimam imputentur, remiſſiuè, 72.2. 179

Capta in vim modi, vel in vim præcij, in legitimam imputans &c. 72.12. 180

Cauſæ intrinſecæ ſunt materia, & forma. 22.1. 78

Cauſa, ob quas legatarij, & hæredes fiunt incapaces, quæ remiſſiuè, 22.18. 78

Cauſæ extrinſecæ ſunt efficiens, & finalis, 22.23. 79

Cautione autem non interpoſita, ſi legatũ ſolutum eſt per errorem petitur conditione indebiti, 59.6. 162

Citatione, & alijs præparatorijs iudicij datis non ſequitur de neceſſitate actuale iudicium. 25.7. 84

Clementia vltima de reſcriptis declaratur 13.47. 45

Columbarum vniuerſitas certum non habet nomen, vt armentũ, grex. 12.23. 37

Columbis legatis, maſculi quoq; debentur, 12.23. 37

Columbarum nomen ex communi vſu loquendi, etiam maſculos ſignificat. 12.23. 37

Colum vinarium quid 26.3. 86

Colullis, nec dari, nec adimi poteſt hæreditas. 50.9. 141

Chi Italicè, eſt terminus communis maſculo &

lo &

Digitized by Google

lo, & fœmina & vsis, apud Grecos. 11. 15. 34
Communis loquēdi vſus preſertur proprietati, 9.10.25 etiam in odioſis, 10.22.31 & in vltimis voluntatibus, 53.2. 145
Compromiſſio generali facto de his rebus, & controuerſijs iudicare arbiter poteſt, quæ ab initio fuerant inter compromittentes, 13.42. 44
Compromiſſum, & arbitrium multiplex eſt, & pro multitudine, & varietate cauſarum, & conſequenter multiplex actio 13.42. 44
Compenſationem non admittit, quod peti non poteſt, 64.2. 168
Contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto in ſpetie vel in genere, 6.1. 17
Contraria circa idem fieri habent, aut genere, aut ſpecie, 6.2. 17
Contraria poſſunt eſſe in eodē ſubiecto numero ſucceſſiuè, 6.4. 17
Contraria poſſunt eſſe in eodē ſubiecto numero, etiam eodem tempore, ſed non in eadem parte, 6.5. 17
Contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto eodem tempore, & in eadem illius parte in eſſe remiſſo, non in eſſe intenſo, & perfecto, 6.6. 17
Contrariorum regula ponitur negatiuè, vt non poſſit recipi in eodem ſubiecto, 6.9. pag. 17
Coniugata ſunt ex verbis eiuſdem generis, 8.4. 23
Confirmans quod in codicillis ſcriptū erit, intelligitur etiam confirmaſſe, quod ſcriptum fuit, & eſt hodie, nam erit quoq; tempore mortis teſtatoris, 16.24. 61
Conceſſio primæ prabendæ vacaturæ comprehendit etiam aliam, quæ iam vacabat tempore conceſſionis, 16 36. 61
Conditio non niſi ad futurum tempus refertur, 18.5. 67
Conditio Dialectica, & legalis differunt. 18.7. 68
Contractus remota contrahentium voluntate ipſo iure, vel ope exceptionis euaneſcit, 22.10. 78
Contractus deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt defectu iuris in cauſa inductiua, non euaneſcit, 22.34. 79
Contractu dato datur obligatio, 25.3. 84
Condemnare prohibitus, intelligitur etiam prohibitus abſoluere, ſi verba inhibitionis ad potentiam, non ad actum iudicandi referuntur, 33.1. 100
Condemnare prohibitus non intelligitur, prohibitus abſoluere, ſi verba prohibitionis ſunt reſtricta per taxatiuam, vel alio modo ad actum condemnationis. 32.3. 100
Condemnare prohibitus, intelligitur prohibitus etiam abſoluere, ſi ratio expreſſa in prohibitione vigeat etiam in abſolutione, ſecus, ſi in condemnatione tantummodo, 33.3. 100
Condemnationis prohibitio in dubio, cenſetur facta ob fauorem rei, 33.6 100
Condemnare prohibitus, non intelligitur prohibitus abſoluere, 33.8.101 cum limitationibus vſq; ad num. 10.
Conſulere poſſe, vel non poſſe peritiores, quando quis dicatur, remiſſiuè, 48.17. pag. 132
Conſuetudo loquendi teſtatoris non inſpicitur, vbi prioritas gradus, & præſumpta teſtatoris voluntas ex ordinata charitate, repugnat, 48.1. 136
Conſuetudo loquendi patriſfam. non attenditur, vbi ex diſpoſitione teſtatoris, vel ſtatuti, verba ſunt intelligenda, propriè ad litteram, & ſine aliquo extrinſeco intellectu, 48.2. 136
Conſuetudo loquendi patriſfam. etiam erronea, attenditur ante omnia, ne actus corruat, 48.3. 136
